3 lucis specula. Est enī vterq; itellect⁹: diuine illi⁹ spiritalis inuisibiliſq; lucis naturale speculū.

¶ Sicut ars ex materia et corpore/ duo fingit solaris lucis specula/ vnū trāsparēs alterū intrāsparēs: ita & deus oīm opifex rerū/duo inuisibilis sue lucis specula ī spiritu cōstituit/ angelicū et humanū intellectū: hunc intranspa rentem/illum perlucidum ac dyaphanum totum.

¶ Ars (vt aiunt) imitatur naturam et ad nature similitudinem/ pleraq; operatur. fingitq; et exprimit rerum imagines: ex quibus ad verarum rerum naturam atq; substantiam licet assurgere. Est autem ars posterior natura: nobis tamen notior. ideoq; et vniuersum artis

opus:signum quiddam est naturalis ac diuini totiꝰ operis/illiusue cōgrua expressio & imago. Ars ex sensibili materia & corpore/ duo fingit visibilis huius lucis specula: vnum transparens alterum intransparens. Transparens dicitur quod in profundum & secundum se totum:lumen admittit vt aer/ aqua/ berillus/ cristallus/ vitrum & plereqꝫ gemme. Intransparens vero:quod vna tantum superficie illustratur.vt que ex eadem ferme materia(vt vitro) ad suscipiendas presentandasqꝫ imagines fiunt.sed vna ex parte luto/ pice/ plumbo aut alia quauis imperlucida obscuraue substantia oblita:ab luce sunt impenetrabilia. Hec igitur duo specula sicut ab humana industria/ ad captandam visibilē solis huius lucem sunt facta:ita & vtrūqꝫ intellectum constituit deus in spiritu ad hauriendum/ continendum & perferendum solis inuisibilis acumen/ diuināqꝫ exprimendam effigiem.

¶ Angelicus intellectus persimilis est transparenti speculo:humanus intrā sparenti.

¶ Speculum transparens:simplicius est & vniformius intransparente.totūqꝫ luci efficitur peruium/ nec vlla in eo est partiū aut superficierū differentia:vt alia actui/ alia potentie similis dici possit.Intransparentis autē speculi:alia quidē superficies(vt que luminoso obiecta est corpori)est vt actus:alia vero(ex priuatione luminis)vt potentia. Angelicus igitur intellectus natura simplex & mixtus:similis est transparenti speculo.Humanus vero natura materiei permixtus:similis intransparēti.Et sicut ex eadem materia speculari/ pspicua luciſue capaci/ fit ab arte vtrūqꝫ speculum/ vt ex cristallo aut vitro:additione autem et permixtione dissimilis materiei vt plumbi aut picis/ fit alterum intransparens:ita et vterqꝫ intellectus angelicus atqꝫ humanus/ ex consimili spiritali & incorporea substantia/ diuine lucis capaci a deo facti sunt.addita tamen est alteri(vt humano intellectui)dissimilis materies/ vt corpus cui permixtus est:& qua ab angelico intellectu/ distare cōperitur.

¶ Vnde fit vt sub angelo:sit aliqua creatura/ diuine lucis capax.sub homine vero aut post hominem nulla.

¶ Liquet hec illatio/ ex vtriusqꝫ speculi natura. ¶ Nam lucis radius/ transparenti incidens speculo:ad vlteriora & inferiora penetrat. Incidens autem speculo intransparenti: ad vlteriora haudquaq̄ pertingit.vt cuius opacitate aut continetur figiturqꝫ immobilis:aut ad superiora reciprocari cogitur. Que igitur de visibili lumine/ in visibilibus speculis contingunt:intellige & de intellectuali lumine/ in vtroqꝫ intellectu.Angelicus quippe intellectus vt speculum transparēs totus diuino perfusus lumine: id quoqꝫ ad inferiora(vt ad humanum vsqꝫ intellectum)traducit.Humanus autē intellectus/ vt intransparens speculum ob relique materie cui coniunctus est impedimentū: diuinum in sese continet figitqꝫ radiū/ ne ad vlteriora protendatur neue inferiori creature rationis experti pelluceat. Diuini igitur totius radij diuineqꝫ scientie ortus & apparitio:prima est in angelo.occasusvero eiusdē et vltima apparitio/ in hoie:qui diuine scientie finis terminus/ & cōsummatio est.

¶ Sicut speculum transparens/ est solius ferme luminis capax: intransparens vero luminis & imaginis/ quā visibiliter oculo presentat: ita & angelicus intellectus/ est vt solius diuini luminis capax. Humanus vero diuino in lumine diuinā quoqꝫ in se effictam gestat presentatqꝫ effigiem.

¶ Lux est colorū et visibiliū omniū actus:sine qua neqꝫ colorū species/ neqꝫ susceptei speculis rerum imagines oculo presentātur.lucisqꝫ presentia/ quecunqꝫ videri nata sunt: actu visibilia fiunt. cunctisqꝫ coloribus & visibilibus rebus: prior est/ simplicior & antiquior lux.Colores vero & cetera visibilia:sunt vt lucis subsidētie atqꝫ hypostases. Trāsparētia igitur specula(que simplicia & vniforma esse dicta sunt & ypostasi dissimiliqꝫ materia carentia)ipsam quidē lucem sine ypostasi ideſt sine specie & imagine receptant:suntqꝫ simplicia infigurata ac solius luminis specula.Intransparentia autem/ que ex transparentibus additione ypostasis dissimilisqꝫ materie fiunt:collecto imprimis contentoue in se luminis radio rei demū visibilis imaginē(vt ipsius luminis ypostasin)oculis presentant.Vnde fit vt transparentibus speculis/ insit actus luminis purus:sine admixtione potentie aut visibilis speciei aut imaginis.Intransparentibus vero ineſt luminis actus cum potentia:id est cum visibili specie & rei imagine/ que in speculo mediante lumine visitur. Proportionabiliter igi-

tur & de vtroq; intellectu dicendum est/ angelicum intellectum susceptaculum esse simplicis actus: idest diuini luminis sine ypostasi & specie. humanum vero capacem esse vtriusq; actus scilicet & potentie/ tam diuini luminis q̄ diuine speciei. Recepta enim est in humano intellectu diuina effigies: que mediante diuino lumine in eo visitur atq; demonstratur. Diuinum autem lumen prius est hac ipsa effigie/ & est vt eius actus: ipsa vero effigies est vt diuini luminis ypostasis & potentia.

7 ¶ Vnde fit iterum vt angelicus intellectus persimilis sit soli: humanus vero lune.

¶ Nam sol similis est transparenti speculo: luna vero intransparenti. Inest quippe phœbeo orbi: simplex luminis actus/ sine ypostasi. lunari vero globo inest lumen/ cum potentia atq; ypostasi. In sole lux sola visitur: sine vllius rei specie/ imagine aut maculosa facie. In luna lumē quidem inest: sed cum admixtione imaginis et speciei. que mortaliū oculis sese visibilē prestat: & quā maculosam faciem vocant. Hec autem maculosa & pallidula facies/ circunstante se lumine visibilis: potētia est & ypostasis eiusce luminis/ seu diuina quedam caligo atq; effigies lune indita & cunctis obiecta mortalibus. similis ei speciei atq; imagini que in transparentibus speculis (vt quedam luminis potentia atq; ypostasis) demonstratur Est igitur haud immerito angelicus intellectus/ soli: humanus vero lune/ persimilis. Inest enī angelico: diuina lux sincera & pura/ sine admixtione speciei. In humano vero diuina effigies/ nebula & caligo: circunstāte diuino lumine (haud secus ac in luna/ maculosa facies) demōstratur Et sicut sol & luna/ duo sunt ingentia mundi luminaria: ita & angelus & homo/ due sunt precipue diuini totius operis creature. & angelus vt sol/ preest diei: idest regioni intelligibilium. Homo vero vt luna/ preest nocti: id est sensibili mundo. Est enim intelligibilis mundus/ lucis regio & dies. sensibilis vero/ nox est & tenebrarum regio.

¶ Q̄ angelicus intellectus sit interior & cōtēplatiuus: humanus vero vt exterior & actiuus. Cap. V.

ANgelicus intellectus/ a tribus separatus est & abiūctus: a specie/ a sensu/ & a materia. quibus humanus addictus est & cōiunctus.

¶ Q̄ specie careat et sine specie intelligat/ angelicus intellectus: satis in superioribus ostēdimus. vtpote qui erat actu omnia/ anteq̄ fierent omnia: & anteq̄ vlle essent rerum species. Sunt enim omnia post angelicum intellectū facta. ipse quoq; rerum species/ natura posteriores sunt rebus ipsis: quarum sunt species. Omnis item sensus/ est i corpore & materia. Angeli autem immateriales & incorporei sūt. Et materia angelis posterior est/ & post angelos creata. Abiuncti igitur sunt natura angeli: & a specie siue ab rei imagine/ & a sensu & a materia. Sunt enim simplices spiritus & puri intellectus/ & primordiales rerū omnium actus. Intellectus autē humanꝰ: natura cōiunctus est materiei & sensui. & haud aliter q̄ in materia & corpore subsistere: & sensuum adminiculo perfici & intellectuales rerum haurire species natus est. eius item scientia/ plenitudo & perfectio: est rei sensibilis intellectualis species & imago. Intellectus autē angelicus: natura abiunctus est et a specie/ & a sensu & a materia. Humanus vero natura quidem coniunctus est & sensui & materie: nō autē speciei. Nullius quippe rei gestat in se a natura effigiem: nisi fortassis diuine substantie suiq; principij/ vt prius docuimus. Est enim intellectus humanus/ creaturarum omnium speculatrix quedam facultas: natura nichil/ nisi omnium potentia. et que sigillatim/ suapte ipsius industria et arte cōsumatur: hauriens & captans rerum ipsarum species/ quoad euaserit actu omnia.

2 ¶ Vnde fit vt angelicus intellectus sit vt intellectus interior: humanus vero vt exterior.

¶ Nam angelicus intellectus ab iis que extra se sūt/ vt a creaturis: nichil capit. Habet enī & est oia a natura. & mīme ab ipsis singulis/ sed cōtinēter & ex seipso discit nouitq; vniuersa. Manet quippe intra se immobilis: cum in vno & imperti ac minimo/ super omnia videat/ intueat & spectet oia. Hoc enī pacto angelicus intellectus/ non modo oia speculari sed & esse vniuersa p̄dicat: quo & individuꝰ pyramidis vertex/ oēs eorū q̄ ad basi sūt pūctos varietatē/ vniformiter ābit & ad vnitatē colligit. Hūanꝰ aūt vt pficiat: fit extra seipsū miscetq;

ſenſibus.quorũ per valuas et aditus: ſpecies a mũdo ad ſe vſq; deferuntur. Motu et diſcurſu eget: vt qui haudquaq; a natura in puncto/ in vno & indiuiduo perficiatur: ſed per ipſa oia in corpore et ſenſibus peregrinus agatur. vt cominus cũcta intueatur/ fiatq; tãdem ex ipſorum omnium ſpecie omniformis.

¶Fit iterum vt angelicus intellectus ſit ſolum contemplatiuus: humanus vero initio practicus/tandem contemplatiuus.

¶Contemplatio/ eſt interna mentis motio et operatio: praxis vero exterior. Eadẽ enim ſpiritalis vis idemue anim9: vt ſine diſſimilis materiei opecula/ libere & per ſe in ſe ipſum feratur/ vtue proprios agit gyros: meditari & cõtẽplari dicitur. vt vero diſſimili aliquo inuatur/ cum famuletio & adminiculo aut ſenſuũ aut corporis vtitur: practicus quodã modo & negocioſus dicẽdus. Atq; angelicus intellectus/ nudus eſt intellectus: abiũctus et a ſenſibus & a corpore. añ ortũ oĩm ĩ ſeipſo cõſumat9 & q iugiter ſeipſo | ſine vlla intercurrẽte materiei vmbra ſine corporea nocte liqdo & clare ĩtuet vniuerſa. Human9 vero ĩ corporis euectiõe motitatur/ & famulante imprimis ſenſu/ q̃cunq; extra ſe in mũdo ſunt: intra ſeipſum tandẽ aduehit. & q ab initio ſenſibus obtect9/ extra ſeipſum ſpeculatus eſt omnia: valet poſtremo ſine vllo ſenſuum opitulamine/ per ſe & libere eadem omnia in ſeipſo contueri. Eſt igit̃ angelicus intellectus ſolum cõtemplatiuus. vt cuius eſt ſimplex & vnica operatio: que interna meditatio & contemplatio vocitatur. Humanus vero in initio/ ſimilis eſt practico & actiuo: q̃diu in exteris & mundanis negociatur. In fine autem refertus & exuberans ſpeciebus: ſimilis angelico/ quietus/ arcanus & cõtemplatiuus euadit. eiq; (vt diuus Dionyſius ait) ſuperfluunt cum rebus ſenſibilibus ſenſus.

Diuus Dionyſius.

¶Angelicus intellectus eſt diuina omnium precognitio & preconceptio: quam ſecuta eſt omnium creatio & productio.

¶Deus eſt ab eterno: & ab eterno omnia creare voluit/ que tamen nõ ab eterno ſed aliquãdo produxit. certiſq; procedens initijs: angelicũ intellectum ſtatuit/ totius ſue creature initium. Sunt enim angelici illi intellectus primi & puriſſimi dei partus: diuineq; omnium opificis mẽtis precognitiones & preconceptiões. & velut eorũ immateriales archetypi & exẽplaria prima: que denuo creanda & futura erant ex materia. Preuidit enim precognouit et concepit in angelis deus vniuerſa: que deinceps erat facturus. Extra materiam et ante materiam id in angelicis ſpiritibus proſpexit: quod deinceps in materia/ ſenſibiliter adimpleuit. Duplex tamen eſt diuina creandorum omnium precognitio/ & preſcientia. vna increata et eterna: qua dicimus deum ab eterno precognouiſſe & preſciuiſſe omnia/ que contingenter erant futura. quopacto etiam & angelos precognouiſſe & preſciuiſſe dictitatur. Hec vero precognitio & preſcientia eſt ipſe deus. Nã quicquid in deo eſt/ deus eſt. Alia vero eſt precognitio dei creata: que eſt opus dei primũ/ immateriale & intelligibile. quo producto & actu ſubſiſtente: dicimus vniuerſas dei creaturas (et ſi nondũ ſubſiſtant) eſſe conceptas. diuinãq; mentem primã omniũ creaturarũ conceptionem & abſolutiſſimã formã peneriſſe: que eſt angelicus intellectus. Quẽadmodũ nubens mulier: primo/ ſimplicius et ſola mẽte cõcipit habiturã ſe ex matrimonio filiũ. Deĩde ſecũdo in vtero/ a viro ĩpregnata: eũdẽ filium cõcipit priuſq; pariat. Prima autẽ mentalis & ſimpliciſſima mulieris de filio precognitio: ſimilis eſt prime illi diuine & increate omnium precognitioni. Secunda quoq; mulieris preſcientia & vterina filij conceptio: ſecundam omniũ diuinam preſcientiã/ rite emulatur. Sicut enim prima filij in mulieris mente conceptio/ nichil ad filium ipſum attinet & neq; filij pars eſt: ita & prima illa & antiquiſſima creaturarum omnium/ in mẽte diuina preconceptio: pars non eſt creaturarum neq; creatura. Secunda vero que eſt angelorum creatio: ad creaturas ſpectat. Eſt enim angelus creatura: & ſimpliciſſim9 omnium creaturarum actus. Et ſicut mulier poſtq; concepit in vtero filium/ paulo poſt parit eundem & naſcitur filius/ integre totuſq; ſubſiſtens & viſibilis apparens: ita & deus poſtq; in angelo concepit oẽs creaturas eas deinde viſibiliter peperit/ creauit in ſua ſubſtantia & materia compleuit.

Duplex omniũ p̃cognitio.

Analogia.

¶Vnde manifeſtum eſt/cur angelus ſit natura inuiſibilis: & celi interſtitio a viſibilibus creaturis abiunctus.

¶Ex precedente liquet angelum vniuerſe nature eſſe conceptũ: & vt filium in matris vtero & conceptionis ſue loco. Filius autẽ in conceptionis ſue loco & matris vtero: inuiſibilis eſt. nec antea videri poteſt/ q̃ naſcatur: q̃ e minoris mũdi tenebris p̃omatur in maioris mundi lucem. Et hoc ſenſibile ſignũ eſt angelicam ſubſtantiam natura eſſe inuiſibilẽ. Rurſum ſicut

in minore mundo/ homine fieri videmus: ita & in maiore mundo & vniuerso proportionabiliter fieri intelligendum est. In minore autem mundo vti muliere: conceptionis & natiuitatis filij thalami: interiecto distare vtero cõperiuntur. In maiore igitur mundo pari quoq; modo inter vniuerse nature totiusq; mundi conceptus & partus: interluat maioris mũdi vterus/ idest celũ. Sunt enim angeli vniuerse nature cõceptus & simplices spiritus natura inuisibiles: interstite celo a visibilibus creaturis abiũcti. visibiles autem creature/ partꝰ sunt maioris mundi: & velut nascentes angeli/ extra maioris mundi vterũ (idest celũ) prodeũtes corpore vestiti/ visibiles/ & qui ex spiritu & materia conflantur.

6 ¶Sicut prima mentis humane operatio est accidentalis cõceptio: ita & prima diuine mentis operatio est substantialis conceptio/ que est substantialiũ conceptionum (idest angelorum) productio.

¶Ars ad similitudinem nature: humana vero mens/ ad imaginem diuine mẽtis operatur. E diuine autem mentis & ipsius nature scatebris prosiliunt substãtie/ ipseq; rerũ veritates. humana vero mens & ars: in accidentibus & rerum similitudinibus negociãtur. Ideo & humane mentis conceptus: accidentia sunt/ eidem menti inexistentia. diuine autem mẽtis cõceptus (quos angelos vocamus) vere sunt substantie: per se extra diuinã mentẽ subsistẽtes. & que ab eadem omniũ opifice mente: ante omnia repente emerserunt. Sicut enim nichil prius/ purius & simplicius potest ab humana mente proferri/ q̃ interna ipsius cõceptio: que ab eadem humana mente distincta/ atq; diuersa est/ & illi inexistens: ita & id sincerum/ infeculentum/ simplex/ immateriale/ & primũ: quod repente e diuina mẽte ante omnia/ in esse prosilijt: angelum vocamus/ humane mentis conceptui respõdentem/ ac similẽ. Sicut enim humane mentis conceptus natura inuisibiles/ sese oculis abdidere: ita et eminẽtissimi angeli/ natura omnẽ oculorum subterfugiunt contuitum. Et sicut illi humane semper insunt mẽti: ita et hi iugiter astare deo/ in celo probantur.

7 ¶Vnde iterum manifestum est humane mẽti nullã a natura inesse speciem: sed eã ad diuine mẽtis similitudinẽ/ vniuersarũ suarũ notionũ esse opificem.

¶Sicut enim diuina illa substãtialis mens: cunctarum opifex est substantialiũ notionum & conceptionum vniuerse nature/ quos angelos nũcupamus: ita & humana mens/ opifex est vniuersarũ que ipsi insunt notionũ. & antea subsistit: q̃ sit vlla ipsius notio & conceptio. Et profecto dicere humane menti insitam esse aliquã a natura speciẽ illi congenitam/ & coeuã: est dicere aliquẽ angelorũ esse ab eterno/ deo congenitum & coeuũ. Et sicut humana mens non esset illius opifex notionis: que illi diceretur coeua/ queue a natura eidẽ probaretur insita: ita & mens diuina illius substãtialis conceptionis (idest angeli) nõ esset opifex: que illi statueretur coeterna. Sicut igitur diuina mẽs/ omnes maioris mũdi conceptus (idest angelos) duratione trãscendit/ & eorum est efficiens causa: ita & humana mens/ omnes minoris mundi (idest hominis) notiones/ duratione precedit: & earũ est efficiẽs causa. Interest autẽ: q̃ diuina mẽs increata/ ingenita/ & eterna: infinito & incõprehensibili a nobis euo/ angelos precedit. humana vero mens/ definito temporis spacio: suas notiones exuperat.

¶Q; diuina mẽs: oĩa in ãgelico cõcepit intellectu/ scripsit i hũano. Cap. Vi.

1 SIcut vniuersa sunt a diuina mente in angelico intellectu cõcepta: ita & in humano scripta & figurata.

¶Angeli (vt superius ostẽdim) sunt simplicissimi oĩm cõceptus. quibꝰ productis/ diuina mẽs oĩa cõcepisse/ omniũq; rerũ statuisse initia dicitatur. Sicut igitur scriptura/ extime distat a conceptu: velut rerũ vltimũ & finis (Est enim scriptura lũpremus litterarius caracter/ vltima ue doctrinalis notula) ita & hũanus intellectus/ extremꝰ est ab angelico: & est/ vt rerũ vltimũ & creaturarũ oĩm finis. Et q̃cũq; cepta sũt in ãgelico itellectu: finita sunt/ cõsumata & pfecta in hũano. Et sicut primũ discipline signũ/ qđ ab humana mẽte scaturit est cõceptus/ vltimũ vero scriptura: ita & primũ qđ a diuina emersit ꝓdijtue mente: est angelicus itellectus/ vltimũ vero quod illa ipsa peperit: hũanus intellectus. & primũ ens quod esse cepit/ est angelus: vltimũ homo. Et vt in angelo diuina mens cõcepisse omnia dicitur: ita & in homine/ scripsisse vniuersa.

2 ¶Non sicut angelici intellectus essentia/ conceptus omnium dicitur/ diuine semper astans mẽti: ita & humani intellectus essentia/ dicenda omnium scri-

ptura: ſed quia in eo deſcribi & figurari omnia poſſunt.

¶ Tametſi omnia in angelico intellectu cõcepta & in humano ſcripta dicãtur: diuerſis tamen hec modis contingũt. Non enim in angelico dicũtur oĩa cõcepta/ quia i angelico ſint rerũ omniũ conceptus: ſed quia ipſe ſit vniuerſorũ prima & ſimpliciſſima conceptio/ diuine ſemper aſtãs & preſẽtiſſima mẽti. In humano vero/ dicũtur oĩa ſcripta: haud quia hoc pacto ſecundum ſuum eſſe/ ipſe ſit omnium ſcriptura: ſed quia tabula eſt oĩm: preparata/ & complanata a natura: vt in ea pingantur/ ſcribanť & figurentur oĩa. vtue cũctarũ rerum ſpecies cõmodi⁹ ſuſceptet/ geſtetq; vniuerſorũ effigiẽ. Et angelic⁹ intellect⁹ hoc ipſo qđ ẽ (cũ ſit ſimplex) ẽ oĩm cõceptio. hũan⁹ vero nõ hoc ipſo qđ eſt/ ſed qđ poteſt: oĩm eſt ſcriptura & figura.

¶ Vnde manifeſtum eſt angelicum intellectum eſſe impaſſibilem: humanũ vero paſſibilem/ ſpecierumq; ſuſceptiuum.

¶ Satis i ſuperioribꝰ oſtẽdimus/ angelicũ intellectũ eſſe impaſſibilẽ. vt qui nullã intꝰ admittit peregrinã ſpeciẽ: qui nulla inſculpi poteſt exteriore tudicula ac forma. Eſt enĩ vt tranſparens ſpeculũ/ in quo viſitur ſola lux: ſpecies vero aut imago nulla. Ois quippe actus: eſt ſuapte natura impaſſibilis. Angelic⁹ autẽ intellect⁹ eſt actus. Humanus vero intellectus ſẽſim rerum (vt diximus) colligit ſpecies: illis ipſis afficitur eaſq; ſuſcipit et intus admittit. & eſt vt intrãſparens ſpeculũ: in quo cũ lumine & in circũſtãtis luminis meditullio/ viſit imago. perinde atq; in lunari globo/ circunſtante lumine: maculoſus quiſpiam exprimitur vultus.

¶ Omnis intellectus/ vt huiuſmodi: apathes ideſt impaſſibilis eſt.

¶ Nam ois intellectus/ vt intellectus eſt: eſt actus. et eſt ea vis ſimplex: q̃ oĩm ituitiua/ pſpectiua/ & iudicatiua nũcupať. Omnis autẽ actus/ eſt impaſſibilis. nullus igitur intellectus/ vt intellectus: eſt paſſiuus. Hũanus enĩ intellectus paſſibilis quidẽ eſt/ non tamẽ ſecundũ ſe: ſed propter meõriã. in qua recipiũtur rerũ imagines & intellectuales ſpecies. quas intellect⁹ cũ a mũdo & ſenſibilibꝰ ſubſtãtijs captarit: iterno memorie prõptuario/ ad futuras cõtẽplationum & conſiderationũ veriſſimas intra ſe cõuerſiones & circulares lationes/ cõmẽdare ſolet. Proprietas autẽ & ratio intellect⁹/ eſt iudiciũ & intuitio ſpecierũ/ ſiue in exteriore obiecto/ velut in pricipio: ſiue in interiore meõria vt in fine. Quod vero iudicat & intuetur ſpeciem (vt huiuſmodi eſt) eam non ſuſcipit/ neq; illius eſt ſubiectum. ſed in alio quopiã eã diiudicat et ituetur. Ipſa eteni imago/ cũ i vno vt ſubiecto reſideat & collocetur: ab eo deniq; quodeidem ſubiecto circũfuſũ eſt/ vt ab eius actu & intuitiua facultate diiudicatur. vt imago eſt equidẽ ipſa in ſpeculo: ſed non videtur a ſpeculo. videtur autẽ & conſpiciť ab oculo: et nõ eſt in oculo. Oculꝰ igitur eſt vt intellectus. Speculũ vt meõria: imago vero in ſpeculo vt intellectualis ſpecies i meõria. Intelligeitaq; ex oculo & ſpeculo fieri aliquid vnũ: id totũ ſimile erit hũano intellectui. cuius actus/ qui eſt vere intellectus & vt oculus: erit ipaſſibilis eius vero potentia que eſt memoria et vt ſpeculum/ paſſibilis erit.

Analogia ſpeculi.

¶ Vnde fit vt vtriuſq; intellectus tã angelici/ q̃ humani: ſit neceſſaria diſcretio/ in intellectum/ atq; memoriam.

¶ Vtriq; intellectui ꝓpriũ eſt itelligere & aliquid intuerť: ſiue idem/ ſiue diuerſũ/ ſiue p ſe/ ſiue p ſpeciẽ. Id igiť totum quod intelligit/ ſine ſue ſubſtãtie diuiſione: neceſſario in ſeipſum flectitur/ euaditq; in ſe numeroſũ. Nempe in eo pars partẽ diiudicat/ & pars parti eſt obiecta. dicitúrq; alia intelligens/ alia intellecta. et eſt aliquid ipſius/ quod dicitur totius intellectionis actus/ et vis intuitiua: aliud vero eiuſdẽ intellectionis potẽtia/ que ab altera ſpectatur. Et harũ duarũ vna eſt vt intellectus: alia vt meõria. Et hec in intellectu humano/ clariꝰ perpẽduntur. Intellectus enim hũanus eſt vna aliqua tota ſubſtãtia/ ſpiritalis/ iuiſibilis/ indiuidua/ incorruptibilis. qui cũ per ſpecies intelligat: id ſolũ ipſius quod prehenſat/ iudicat et intuetur ipſas notiones ac ſpecies: actus et intellectus dicitur. id vero ipſius/ quod eas receptat et ſuſcipit: eius potentia et memoria eſt. Et hec duo/ actus et potentia intellectus & memoria: veraciter reqꝰ ipſa ſine totius humani animi diuiſione abinuicem diſcreta et ſeparabilia numerantur. Similiter et in angelico intellectu dicendum. licet enim ab angelico intellectu tollantur rerum ſpecies et imagines/ dicaturq; per ſeipſum intelligere vniuerſa: vis tamen ipſius intuitiua et perſpectiua/ actus eſt et vt intellectus. que vero perſpectioni et intuitioni ſeipſam ſubdit: potẽtie et memorie ſimilis dicatur. Et hec quoq; i angelo/ ſine angelice ſubſtantie diuiſione et diſſectione: eodem modo quo et in humano re ipſa diſtinguũť et ſepari abiuicẽ nequeunt. atq; idipſũ implent/ quod vocamꝰ angelicũ itellectũ.

6 ¶Et ſi in angelico intellectu vt & in humano reperiantur actus & potentia: licet tamen eundem purum vocitare actum.

¶In angelo reperiũtur actus et potentia: ideſt intellect⁹ & meõria. Angelus tamẽ ſimplex eſt eſſentia/ & purus actus: propter tria. ſcilicet propter carentiam materie. quia abiunctus eſt & ſeparatus a materia & eſt vt abſoluta forma. propter carentiam ſpecierũ: quia per ſeipſum et nõ per ſpecies oia intelligit. tertio quia ab initio ante tempora perfectus eſt/ et actu omnia. Humanꝰ autem intellectus: et coniunctus eſt materiei & per ſpecies intelligit. & ab initio eſt vt omniũ priuatio & potentia: in fine tamen euadit (vt diximus) omniformis.

7 ¶Deus anteq̃ fierent omnia: ea concepit in angelico intellectu. deinde omnia protulit & fecit. poſtremo ea in humano intellectu deſcripſit.

¶Diximus tria eſſe facta: vnũ ante eſſe/ vnum in eſſe/ et vnũ poſt eſſe. que ſunt intellectus angelicus/ ſenſibiles creature/ & humanus intellectus. Senſibiles creature primitꝰ a deo cõcepte ſunt in angelis: deinde iuxta proprias eſſentias producte/ & oborte ſunt. Vltimo vero in humano intellectu (qui vltimꝰ omniũ eſſe cepit) figurate/ & deſcripte. Et ſicut tria ſunt q̃ ab humana mente/ in minore mundo ortũ habent conceptus/ vox/ ſcriptura: ita & a diuina mente/ tria in maiore mundo prodiere: conceptus omnium/ vox & ſubſtantia omniũ/ ſcriptura & figura omniũ. Vniuerſorum primi & puriſſimi conceptus ſunt angeli. omniũ voces ſunt ipſemet rerũ ſubſtantie que a deo poſt angelos manarunt. omnium deniq; ſcripture/ humanus intellectus. in quo poſtq̃ oia ſubſtiterũt/ omnia deus pingi/ atq; deſcribi voluit.

8 ¶Vnde fit vt rerũ ſubſtantie/ tametſi in ſeipſis corruptionis reſolutione tabeſcant & effluant ab eſſe: in vtroq; tamẽ intellectu fixe ſunt & permanẽtes.

¶Inter conceptum & ſcripturã media eſt vox: ſuapte natura fluxa et ad momẽtũ euanida perſimilis rerũ ſubſtãtijs/ que in vtriuſq; intellectus medio create ſunt. Angelicus enim intellectus/ ſimilis eſt conceptui: hũanus ſcripture. Supereſt vt relique ſubſtãtie: voci reſpondeant. Sicut igitur e trib⁹ his litteralibus ſignis cõceptu/ voce/ ſcriptura: ſoli conceptus fixi ſunt et ſtabiles in mẽte/ ſcripture vero quoquo etiã pacto in exteris ſubiectis vt ſchoedis et chartis fixe & permanẽtes/ at voces cõtinuo diſparent & labuntur: ita et ſenſibiles creature in ſeipſis fluxe et euande/ haud aliter q̃ in vtroq; intellectu pſeuerãt/ perdurantq; in euum.

¶De duplici actione humani intellectus. Cap. VII.

1 HVmani intellectus duplex eſt actio: vna exterior/ alia interior.

¶Angelici intellectus/ (vt ſepe oſtẽdimus) ſimplex eſt & interior operatio: quia ex ſemetipſo & ſola intuitione ſui/ ſine vlla aut ſpecie aut imagine deprehẽdit oia. Ideo enim contẽplatiuus dicitur: & eius actio cõtẽplatio. vt qui ab exteris nichil diſcit/ aut ſuſcipit: ſed ab initio perfectus eſt/ et actu oia. Hũanꝰ autẽ intellectꝰ/ quia ab initio potẽtia eſt oĩm/ et in fine actu oia: aliã in principio/ aliam in fine exercet operationem. In principio ſiquidẽ circa mũdũ operationẽ habet iperfectã: qua extra ſeipſũ factus/ ſeſuiue cõiunctus: naturã oĩm ab ipſis ſingulis diſcit/ eorũq; ſpecies ſuſceptat. In fine vero pfecta operatione potitur: quãdo conceptis intra ſe et repoſitis in meõria rerũ omniũ ſpeciebus: nullo deinceps exteriore eget obiecto/ nulloue ſenſuũ iuuatur adminiculo. ſed iamiam perfectus & angelico ſimilis intellectui: ad internam ſolã ſui meõriã cõuertit̃/ et aſſeruata in ea rerũ omnium intellectualia ſpectra ſpeculatur: que operatio hũana cõtẽplatio vocat̃: humaniue intellectus ad ſeipſum reuocatio/ ſtatus in ſeipſo/ finis et quies.

2 ¶Exteriore ſui operatione diſcit humanus intellectus & omnia fit: iteriore vero perfectus/ & immobilis: omnia in ſeipſo contemplatur.

¶Hec ex ſuperiore ſatis eſt manifeſta. Nã hũanꝰ itellectus potẽtia eſt oĩm. & ad hoc natus/ factuſq; eſt: vt aliquãdo fiat oia/ & oĩm ſpecieb⁹ ipleat̃/ qui eſt oĩm priuatio. Ab initio igitur cõtũctus ſeſui/ ad exteriorẽ mũdũ (ĩ quo a natura repoſita ſũt oia) cõuertit̃: & mediãte ſenſu p ipa oia: oia fit. oia vero factꝰ: et exteriorẽ mũdũ & ſeſuũ officia & organa linquẽs: ſimplex & abſolutus in ſeipſũ remeat/ & oĩm cõtemplatiõe in ſeipſo potitus/ in ſeipſo manet ĩmobilis.

3 ¶Vñ fit vt itellectio ſit cõtẽplatiõis iitiũ: & actꝰ itellectꝰ ſit prior actu meõrie

¶Diſtant intellectio & contemplatio: vt imperfectum & perfectum. Omnis enim cõtẽplatio/ intellectio eſt & intellectualis operatio. Non omnis autẽ intellectio/ eſt cõtemplatio. Nã primarie/ mũdane/ & iperfecte hũani intellectus operationes: quibꝰ haud ſine ſenſuũ opitu-

lamine/per oim ſpecies oia fit:intellectiones/ non cõtẽplationes dicũtur. Secũde autẽ & interne ipſius operationes/quib⁹ oia illi per memoriã preſẽtia fiũt:& cõtẽplationes/& intellectiones vocãtur. Rurſum intellectui hũano propriũ eſt intellectualib⁹ affici & imbui ſpecies. Memorie autẽ illas aſſeruare & cõtinere propriũ. Et actus intellectus/ eſt intellectualiũ ſpecierũ acquiſitio. Actus vero memorie earũ continẽtia & reſeruatio. Precedit igitur actus humani intellectus/ actum memorie.

¶Fit iterũ vt mundus/ neceſſario ſit prior humano intellectu: & is ſit practicus in mundo/contemplatiuus in ſe.

¶Obiectũ omne/ tẽpore prius eſt: cognitiua ſui poteſtate. Eſt enim obiectũ actus/ & in actu ſubſiſtens:quod potẽtia fieri poteſt/ & futura eſt. Mũdus autẽ qui locus eſt oim: eſt humani intellectus naturale obiectũ. & vniuerſa que ſunt in mundo/ humano intellectui per ſenſus natura innoteſcũt/ preſentãtur/ obiiciũtur: vt ab eis ediſcat & fiat oia. Prior igitur mundus creari & fieri debuit: q̃ hũanus intellectus. Et quãdiu iperfect⁹ adhuc & vacuus hũanus intellectus/ per ſenſum circa mũdũ negociatur: practic⁹ & acquiſitiuus dicit. poſtq̃ vero perfect⁹ & plen⁹/ ſpecies acquirere deſiit/ & ad ſeipſũ ſolũ cõuertit: cõtẽplatiu⁹ merito dicẽdus.

¶Idem eſt numero/ reqꝫ ipſa vnus humanus intellectus practicus & cõtemplatiuus: ſolo diſtans officio & obiecto.

¶Inter humanũ intellectũ practicũ & contemplatiuum: nulla numeri/ aut rei differitudo reperitur. Sunt enim nũero & re ipſa vnus/ atqꝫ idem intellectus/ ſolo diſtãs reſpectu/ officio/ & obiecto. Nã hũanus intellect⁹ vt cõiũctus ſenſui fertur/ reſpicitqꝫ mũdũ/ vt adhuc ſpeciebus diteſcit: practicus vocetur. vt vero idem ipſe a ſpecierũ diſquiſitione reſedit: vt remotis ſenſibus & mũdo/ ad interna ſui memoriã deflexus: queſitarũ a mũdo ſpecierũ ſpeculatione focillatur/ paſcitur/ enutrit: tũ primũ: ſpeculatiuus/ & contẽplatiuus dicat. Obiectũ enim practici intellectus/ eſt mũd⁹. Speculatiui obiectũ memoria. Vnde fit vt pl⁹ abinuicem diſtẽt ambe animi ptes itellect⁹ & meõria: q̃ intellectus practicus & contemplatiuus. Nam
Illatio. intellectus practic⁹ & contẽplatiu⁹: ſunt vn⁹/ atqꝫ idẽ intellectus ſubſtãtia/ re & nũero: ſola ratione/ reſpectu & officio diducti/ diuerſiqꝫ. Intellect⁹ autẽ & meõria/ ſiue intellectus agẽs & intellectus poſſibilis: ſunt vnus & idẽ intellectus hũanus/ idẽ ſolũ ſubſtãtia: re vero & ratione/ abinuicẽ diſtincti/ atqꝫ diuerſi. Intellect⁹ rurſũ practic⁹ & cõtẽplatiu⁹: ſunt eadẽ animi pars: quã aĩ actũ/ vi ſpeculatricẽ & itellectũ nũcupam⁹. Aſt itellect⁹ & mẽoria/ gemie quedã ſunt et extreme eiuſdẽ animi ptes: q̃rũ hec animi potẽtia/ illa vero eiuſdẽ act⁹ vocitat.

¶Humani intellectus memoria eſt alter mundus qui microcoſmus dicitur/ maioris mundi ſpeculum: verum contemplatiui intellectus obiectum.

¶Hec ꝓpoſitio intelligẽda eſt de meõria pfecta/ ab intellectu (vt aiunt) impgnata: & oim rerũ ſpecieb⁹ & imaginib⁹ ornata/ atqꝫ fecũdata. Nã practic⁹ intellectus oim q̃ in maiore ſũt mũdo ſubſtãtiarũ & rerũ: deſumptas ſpecies meõrie cõmendat. in cui⁹ prõptuario ad futurarũ contẽplationũ officia & pfectas ſui operatiões: reponi et aſſeruari iubet. Repoſitis igit hoc pacto ab itellectu practico/ i meõria rerũ oim ſpẽb⁹ & imaginib⁹: nichil nõ ẽ meõria/ nullius eſt exors ratiõis & ſpeciei. Equalis enĩ eſt & ſimilis maiori mũdo. vtpote i quo nulla eſt ſubſtãtia: cuius nõ ſpecies & imago/ ſit in meõria. Et ſicut maior & exterior mũdus/ armariũ eſt & repoſitoriũ ſubſtãtiarũ oim: ita & huiuſmodi meõria (q̃ & minor mũd⁹) prõptuariũ & repoſitoriũ eſt oim imaginũ & intellectualiũ ſpecierũ & verũ ipſũ intellect⁹ obiectũ. Sicut enim maior mũd⁹ oia eſt/ quia in eo ſunt oim rerũ vere et naturales ſubſtãtie: ita & minor mũdus/ ſiue meõria eſt oia/ qa in ea rerũ oim verę & intellectuales ſaluantur imagines.

¶Ali⁹ eſt act⁹ intellect⁹/ ali⁹ meõrie: ali⁹ vtriuſqꝫ cõmunis/ q̃ cõtẽplatio dicit

¶Aliquo pacto actus itellect⁹ ẽ trin⁹. Nã itellect⁹ itellectuales acquirit ſpecies: eas reponit i meõria & ſpeculat i meõria. Meõria vero primũ ab itellectu ſpẽs capeſcit/ eas cõſeruat: & itellectui tãdẽ ſpeculatiuo pũtat Propriꝫ igit ſũt itellect⁹/ act⁹ hi: ſpẽrꝫ acqſitio/ earũ i meõria depoſitio/ & i eadẽ ſpeculatio. Propriꝫ vero meõrie: earũ receptio/ cõſeruatio/ & itellectui repſẽtatio. Cõmunis aũt act⁹ vtriuſqꝫ: eſt cõtẽplatio. Nã cõtẽplatio: ſiꝑliciter diffiniri neqt: neqꝫ per ſolũ intellectum/ neqꝫ per ſolã memoriam. ſed velut actus medi⁹ & ab vtroqꝫ procedẽs: vtrumqꝫ in ſua diffinitione & ratione cõplectit. fieri enim cõtẽplatio dicit/ quãdiu reſeruatas in memoria ſpecies/ ſpeculatur intellectus: repreſentante/ atqꝫ offerente eas illi memoria. Contemplatio igitur velut preſtantiſſima/ & vltima vtriuſqꝫ animi partium operatio: per

tertium vtriuſq; actū/ ſpeculationem ſcilicet & repreſētationem diffinitur. Nā hi duo vltimi vtriuſq; actus: ſe mutuo cōſectantur/ & adinuicē conuertuntur. Qui enim fiet/ vt intellectus quippiam intus ſpeculetur: non offerente illi ſpecies memoria? Et quo pacto ſi ſpecies aſſeruatas offert memoria: nō illas intellectus ſpectabit? Intellectus quippe & memoria nuſq; ſibi inuicē abſunt. Duo autem primi actus intellect⁹/ et duo primi actus memorie: ſunt actus intellectus practici/ & practice memorie. Vltimus vero actus vtriuſq;: actus eſt vtriuſq; contēplatiui. Et intellectus in duobus primis actibus/ vt in acquiſitione ſpecierum et depoſitione earūdem in memoria: operatur per ſe ſine memoria. Similiter & memoria in duob⁹ primis actib⁹ receptione ſcilicet & conſeruatione ſpecierum: per ſe ſine intellectu operatur. Vltim⁹ autem vtriuſq; actus/ illi⁹ inquā ſpeculatio/ huius vero repreſētatio: neutri per ſe ſine altero aut alteri⁹ officio adeſt.

8 ¶Humanus intellectus/ quicquid intellexit: iterum intelligit.

¶Humanus intellectus quicquid intellexit vt practicus: iterum vt cōtemplatiuus intelligit. & quicquid coniunctus ſenſui preuidit in maiore mundo: rurſū ſine ſenſus adminiculo ſpeculatur in minore mundo/ ideſt in interna ſui memoria. Vidit autem prius in maiore mūdo omnia: quando vt practic⁹ & negocioſus vniuerſorum ſpecies a mundo deſumpſit. videt & poſterius eadem omnia in ſeipſo: ideſt in interiore ſui memoria. Quicquid igitur prius intellexit humanus intellectus: iterum intelligit.

9 ¶Vnde fit vt meōria/ ſit ſcḋa itelligētia: ſiue intelligētie reſūptio/ & iteratio.

¶Simplex & prima alicuius intellectualis ſpeciei deprehēſio: proprie ad intellectum referenda eſt/ dicendaq; verus & proprius eius act⁹ ſiue intellectio. Secunda autem eius deprehenſio/ ad memoriā ſpectat. vt que ab ipſius ſpeciei in memorie exedris permanentia/ proficiſcitur. Omnis enim intellectualis ſpecies cum primū deprehenſa eſt ab intellectu: ſublabratur/ tranſitue ad memoriam/ vt ad promptuarium & receptaculum ſpecierū. que ſi iterū preſētabitur intellectui: ab ſola memoria illi offeretur. omnium igitur intellectualiū ſpecierum/ ſiue itellectionū/ aut itelligētiarū reſūptio et iteratio: aut eſt memoria/ aut a memoria.

10 ¶Fit rurſum vt haud ablq; ratione/ dixerit Plato: ſcientiam eſſe memorie reſumptionem. Platonis opinio.

¶Sciens dicitur non qui diſcit: ſed qui perfectus eſt/ notionibus plenus & contemplari potens. cuius memoria ab intellectu impregnata: omnium que in maiore ſunt mundo ſubſtātiarum rationes/ habitus/ ſpecies/ & imagines retentat: vt eas in cōtemplationis officio preſentet intellectui. Eſt enim ſcientia huiuſmodi imaginū in anima/ ſiue in memoria plenitudo: & minoris mundi cum maiore equatio. quādo quidem ſicut maior mundus eſt omnis ſubſtantia/ & omnium ſubſtantiarum locus/ actu continens omnem ſubſtātiā: ita & minor mundus homo/ eſt omnis imago/ omnis intellectualis ſpeciei locus/ omnem continere ſpeciem natus. Si igitur ſcientia eſt habit⁹ memorie/ & perfectio & plenitudo memorie: & ſcientie actus eſt cōſideratio & contēplatio: ipſa vero cōtemplatio eſt memorie reſumptio: tantum diſtabit a memorie reſumptione ſcientia/ quantum a contēplatione. Atqui contēplatio aut ſcientia eſt aut ſcientie actus. igitur et memorie reſumptio: aut eſt ſcientia/ aut ſcientie actus. Eſt enī meōrie reſūptio contēplatio: & eorū que ſunt in meōria/ intellectui repreſētatio. Quippe tunc reſumere meōriā dicitur intellectus: quādo ad ſeſe reuocat et ea actu ſpeculat/ q̄ ſūt in meōria. Et hec meōrie reſūptio ſiue cōtēplatio: pfecta ſcīētia ē/ et actu ſcīētia.

¶De ortu intellectualium ſpecierum a mūdo: tranſitu earum per humanū intellectum/ et ſtatu in memoria. Cap. viij.

1 OMnis ſenſibilis ſubſtantia: vere eſt & ſubſiſtit in mūdo/ extra intellectum: humano tamen intellectui a natura preſentata.

¶Sēſibiles ſubſtātie ſublunares ſūt & ſubceleſtes: ſicut itellectuales ſuplunares & ſupceleſtes. vtraſq; ei ſubſtātias itellectuales & ſēſibiles/ viſibiles et iuſibiles: interiecta dirimit celi moles. Oīs igit ſeſibilis ſubſtātia/ q̄ intra celi ābitū viſit/ et celo cōtinet: habet eſſe et ſubſiſtere extra intellectū/ i eo quē vocam⁹ mūdū et vniuerſū. q̄ oīs i eo verſetur ſubſtantia: obiecta et p̄ſentata a natura hūano intellectui/ vt fiat alter mundus: maiori/ naturali ue mundo ſimilis/ equalis-coniunctus atq; vnus.

2 ¶Mundus ab initio actu eſt omnia: que fieri natus eſt homo.

¶Omnia hic dicim⁹ creata: preter vtrūq; intellectū: angelicū et hūanū. ſiue preter angelū

& hominē: que dicta ſunt oīm eſſe extrema. Et hoc pacto mundus eſt ab initio actu omnia: ideſt / oīs ſubſtātia & oēm continens ſubſtātiā. Homo autē (vt ſepe diximus) cauſa ſui intellect⁹: per ſenſū oia fieri poteſt. et eſt ab initio oīs potentia: que ꝑ oīm ſpecies / tandē oia fit.

¶ Homo omnia fit: preter ſubſtātiam & materiam.

¶ Mundus omnia eſt ſecūdū ſubſtātiam & materiam: vt qui eſt totius materie et ſubſtantiarum omnium / cōtinentia et locus. homo autē neq; omnia fieri / neq; omnia eſſe poteſt eo modo quo mundus: per veras ſcilicet rerū ſubſtantias. ſed duntaxat citra materiā per rerū ſpecies / ratiōes et imagines. Nam ſi in materiali et viſibili ſpeculo / recipi nequit rei viſibilis veritas et ſubſtātia / ſed ſola ipſius immaterialis imago et ſpecies: quāto magis i immateriali ſpeculo (vt in humano intellectu) nulla recipi poterit ſubſtantia aut materies / ſed ſola immaterialis et intellectualis vniuſcuiuſq; rei ſpecies.

¶ Intellectuales ſpecies / per quas homo omnia fit: ortum habent in mūdo / tranſitum per humanum intellectum / finem & ſtatum in memoria.

¶ Sicut rei viſibilis imago / ortū habet a re viſibili: tranſitum per aerem / finem & ſtatum in ſpeculo / in quo liquido viſibilis demonſtratur: ita & rerum que ſunt in mūdo intellectuales ſpecies / ortum habent in mundo a rebus ipſis: tranſitum per humanum intellectum / finē & ſtatum in memoria. Nā cum intellectus ſit ipaſſibilis: impoſſibile eſt huiuſmodi ſpecies demorari in intellectu. ſed confeſtī pergunt ad memoriā: que cū ſit intima & penitiſſima animi pars et velut quedā baſis intellectualis apicis: nuſq̄ vltra mēoriā intellectualiū ſpecierū ſeſe motus extēdit. ſed in ea ꝑpetuo ad futuras cōtēplationes demorātur / ſtabiliunt / aſſeruātur.

¶ Vnde fit vt hūane intellectiōis iitiū ſit mūd⁹ / intellect⁹ mediū: finis ſit mēoria

¶ Cuiuſuis motus tres ſunt termini: a quo / per quē / ad quem. Mūdus terminus eſt a quo oriuntur ſpecies: intellect⁹ terminus / per quem feruntur: memoria terminus ad quem feruntur & in quo recipiuntur. Eſt enim ipſa totius intellectionis finis. Et ante mundum in humana eruditione & humani intellectus conſumatione / nichil eſt: & poſt memoriā nichil. diſtātq; maxime abinuicē mūdus & memoria: vt extrema initiū & finis. Sicut & in ipſa rerū ſpecularī iſpectione / añ rē viſibilē nichil eſt & poſt ſpeculū nichil. Hec enī ſūt inſpectionis extrema. In vtriuſq; autē medio / eſt aer aut aqua: per q̄ a re viſibili / ad ſpeculū trāſit deferturq; ſpēs.

¶ Rerum ſpecies vt in mūdo ab ipſis rebus oriuntur: nondū intellectuales ſunt ſed ſenſibiles / & in ſenſibus primum recipiuntur.

¶ Quicquid eſt in mūdo: eſt ſenſibilis ſubſtātia. Qualis autē fuerit oīs ſubſtantia: talis eſt & eius ſpecies & naturalis imago. A ſēſibilibus igitur ſubſtantijs que in mundo ſunt: haud alie q̄ ſenſibiles vibrātur / procedūt / oriūturue ſpecies: que primū in ſēſibus recipiūtur. & ex quibus hūanus intellectus / ſub ipſis ſenſib⁹ delitens. intellectuales ſpecies aut defecatione quadā ipſarū / aut rationali coniectura elicit / abſtrahit / profert.

¶ Sicut ſenſibiles ſubſtantias natura varijs accidentibus operuit: ita & pluribus ſenſibus / humanū intellectū.

¶ Rationabile eſt / vt q̄le eſt obiectū: tale ſit & ſubiectū ſiue cognitrix eius poteſtas & ſpectatrix facultas. Sēſibilis aūt ſubā: eſt ſubā ipura / mixta accidētib⁹: quorū alluuiōe ſēſibilis fit. Subſtātia enī pura / ꝑ ſe / ſine accidētibus: inſēſibilis & ſoli intellectui puia eſt. quēadmodum & accidētia / ſunt ipſa vere ſenſibilia: ſunt et ꝓpria ſenſuū obiecta. Sicut igitur ſēſibilis ſubſtātia eſt ſubſtātia accidētibus cōiūcta / & accidētib⁹ obtecta: ita & hūan⁹ intellect⁹ (cui ipſa ſēſibilis ſubſtātia obiecta eſt) intellect⁹ eſt haud purus / ꝑpatulus aut nud⁹: ſed ſēſibus addictus / ſub ſēſuū organis arean⁹ / corporea mole obtect⁹. Referendū igit eſt id mūdi / qd in aperto eſt / ad id hois qd ē in aperto: ideſt accidentia mūdi / ad ſēſus hois. & id mundi qd occultū velatūq; eſt accidētib⁹: ad id hois qd ſēſibus eſt adoptū / ideſt ſubſtātia ad intellectū. Hoc enī pacto tot⁹ homo: toti⁹ erit arbiter / iudex & ſpeculator mūdi: & ps hois / ptis mundi. Senſus arbiter erit accidētiū: intellect⁹ vero ſubſtātiarū. Extrema hois / extrema mūdi intuebuntur: illius quoq; iteriora / huius intima & arcanarima būt. Ad hūc enī modū / toti ſpectatrici potētie: totum obiectum offeretur / nudabitur / pateſcet.

¶ A mundo ad ſenſum hominis rei ſpecies eſt ſenſibilis: ab intellectu vero ad memoriam intellectualis.

¶Hec quattuor in hoīs cōsumatione/ se ad hūc modū sequūt. Mūdus/ sens9/ intellect9/ memoria. Rerū autē species oriūt a mūdo: ferunt̄q; per sensū & intellectū/ vsq; ad meōriā: in q̄ statū suiq; mot9 finē habent. Mutat autē ipsa species suā originē primāq; naturā exuit: cum ex maiore mūdo miorē mūdū subit. In vtroq; enim mūdo eiusdē nature esse nequit. In maiore quippe mūdo: ipsa species/ sensibilē sortita est naturā. in minore autē mūdo/ in naturā se intelligibilē cōuertit. Toto eteni spacio quo ab suo ipsius fonte & minore mūdo fertur adusq; hominis sensū: naturā seruat sēsibilē. totovero reliquo interuallo/ quo lares subiēs animi/ ab intellectu fertur ad memoriam & stat manetq; in memoria: intelligibilis vocatur.

9 ¶Vnde fit vt cū alteri9 nature sit spēs in sēsu & alteri9 i itellectu: sit aliq̄d medīū cōe iter vtrūq; /i quo spēs ipsa mutet naturā/ fiatq; ex sēsibili itellectualis.

¶Species & imago naturalis rei i sēsu: sensibili nature est ascribēda. In intellectu vero nature itellectuali poscit ascribi. Hec autē mutatio cū nō fiat in sēsu/ neq; in itellectu: in medio aliquo fiat oportet. qd quodā modo vtriq; sit cōmune: secreti9 & abditi9 sēsu: intellectu vero extimi9 & manifestius. Hoc aūt mediū (vt et Remūd9 lullius sentit) est sensus interior: qui cōmunis sēsus dicitur siue imaginatio & phantasia. Ait enī in ipsa imaginatione: sensibiles huiusmodi species defecari & euadere puriores. indeq; trāsire cominus ad intellectum: nudatas omni materia & prisca accidentium eluuie spoliatas. Remund9. Lullius.

10 ¶Fit iterum vt ipsius sensibilis substantie species & naturalis imago non sit simplex: sed ex vtraq; natura/ sensibili et intellectuali.

¶Nam qualis est sensibilis substātia: talis est & eius species. Sēsibilis autē substātia habet aliquid ex vtraq; natura: ex inquā sēsibili & intellectuali. Quāta enī illi vis inest accidētiū: tantūdē naturā sensibilē imitatur. Quātā vero substantiā sortita est: tantum illi inesse de intellectuali natura asseueram9. Ipsa igit sēsibilis substātie species/ habet pari pacto & aliquid ex vtraq; natura: quo vtrāq; representet exprimatue naturā. De natura intellectuali habet in representatione substātie: de sēsibili vero in expressione accidētiū. Ipsa itaq; sensibilis species/ cū nō sit simplex sed vtriusq; nature: resolui/ spoliari & nudari accidētibus potest. atq; ad intellectualē naturā reduci. & hoc pacto e sensuū valuis aut pomerijs peruenire in exedras intellectus et memorie. Q; si simplicē dixeris ipsā sensibilis substātie naturalē imaginē: aut nature erit solū sēsitiue aut solū itellectualis. Si nature solū sēsitiue: rēpsentabit offeretq; sola accidētia/ eritq; species accidētiū. Si solū intellectualis: erit species soli9 substātie/ nulla rēpsentās accidētia. Ipsa autē posita est toti9 esse species: rēpsentās substātiā cū accidētibus/ & accidentia cū substātia. Q; si posueris eā de natura solū sēsibili: quomō poterit ex ipsius interiore sēsu defecatiōe/ relinqui itellectualis notio/ q̄ in intellectū e sēsu penetret. Nā defecatio: est accidētiū spoliatio. Et si de natura solū intellectuali dixeris: nō poterit esse sēsibilis substantie species/ nec subsistere in mundo & a mundo ferri ad hominem. Nichil enī intellectuale mundus gignit. In eo nil intellectualis spiritalisue nature/ natum est subsistere. cum sola mens humana: sit simplicium & mere intellectualium locus.

¶Q; omnia prius fuerunt in intellectu & extra intellectum facta/ tandem in intellectum reuertantur. Cap. VI.

1 ANte mundum factus est intellectus: & iterum post mundum factus intellectus.

¶Mūdus (vt superi9 ostendim9) est omnia. Ast ante omia/ factus est angelicus intellectus: post omnia vero humanus. Mundus igitur dyadem intellectualem/ mediam dispartitur: vt qui in medio duorū intellectuum/ angelici atq; humani est factus.

2 ¶Est etiam intellectus sensu anterior & prior: & intellect9 sensu posterior.

¶Sicut in superiore dictū est de mūdo: ita & de sēsu dicēdū in p̄senti. Angelic9 enī itellect9 ante sēsū creatus est: hūan9 vero post sēsū. In āborū autē intellectuū medio/ creat9 est sēs9. Nam sens9 cum mūdo (vt cū animalib9/ que post angelos ante hoīem creata sūt) est fact9.

3 ¶Vnde fit vt omnia prius fuerint in intellectu: & extra itellectum facta sint/ tandemq; in intellectum reuertantur.

¶Oia (vt i prioribꝰ ꝓpositiōibꝰ docuim9) pri9 fuer ūt ī angelico itellectu: vt in vtero & cōceptionis sue loco. Deide velut nascētia & foras ꝓdeūtia: ex occulto in aptū facta sūt & posita extra intellectū in seipsis/ i sua natura & i sensu. Sūt enī oia i seipsis & scdm se sensibilia.

Illatio.

Rursum ex aperto in abditū reuertuntur: cum in intellectu humano fiunt. Humanus enim intellectus fieri natus erī omnia: & omniformis in fine est factus. Et ex hac illatione: possumus elicere harum duarum propositionū veritatem. Nichil est in sensu: quin prius fuerit in intellectu. Et nichil est in intellectu: quin prius fuerit in sensu. Prima vera est propter angelicū intellectū: secunda propter humanū. Nichil enim est sēsibile aut cōsistens in mūdo quod nō prius per inteligibile esse/ fuerit quoquopacto in angelico intellectu: & quin postea in homine/ fiat rursū intelligibile & extra mundū. Possum⁹ etiā relicto angelico intellectu vtrīq; propositioni in solo homine/ dare veritatis locū: sed in eo veritates transponūtur. Nā secunda primo vera est et secūdo prima. Cū enim per sensū discat homo vniuersa/ aut a natura siue a mūdo aut alius ab alio homine: hoc pacto nichil est in hūano intellectu/ qui prius fuerit in sensu. nichil in homine/ quin prius fuerit extra hominē. Postq̄ vero homo vniuersa didicit & factus est omnia/ consumatus & perfectus: is solus alium hominē docere potest. & in alterius mētem suopte pedotribatu transferre: queq; sibi ptius insunt. Atqui docendi media & instrumēta: sūt sensibilia. Voces quippe audibiles sūt: scripture oculis perue. Et quascunq; voces is qui docet profert/ quascunq; scripturas proponit: ab eius mente deriuāt atq; oriuntur. Erit igitur hoc pacto mens sensibiliū fons atq; initium. & nichil erit in sensu: quin prius fuerit in intellectu. Itaq; considerato eo homine qui discit: nichil est in intellectu/ qui prius fuerit in sensu/ ideſt in vocibus & scripturis. sumpto vero eo qui docet: nichil est in sensu (ideſt in vocibus & scripturis) quin pri⁹ fuerit in intellectu. Vox enim omnis & scriptura ab eo exoritur conceptu/ qui est in mēte docentis. Et si vtrūq; simul perspexeris qui docet & qui discit: dispositis contra sese & ex aduerso duobus conceptibus/ eius qui docet & qui docetur velut distantibus extremis: & positis in medio litteralibus notis/ conceptibus/ vocibus atq; scripturis: fit motus ab intellectu docētis ad intellectū discentis. Nam cōceptus qui primenti docentis ineſt: transferendus est in discentis mentē. vt fiat mens discentis plena: docentis mente/ nichilo inferior. Transfertur autem huiusmodi conceptus de mente in mentem non per se: sed obtectus expressusq; vocibus & scripturis. Rursum igitur in hoc ordine: vera est vtraq; propositio/ eo modo quo prius: nichil esse in sensu/ id est in vocib⁹ & scripturis (q̄ sunt sensibilia quedā) quin pri⁹ fuerit in intellectu docentis. & nichil esse in intellectu discētis: quin prius fuerit in sensu/ ideſt in vocibus & scripturis.

Pedotribatus ludi magistriū Pedotribes preceptor.

¶ Diuina operatio/ que est vniuersorum creatio: velut in quodam circulo est facta.

¶ Nam deus creare inchoauit ab intellectu: & intellectu creare desijt. Est autē circulus: cuius finis/ aut idem est aut coniunctus principio. Diuina igitur operatio/ qua statuit deus ad esse vniuersa: facta est in circulo. vtpote que cepta ab intellectu: desijt in intellectu.

¶ Vnde manifestum est cur homo cum vltimus creat⁹ sit: proximum tamē angelis sortitus est locum/ cunctis sensibilibus creaturis eminentior.

¶ Cū enim ex precedente diuina operatio qua creauit vniuersa/ facta sit in circulo: coniunxit deus totius sui operis finem/ initio. Diuini autem operis initium/ angelus est: finis homo. Coniuncti igitur sunt a deo & proximi loco facti: angel⁹ & homo. Angelus natura superior (vt & antiquior) deo attiguus est: homo vero ab angelo/ paulo imminut⁹. Rursum quecūq; dissimili medio distant extrema: sunt similia. Est enim duplex dissimilitudo/ quam habēt ad medium: sue similitudinis causa. Angelicus autem intellectus & humanus distant abinuicem: medio sensu seu medijs sensibilibus creaturis. Vniuntur igitur adinuicem: ex oppositiōe & dissimilitudine medij. Duplex enī ipsorū ad mediū discrimē geminusq; receſſus: causa ē copule/ ppiqtatis & mutui acceſſ⁹ eorū dē. Rursū aliā eiusce rei afferim⁹ causā: cur hō supma & nouissima creatura/ cūctis sēsibilib⁹ creaturis: ē & dignitate & loco eminētior & ipsis angelis cōiūct⁹. De⁹ duos spūs creauit: vnū p se subsistere natū sine corpe/ quē vocam⁹ āgelū. Alterum natum in corpore subsistere: quē dicimus humanū spiritum. Quia igitur angelicus spiritus vt per se potens nullo ad subsistendum egebat: creatus est ab initio totus & per se. Humanus vero haud aliter subsistere q̄ in corpe nat⁹: creari post corp⁹ debuit. Oportuit enī prius a deo fabricari/ excudi & componi humanū corp⁹ humani spiritus domicilium: q̄ humanum procreari spiritum. Nempe & materies/ ex qua corpus huiusmodi conflatur: humano spū creata est prior. Sed & humanū corp⁹ haud aliter creari debebat/ q̄ post omnes sensibiles creaturas: que sunt ipsius materiei & humani corporis particule. Omnis enim sensibilis materialisue substantia: ad salutem humani corporis est pernecessaria. & est vt quedam

humani corporis pars. Id quippe conflatum est ex vniuersis que sunt in mundo. et est vt omnium sensibiliū creaturarū materialis apex/ terminus et finis. Est & opus ex materia prestātissimum: quod conseruari et saluari eget ex omnibus que sunt in mundo. Debuit igitur homo a deo creari vltimus: & fieri post omnia/ que ipsius salutem procurant/ queue sunt illi ad esse in mundo necessaria. Creauit enim deus imprimis angelum/ deinde materiam/ hinc materie partes/ ideſt sensibiles creaturas: sine quibus non potest esse homo. Postremo hominē angelo vicinum/ coniunctum & proximum. In quo creandi modo processit deus: vt ab angelo ad materiā/ a perfectis ad imperfecta. Vt vero a materia per sensibilia/ ad hominem: ab imperfectis ad perfecta.

6 ¶ Manifestum iterum est omnem sensibilem creaturam: esse vt per se hominis corpus.

¶ Humanum corpus conflatum est a deo: in omniū sensibilium harmonia et mediocritate. ita vt vnaqueq; sensibilis creatura: sit vt humani corporis pars aliqua. humanum vero corpus per se: sit vt omnium totum & centrum. Omnes enim materiei partes & sensibiles creature/ tribus tantum formis diducunt: essentia/ vita & sensu. Nam intellectualis forma vt huiusmodi: minime actus est materiei & corporis. quandoquidem sine vllo materiei et corporis commercio: exerceatur intellectio. Fit enim hec in spiritu: vtpote que est intelligentie aut anime seipsam motitantis operatio. Et licet intellectualis anima addicta sit et materiei & corpori: sub ea tamen ratione/ qua intellectualis vocitatur: a materia & corpore eximitur/ et neq; materiam neq; corpus: sed seipsam solam ciet ac mouet. Cetere autem tres forme sensitiua/ vegetatiua/ essētialis cum sibiipsi adesse/ seq; ipsas motitare nequeāt: dūtaxat materiei & corpori adsunt suaq; motitant subiecta. Vnde illas merito materiales et corporeas formas nuncupamus: que nichil motionis et proprie actionis extra corpus/ materiam et subiecta recipiunt. Omnē itaq; materiei partem preter humanum corpus/ trine tantum forme complectuntur: essentialis/ vitalis/ sensitiua. Humanum autem corp⁹/ ceteris materie partibus insignius: animam gestat immortalem/ primum intellectus & mētis domicilium. a qua eidem corpori: trium superiorum formarum actus: esse inquā/ viuere et sentire induntur. Est igitur humanum corpus per se/ vt cetera omnis sensibilis creatura: & quante cetere omnes materiei partes. & omnis sensibilis creatura/ finē habet in humano corpore: facta propter humani corporis salutem. Nichil enim quod ex materia est: humane anime salutem procurat. nichil materiale aut corporeum: alēdo immateriali aut incorporeo enti cōfert. Et ex hac illatiōe plurima possūt iferri: nichil scilicet a natura ianiter aut ociose factum. nichil cassum esse/ aut sine fine. Precipuū verūq; medicine obiectum esse humanum corpus: vt ex omni sensibili substantia/ ex toto deniq; mundo salus ipsius curetur. Et intellectum/ oculūue medici: versari debere inter mūdum et humanum corpus vt singula mundi referat ad humanum corpus: velut partes ad totum.

Illatio vna. Quod sit medicine obiectum.

7 ¶ Homo omnia est: et spiritu & corpore.

¶ Diximus quopacto homo omnia fit spiritu et intellectu: per omnium species/ quib⁹ omnia fit. Est autem omnia etiam et corpore: cum haudquaq; sit minus eius corpus/ q̄ sensibilis mundus. et nulla sit (vt diximus) sensibilis substantia/ non humani corporis pars: non propter humanum corpus facta.

8 ¶ Vnde fit vt hominis anima in humano habitet corpore: tanq̄ equale in equali/ totum in toto. similiter et hominis corpus in mundo.

¶ Hominis anima est totum intellectus/ ideſt totum intelligibile: quod intellectualiter omnia euadit. hominis vero corpus est totum sensus: ideſt totum sensibile. Vtrūq; autem hominis et eius anima/ et eius corpus: est (vt dictum est) omnia. Anima quidem spiritaliter & citra materiam omnia fit: corp⁹ vero cum materia/ rerum ipsarum substantias depascit. Et omnia omnibus sunt equalia. Habitat igitur hominis anima/ in eius corpore: sicut totum intellectus/ in toto sensus/ & equale in equali. Identidem & hominis corpus habitat/ saluatur ferturq; in mundo: vt equale in equali & totum in toto. Etenim mundus omnia: ideſt omnis sensibilis substantia. cum nulla extra mundum/ sit sensibilis substantia. Et profecto non irrationabilis erat eius opinio: quia ab vnaquaq; mūdi parte & substantia: sublata detractaue atomo/ ex tot atomis conflabat humanum corpus: quotquot sūt in mundo substantie. & numerū eundē aiebat esse mundi & humani corporis: humanū quoq; corpus

Philosophica opinio de numero mūdi & humani corporis.

defluxum quendam esse atomorum vniuersi.

¶ Quopacto humanus intellectus/dicatur esse in corpore et non esse in corpore. Cap. X

IN materia & corpore quatuor habitant forme: substantiua/ vegetatiua/sensitiua et rationalis quam intellectiuam vocamus.

¶ Extra materiam et corpus: tantum vna relíquitur forma angelica/ ante oẽm materiã creata. In materia vero et corpore reperiũtur quatuor: substantiua/ vegetatiua/ sensitiua et intellectiua. Substantiua dat materiei esse. Vegetatiua/ vitam eidem 6
imprimit. Sensitiua/ sensationis est causa. Intellectiua/ intellectionis. Omnis enim sensibilis creatura: aut intelligit aut sentit/ aut viuit/ aut subsistit.

¶ Tres inferiores forme: et substantia & operatione sunt in materia. suprema autem rationalis et intellectiua: substantia quidem et reipsa est in corpore: functione et operatiõne extra corpus.

¶ Substãtiua forma: dat corpori esse & subsistere. Vegetatiua illud viuificat/nutrit/ dat incrementum. Sẽsitiua in corpore/ & corporeis organis: sensationem perficit. Rationalis autem & intellectualis vis: nullũ cum corpore/ in sua operatione habet cõmercium. Nam in- 7
tellectualis operatio/ similis est curue linee: cui⁹ idem est principiũ & finis. ceterarum vero formarum actus et operationes/ rectas lineas imitantur quarũ sunt diuersa extrema: aliud initium/ alius finis. Sensibiles enim forme: initia quidẽ sunt & efficientes cause suarum operationum. Illas attamen operationes minime in sese recipiunt: sed in materia et corpore easdem recipi oportet. Vnde fit vt in eis: aliud sit producens/ aliud recipiens: aliud principiũ/ alius finis. In operatione autẽ & officio intellect⁹: eadẽ est causa efficiens/ materialis et susceptiua: eadem producens/ eadẽ recipiens: eadem que actus & que potentia. Ipsa eteni rationalis & immortalis anima/ creata in orbe: in actum & potentiã diducitur/ cuius actus agensue intellectus: in potentia propria possibiliue intellectu: intellectiones oẽs profert.

¶ Intellectus siue sit suarum notionum opifex siue eas recipiat a mundo: 8
intellectiones omnes in se/ aut profert aut recipit.

¶ Intellectus imperfectus et inconsumatus: notiones omnes per sensum recipit a mundo, que (vt dictum est) in interiore sensu defecantur: a quo i itellectũ sublabrantur ac penetrãt. Huiusmodi enim defectus vacuusue intellectus: cum nõdũ sui cõpos euaserit / neq; rerũ scientiam imbiberit: naturam imitari nequit/ aut aliquid ad nature simílitudinem in seipso proferre: cuius nulla a natura susceperit initia. Consumatus autem intellectus per sese operatur & opifex est suarum notionum: naturãq; solus imitari potest. Vterq; igitur intellectus et qui suarũ notionum est causa/ et qui non est causa: intellectiones ipsas siue notiones omnes et species/ in sese nõ in corpore profert aut recipit. Intellectus enim agens & intellectus possibilis licet reipsa distincti/ atq; diuersi sint: substantia tñ sunt vnus intellectus et vna numero rationalis anima/ immortalis: cuius actus a potentia inseparabilis est. Et intellect⁹ agens: est ea animi pars quã speculatricem nuncupamus. Intellectus vero possibilis/ est ipsa intellectualis memoria: omnium intellectualium specierum receptatrix.

¶ Tantum simile a simili patitur

¶ Nã sensibile patitur a sensibili / intellectuale ab intellectuali/ sensus a sensu/ intellectus ab intellectu. Sensibile a sensibili: vt corpus humanum a mundo. Omnia etenim que sunt mũdi: necessaria sunt ad salutem humani corporis. cum omnis sensibilis substantia: sit eidem aut in alimentum aut medicamentum a deo attributa. Intellectuale ab intellectuali: vt anima siue intellectus/ ab intelligibilibus speciebus. Sensus a sensu: vt sensus interior ab exteriore. Est enim interior sensus/ vt quedam exterioris memoria: & vt penitior locus/ in quo sensibilia spectra & colliguntur & reseruãtur. Sensus quippe exterior/ preest sensibilibus speciebus a mundo captandis: easq; receptas a mundo/ ad interiorem sensum introducit. Interior vero/ illas intus asseruare iubetur. Intellectus deniq; ab intellectu patitur: vt intellectus patiens ab intellectu agente. qui sunt vnus/ totus substantialis intellectus & vna numero anima: non tamẽ eadẽ numero animi pars.

¶ Sicut sensibiles species subsistere nequeunt in intellectu/ sed tantũ in mũ/

do:ita & intellectuales/ſubſiſtere nequeunt in mundo/ſed tantum in intel/lectu.

¶Senſibiles ſpecies aut ſunt in interiore ſenſu/aut in exteriore: aut in aere aut in aqua/aut in alijs mediis corporibus:per que a rebus ipſis emicant/vibrantur/funduntur. nec in aliquo alio ſubiecto:q̄in materia et corpore receptantur. In immateriali enim & diſſimi liſubiecto/vt in intellectu:ſubſiſtere non poſſunt. Intellectuales autē ſpecies licet a mundo et ſenſibilibus ſpeciebus deriuaticie ſint: habent tamen eſſe extra mundum & materiam. Stant enim & permanent in intellectu poſſibili:a quo emigrare nequeunt

¶Quāuis intellectuales ſpecies ſint in intellectu: intellectus in anima ani/main corpore et materia:non tamen dicuntur intellectuales ſpecies habere eſſe et ſubſiſtere in materia et corpore.

¶Nam ſeparari poſſunt anima & intellectus a corpore:permanentibus in intellectu notio=nibus intelligibilibuſue ſpeciebus. Nō igitur habent intellectuales ſpecies/verū eſſe & ſubſi ſtere in corpore:vt ſine quo eſſe veraciter poſſunt. ſed in ſolo intellectu/ſine quo eſſe neque=unt:licet poſſit ſine ipſis eſſe intellectus. Nam inconſumatus et inconditus diſciplinis intel lectus:ab initio(vt diximus)inanis eſt rerumq; ſpeciebus deſtitutus.

¶Intellectus humanus etſi ſeparabitur a materia/non erit ociosus: nec a propria ſpeculatione intellectualiue operatione fatiſcens/intermittetur.

¶Nam humanus intellectus quādiu in corpore ſubſiſtit: nullo ad propriam operationem vtitur corporis commercio/ſed ſine materie et corporis officio:intellectualem perficit ope=rationem. Si igitur degens in corpore:ſine corporis vſu/propria actione potitur et ocioſus non eſt:quanto magis extra corpus factus/eadem operatione(ſine vlla ſui immutatione) potietur & ocioſus non erit. Ipſius enim anime ſubſtantia/incorruptibilis natura atq; imor talis:tota integra et ſalua extra corpus/cum virtutibus omnibus et ſpeciebus intelligibili=bus fieri poteſt. atq; in hoc(licet innaturali)ſtatu:intellectuales operationes/in ſemetipſa congrue perficit vt prius.

¶Sicut angelicus intellectus/natus eſt per ſeſe ſubſiſtere extra corpus: ita et humanus ſubſiſtere in corpore eſt natus.

¶Angelicus intellectus purus eſt:et per ſe ſubſiſtere natus vt prius oſtendimus. Human9 vero natus eſt ſubſiſtere in corpore:et in hoc ab angelo differt/paulo inferior. Si igitur hu=mani intellectus natura eſt ſubſiſtere in corpore:non debet natura eſſe extra corpus: neq; diſſiungi aut ſeparari a corpore. Et ſi quādo extra corpus fiet:hoc preter naturā/alia quadā cauſa eueniet. Et iterum cum ſit immortalis & incorruptibilis: natus eſt quandoq; corpo=ri reſtitui. vt in gradu proprio & ſuapte ipſius natura/ſemper ſubſiſtat. Et hinc pendere co gnoſcimus future reſurrectionis myſterium. Facta quippe ſunt & creata a deo vniuerſa:vt eo modo quo eſſe nata ſunt/ſubſiſtant. nec ſtatuit aut finere poteſt deus/quicquam in rerū natura inane atq; ocioſū. At qui nata eſt(vt diximus)rationalis anima eſſe & ſaluari in cor=pore. vt pote cui complures inſunt vires: quas niſi corpori addicta & agglutinata/exercere nequit. Nonnūq; igitur ex bonitate & clementia dei futurum eſt: vt reſolutū in atomos cor=pus/priſcā corporis formam recipiat/fiatq; rurſum eternum anime domicilium. De myſte=rio future reſurrectio nis.

¶Qvterq; intellectus eo quo creatus eſt modo conſumatur. Cap. XI.

Vterq; intellectus/quo modo ſubſtātialiter exortus eſt:ita & ſcien=tia perficitur.

¶Angelici intellect9/ſpecie plures ſūt atq; differētes: genere tamē ſūt vnus atq; idē intellectus. Humanus vero intellect9/ſpeciei diſcrimina cū ſubterfugiat:dū=taxat nūero/ſinguli & idiuiduo diuellit euaditq; plurim9. Singulorū qppe hom/vn9ē & peculiaris intellect9: oēs tñ humani intellect9/ad apicē & faſtigiū ſpeciei:vnicus intellectus vocantur. Angelicus autē intellectus totus ſimul repentcq; exortus eſt: nō vnus poſt aliū. quandoquidē et oēs angeli/ſimul creati ſunt:eodēq; momēto/ſubſtantiā acceperūt. Huma nus autē intellectus(ſecūdū ſpeciē dico)diuidue & in tēpore ſubſtantiā accepit:factus non

totus simul/sed parte post partē/idest indiuiduo post indiuiduū. Explicitus enī est per singulariū & indiuiduorū numerū. & hic adhuc īperfectus/indies exoritur: succeditq; intellectui intellectus/quoad species humani intellectus suo numero impleatur. Vterq; igitur intellectus: eodē modo scientia perficitur/quo & substātia. Angelico quippe intellectui/repente & substātiā: et vniuersorū scientiā/obtigisse fatemur. Humano vero intellectui & substantia et scientia: sensim/diuidue & i tpe affuere. substātia quidē/cū vnus post aliū oriat. scientia vero: cū non simul oia sit fieri natus: sed prius vnū/posterius aliud fiat quoadoia sit factus.

¶ Vtriq; intellectui/quale obtigit esse primū/tale & secundum. 2

¶ Hec est ferme eadem cum precedente. Nam esse primum: est esse simpliciter/quod esse substātiale appellamus. Esse vero secūdū: est esse secundū quid/quod esse rationale siue scīē tificū vocant. Vtriusq; igitur intellectus/primū esse: lex est secundi esse eorūdē. Quali ortu eorū substantia emersit: tali & scientia emergit. Cuius enī genus/repente ortū est: huic et ois scientia repēte affuit. Cuius vero species/singularib9 & indiuiduis diuidue & in tēpore explicatur: huiq; quoq; idiuidua & singularia/cūctorū scīētiā: diuidue piter sēsimq; recipiūt.

¶ Angelicorum intellectuum genus est vnum/species plurime et varie. Humanorum vero intellectuum/vnica est species. singularia vero multa et numero indefinita. 3

¶ Ois angelicus & separatus intellectus: per se/vna quedā species est. oēs vero simul/vnū tantū genus cōstant. ois autē humanus itellectus: per se/est singulare quiddā. oēs vero humani simul: vnica tantū specie claudūtur. Nā cū angelicus intellectus/sit paulo eminētior humano: hic ad humanū sese habet/aut sicut genus ad speciē: aut sicut species ad idiuiduū. Quo enī modo angelicū intellectū vocaueris genus: dic humanū esse speciem. & si angelicum dixeris esse speciē: humanus abs te singularis & indiuiduus est appellādus. Angelicus siquidē/vnus est genere: specie varius atq; diuisus. Humanus vero specie vnic9: nūero plurimus ac varius euadit. Et sicut angelicū gen9 habet esse in solis speciebus: ita et humana species in solis indiuiduis.

¶ Omnis humana intelligentia: est vt vnius angelice intelligentie numerus. 4

¶ Nēpe queuis angelica intelligētia/perse vna species est: oēs vero simul: vnum gen9. Ast quelibet hūana intelligētia/singularis est & idiuidua. oēs vero hūane itelligētie simul: vnicā adimplēt cōstantq; speciē. Oēs itaq; humane itelligētie simul sūt vt vnius angelice itelligētie nūer9. quēadmodū & vniuersa singulariū multitudo: vni cuipiā speciei ꝓbat equalis.

¶ Vnde fit vt non recte senserit impius Auerrois: omniū hoim vnū eūdēq; esse cōmunē intellectum/a cunctis separatum. 5

¶ Nā sicut deus angelicorū itellectuū gen9/i species partit9 est: ita & humanorū itellectuū speciē/in singularia & indiuidua eadē lege dispescuit. Et sicut ois angelic9 itellect9 est vna species: ita et ois hūanus/vnū hoc aliquid est & ens singulare. oī itaq; hoi: ineſt ꝓprius/peculiaris & singularis itellect9. Rursū qcquid pse degit sepatū & abiūctū a materia: aut gen9 aut species est. qcquid vero cōiūctū est materiei: vnū nūero est & singulare & idiuiduū. Est enī materies rerū vltimū: toti9 singularitatis et idiuiduitatis causa. ois autē hūan9 itellect9: addictus est et cōiūctus materiei. oīs igit hūan9 intellect9: idiuidu9 est/singularis/ꝓpri9 et nūero vnus. Deniq; fieri nequit vt eiusdē entis/simul gen9 cū specieb9: aut species cū singularib9/eodē modo subsistat. Nā cui9 generis species/actu & vere extra mētē/in rerū natura degūt: id genus dūtaxat ratione & intelligētia colligit. & nequaq̄ in rerū natura: sed i sola mēte reperitur. Angelicū enī gen9/i sola mēte subsistit: angelice vero species/extra mentē in rerū natura esse receperūt. Et eodē modo si cuius speciei singularia/habēt esse extra mētē: necesse est eāipsā speciē/sola ratione & intelligētia/lectam ex indiuiduis/mēti ineſſe: nullāq; in rerū natura recipere substātiā. Humana eteni species/quā deus in singularia dispescuit: dūtaxat ratione & intelligentia colligitur. nullūq; aliud esse/q̄ mentis esse sortita est: vt cuius singularia et partes/extra mentē in mundo veraciter subsistūt. Qui enī toti alicui naturale verūq; esse ascribit: id simul a partib9 aufferat oportet: ipsq; solū rationis & mētis esse relinquat. Et contra qui partes in rerum natura collocauerit: earum tota in sola mente collocare debet. Si enim genus est in natura: eius species & singularia/inerūt soli menti. Similiter & si speciē statuis in mūdo aut in esse substātiali: necesse est eius indiuidua mēti soli ineſſe. Si vero singularia in mundo sunt: eius species & genus/haud aliter q̄ in mente sub-

Argumēta quibus impij Auerrois opinio falsa demōstratur.

sistunt. Cum igitur oīs humanus intellectus singulare & hoc aliquid esse/ī rerū natura extra mentē susceperit: impossibile est aliū esse humanū intellectū a singularib⁹ intellectibus separatū qui sit tanq̄ singulariū intellectuū species: veraciter extra mētē/ in rerū natura collocata/ cūctis hoībus (vt arabs Auerrois īpie edocuit) cōis. Sicut enī secuit deus angelicū intellectū in species: ita & humanū in singularia. Et sicut null⁹ est alius angelicus intellectus/ separatus a specialibus intellectibus/ qui vocet̄ eorū genus sitq; cunctis angelis cōis: ita & nullū aliū esse humanū intellectū/ a singularibus intellectibus separatū fatemur: qui sit vt singularium vera & abstracta species/ cunctis hominibus cōmunis. Arabs. Auerrois.

6 ¶Quilibet humanus intellectus repente totusq; simul exoritur: in tēpore tamen eruditur et consumatur.

¶Hec propositio/ ad intelligentiam priorū adiecta est. Nā cū diximus hūanū intellectū eodē modo scientiā indipisci quo & substātiā/ adeptus est: de humano intellectu secundū speciē loquebamur/ non de ipsis singulis. Totus quippe humanus itellectus secūdū speciem: diuidue & substantiā recipit & scientiā. Vnus quippe intellect⁹ post aliū exoritur: & alius ab alio edocetur atq; eruditur. Ast quilibet humanus intellectus aliter substantiā/ aliter scietiā nanciscitur. Nā repente quilibet ad esse procedit: cū sit īpers et indiuiduus animus. & neq; prior vna eius pars: alia vero posterior/ a deo profertur. sed simul totus animus/ simul gemine animi partes intellectus & memoria: omnesq; eius vires in esse producūtur. Eruditur autem singularis oīs intellectus/ diuidue & in tēporis fluxione: cū non simul omnia fiat/ sed prius vnius/ postea alterius scientiam indipiscatur.

¶Q̄ angelici et humani intellectus se habent quomodo fluxe & permanentes qualitates. Cap. XII.

1 ANgelici intellectus fluxis qualitatibus: humani vero permanentibus ac statis comparantur.

¶Nā fluxe qualitates/ repēte toteq; simul intēdunt̄. pmanentes vero particulatī sensimq; excrescūt. Illarū nūerus/ ī vnitate ꝓfertur: harū vero nūerus/ diuidue & in nūero succedit. Angelici quoq; intellect⁹/ simul cūcti sūt facti: eodēq; momēto oīm sciētiam indepti sunt. humani vero intellectus/ alius post aliū creātur: rerūq; sciētias discursu/ progressione ac tēporis fluxione imbibere nati perhibētur. Sūt igit̄ illi fluxis: hi vero statis permanentibusue qualitatibus/ merito comparandi.

2 ¶Vnde fit vt angelicus intellectus potior sit liberior ac vegetior humano.

¶Nam successiua qualitas: potior est/ liberior ac vegetior permanente. Vt lux maioris est & amplioris/ q̄ color plenitudinis. Est & colore liberior/ prestantior atq; vegetior. Minus qppe materiei materialibusue subiectis/ addicta ē q̄ color: magisq; ipsā oculorū aciē/ suo acumine perstringit. Ast angelicus intellectus fluxe qualitati: humanus vero/ state atq; pmanēti cōparatur. Est igitur angelicus intellectus: humano potior/ liberior ac vegetior. Humane siquidem intelligentie vis: pauxillū ex materia remissior euadit: & ad capescenda intelligibilia/ ad singula exterebranda: paulo q̄ angelica acies/ hebetiori acumine reperitur.

3 ¶Angelicorum intellectuum linea/ ad lineam humanorum intellectuum: creat angulum rectum.



¶Sit recta linea a b c d: a dextro in sinistrū/ aut a sinistro in dextrū producta: hanc voco lineā humanorū intellectuū. Nam celestis lationis delatio atq; successio: aut a dextro in sinistrum aut a sinistro in dextrū pertransit. Humani vero intellectus/ temporū curriculis celestiq; delatione alius post alium procreantur: a primus/ deinde b hinc c et d. Sit autē recta alia a e f g/ ad priorē perpendicularis. Velut ab imo sursum aut a summo deorsum protēsa: hanc dico esse lineā angelicorū intellectuū. Nam cuncti angelici intellect⁹ a e f g: simul exorti sunt/ simulq; & substantiā & vniuersorū scientiā acceperunt. In linea autē a e f g/ nulla contingit successio: cū tota sit in instanti a/ ad esse producta. Nā neq; in celo ab imo in sursum aut contra ab eo quod est sursum/ in deorsum celi: contingit vlla successio. Angelicorū igitur intellectuū linea/ ad humanorū intellectuū lineā: creat angulum rectum. cuius alterū et precipuum latus/ a e f g: repente totūq; simul exortū est. reliquo vero minusq; precipuo lateri: diuidua/ temporanea & successiua obtigit origo.

¶Cum ab astronomis celi longitudo/ definiatur ab ortu in occasum: latitudo vero a meridie/in septentrionem: fit vt in celesti circulo/hec differentia angelica: illa vero humana vocetur. 4



¶Latitudo celi/ vt astronomis placet: distantia est a meridie/in septētrionē. Eius vero longitudo: distantia ab ortu in occasum. Fit autē vt diximꝰ ois celestis delatio oīsue successio: aut ab ortu in occasū aut ab occasu in ortū. Nā prima & precipua sphera: ab oriente/in occidentē defertur. Secunde vero lationes/ contra ab occasu conuertūtur in ortū. Est enī oriens dextrū celi: occasꝰ vero/ pars est celi sinistra. Est itaq; ea dyametrus que oriētis occidētisq; punctū dirimit/ humana linea: qua humani intellectus diuidue et in tēpore procreanť. Cetera vero dyametrꝰ/ que hāc perpēdiculariter secat/ a meridie i septētrionē ptensa/ que & celi vocať latitudo: cū successio in ea nulla contingat/ angelicis spiritibus seperatisue intellectibꝰ cōpetit. In latitudine igitur celi/ statuendus est angelorū numerus: qui vnice atq; indiuidue/ totus simul in esse processit. In celesti vero longitudine/ numerus est horūnū collocandus: qui sensim celestisq; lationis assiduo fluxu absoluitur/ perficitur/ consumatur.

¶Ex natura pmanētis qualitatis: liquet humanū animū esse immortalem. 5

¶Hec signū vnum proponit/ quo humani animi imortalitatē: quoquopacto ratione claudere liceat/ ex natura pmanentis qualitatis depromptū. Nā diximꝰ humani intellectus speciē: persimilē esse state permanentiue qualitati. Eo enī modo totius humani intellectus species/ per partes & singulares intellectus accrescit/ absoluitur/ cōsumatur: quo & pmanentis qualitatis/ per partes variosq; gradus absoluitur intētio. Prior enī gradus vnꝰ/ q̄ alius exoritur. Ad totius vero qualitatis intētionē pfectāq; substātiā: necessarius est priorū graduū/ cū posterioribus status ac pmanentia. Si enī prior/ aduentante posteriore dilaberetur: staret pmanens qualitas semp imperfecta/ nunq̄ tota/ integra/ absoluta. Metire igitur humani intellectus speciē hac permanēte qualitate: singulares intellectus(qui assidue in esse procedunt) referens ad totius qualitatis gradus: & clare deprehēdes singulorū & indiuiduorū intellectuū immortalitatē. Nā singulares huiusmodi intellectꝰ sigillati ꝓferūtur: vt demū totiꝰ humani ai species/ suū esse recipiat ipsaq; tota absoluatur. Stāt itaq; saluāturq; priores intellectus/ cū posterioribꝰ. quāq̄ e sensibili regione eq; corporū suorū claustris: veraciter abire & emigrare(alioq̄ nature ordine) iubeanť. Si enī ortu posteriorū intellectuū/ priores iterirēt abirentue in nichilum: irrita esset humani intellectus species. vtpote integrū totūq; sui esse nunq̄ sortitura.

¶Rursum ex eruditione cuiusuis humani intellectꝰ: perspicuum est humanum animum esse immortalem. 6

Hec signū aliud affert: quo pariter cōstet humanū animū esse imortalē. Nā cū humanꝰ intellectus eruditť/ cū disciplinā ipsā oīmq; scientiā capescit: intellectualiū specierū diuidua & multifaria susceptione oia fit. Que autē species/ prius in animi thalamos irruperūt: haud cōtinuo labūtur/ neq; posteriorū aduētu pellūtur a memoria. sed simul cum posteris manētes salue & integre in memorie prōptuario perdurāt. Earū quippe nūerus/ est & animi nūerus: nec carū vlla: cōsumato deesse poterit animo. cū dicať humanus animꝰ omniū esse potentia/ oia fieri nata. Qz si priores species posteriorū aduentu/ e finibus ai liminari depelliq; posueris: animū facis irritū/ inanē atq; ociosū. qui cū sit fieri oia natus: euadet tamē oia nunq̄ tolliq; ab eodē imarcescibilē sapiētie fructū. Nā sapiētia/ oīm est rerū agnitio. Cū igitur eodē modo totiꝰ humani itellectus spēs/ substātia pficiatur: quo & qsq; singularis intellectꝰ/ sapiētie nitore illustrať: necesse est vt sicut stata atq; imortalis itellectualiū specierū frequētia fructus est & cōsumatio cuiusuis singularis ai: ita & fixus imortalisue singulariū itellectuū nūerus/ sit integritas & absoluta cōsumataue substātia totiꝰ humani intellectꝰ. Est enī accidentariꝰ spērū nūerꝰ figura & vmbra/ substātialis singulariū intellectuū pluralitatis. Et sicut vnusquisq; singularis itellectus/ itellectualiū specierū nūero adipletur pficiturq; i eo sapientie cādor: ita & totiꝰ hūani intellectꝰ species/ singulariū itellectuū nūero substātialiter

Obiectio.

est adiplenda/pficienda/cõsumãda. Sicut igit intellectualib9 spẽbus/imortalis i mẽte siue in memoria deputata est sedes: ita & cũctis singularib9 intellectib9/inoblitterabilẽ extra mẽtẽ/in ipsa rerũ natura mãsionẽ deũ prouidisse attestamur. Intellectualiũ qppe accidẽtiũ siue spẽrũ sedes: est ipsa mẽoria. Substãtiarũ vero mãsio: ipsa rerũ natura. cõpetit eni (vt diximꝰ) vtriscꝫ tã vmbris & speciebus/q̃ veritatib9 & singulis intellectibus: indelebile imortalecꝫ domicilium: his in rerum natura/illis vero in memoria.

¶ Numerus cuiusuis hũani itellect9; est vt oim hũanorũ itellectuũ nũerus.

¶ Quilibet singularis itellect9/fieri oia nat9ẽ. cũ itaqꝫ fact9 ẽ oia: iest illi itellectualiũ oim specierũ frequẽtia. quẽ accidẽtariũ & vmbratilẽ specierũ nũerũ: cuiuslibet singularis intellectus nũerũ appellam9. dicimuscꝫ hũc nũerũ: esse vt substãtialẽ oim singulariũ itellectuũ numerũ/quo tota humani itellect9 species est absoluẽda. Est enĩ accidẽs: vmbra quedã & figura/potioris substãtie. ea quoqꝫ q̃ mẽtiisunt: signa & imagines sũt eorũ/que aut sunt aut futura sunt i mũdo siue in ipsa rerũ natura. Id enĩ i quolibet singulariitellectu/sub accidẽtario spẽrũ numero p̃signat: qđ deinceps in rerũ natura/sub veraci & substãtiali singulariũ itellectuũ nũero/futurũ ẽ & adiplẽdũ. Pri9 nũerat & exprimit i parte: qđ postea futurũ ẽ i toto.

¶ Vnde fit vt vtercꝫ human9 intellectus tam vniuersalis/q̃ singularis: absoluendus & consumandus sit in sapientia.

¶ Singularis intellect9/est quilibet humanus intellectus. Vniuersalis vero intellectus/est totus human9 intellectus scdm speciẽ: idest singulariũ omniũ intellectuũ numerus. & hoc pacto vtrũcꝫ intellectum/in sapientia absoluẽdum cõsumandũcꝫ fatemur. Nã quilibet singularis intellect9/perfici natus est intellectualiũ specierum multitudine: que illi9 sapientia litterariusue thesaurus nuncupatur. Vniuersalis vero siue totus intellect9: pari singulariũm intellectuum numero/diuidue & in tẽpore est absoluendus. Liquet autẽ (per precedentẽ) hunc substantialẽ singulariũm intellectuũ numerũ: esse vt accidentariam intellectualiũ specierũ frequentiã. Si igitur intellectualiũ spẽrũ numer9 est sapiẽtia: erit & singulariũm intellectuum multitudo sapientia quedã. Cõsumandus itaqꝫ est vtercꝫ intellectus/in sapientia. singularis in sapientia vmbratili/figurata & accidentaria: vniuersalis vero/in sapientia potiore/veraci & substantiali.

¶ Fit iterũ vt sicut accidentarius intellectualium specierum numerus/sapiẽtia est & lux animi: ita & substantialis singulariũm intellectuum numerus sit lux & sapientia mundi.

¶ Minor sapientia/minoris mundi idest hominis siue animi est sapiẽtia. Maior quoqꝫ sapientia: maioris mundi lux est & sapientia. Est autẽ minor sapientia: intellectualiũ specierum numerus: qui recipitur & subsistit in minore mundo/idest in hoie siue in aio: que est accidẽtium intellectualiumue specierum regiõ. Maior autẽ sapientia/est substantialis omniũ singulariũ intellectuũ numerus: quem intellectualiũ specierũ numero/parem & proportionabilem esse docuimus. Et hec secunda ac potissima sapientia: subsistit degitqꝫ in mundo/velut ratio/numerus & lux mundi. Est enim mundus substantiarũ regio: et cõtinẽs omnem substantiã locus. Et cũ omnis sapientia sit lux/ratio/finis & perfectio eius in quo est: erit vt sicut intellectualiũ specierũ numerus/lux est animi: ita & singulariũ intellectuum multitudo/sit lux/ratio finis & perfectio mundi. Intellectualiũ specierum presentia/bene esse affert aio. Humanorũ vero intellectuũ plenitudo bene esse mundo/largitur. Exors specierũ animus/in tenebris versatur. Mũdus vero humana destitutus p̃sentia: atrã pariter noctẽ subit. Duplex sapientia.

¶ Q; intellectus/simul multa non intelligit. Cap. XIII.

INtellectus est vnitas memorie: memoria vero numerus intellect9.

¶ Sicut vnitas est ante omnes numeros & omnium numerorum fons: numer9 vero omnis/posterior est vnitate & ipsius primarie vnitatis multiplicatio atqꝫ resumptio: ita et intellectus est ante memoriam fons atqꝫ initium memorie. memoria vero intellectui succedit: tanq̃ pars ai iterior & pfunda: & vt ipsi9 intellect9 pluritas/multitudo/resũptio. Licet enĩ intellect9 & memoria (quippe q̃ sũt vn9 rationalis & imortalis anim9 natura sint simul creata: itellect9 tamẽ ob duas causas/anterior & prior memoria esse pronũciatur. Primo quia collocat9 est ivaluis memorie: & est vt anterior animi pars qua in exedras animi/intellectuales species irrũpũt. Memorie vero velut i pfundo subsidẽs/vltima aie pars est: q̃ itellectualib9 it obuiã specieb9 illarũcꝫ delatiões & motus sistit.

Sicut et vnitas in valuis omnium numerorū est collocata. Numeri vero in profundo/ & posteriore parte vnitatis. Secundo quia operatio intellectus/ prior est & anterior operatione memorie. vt q̄ue impregnatur ab intellectu: et omnes ab illo traduce/ captat recipitq; species. Et cū (vt dictum est in precedentibus) simplex et prima cuiusuis speciei intelligibilis deprehensio/ sit intellectio & proprius intellectus actus: secūda vero eius deprehensio/ sit prime intellectionis resumptio/ frequentia & iteratio spectās ad memoriā (Quippe secūdo intelligere recolere est: recolere vero actus est memorie et quiddā memorari) necesse est vt in sola vnitate & simplicitate iudicij & primogenie apprehēsionis/ cōsistat ipsa intellectio. Recordatio vero siue memoria: in dualitate & omni deinceps numero/ cōsistere probatur. Est igitur intellectus/ vnitas memorie: memoria vero dualitas & numerus intellectus.

¶ Vnde fit vt intellectus/ simul multa non intelligat: sed continue tantum vnum.

¶ Nam intellectus est indiuisibilis/ & quiddā insectile minimū/ vt vnitas. Impossibile est autem quod indiuisibile est: simul duo aut plurima contingat/ captet/ apprehendat: sed continue tantū vnū. Per multa quidē & immensa id discurrere posse fatemur: sed nunq̄ duobus simul adesse duoue aut plura vnice complecti. sed continue tantum vni adest: tantum vnum contingit/ sublabrat introducitue in animum. Et hec facile intelliges per magnitudinē et punctum. Finge enim punctum mobile: idq; per totam rectam lineā/ ab vno eius extremo ad alterum discurrere. aut contra. punctū immobile: lineā vero rectā super punctū ferri ab imtio ad finē. fieri nequit vt huiusmodi punctū: simul duobus aut pluribus/ totius recte linee punctis adsit: aut simul duo queuis attangat sed continue tantū vni adest. Hec autē puncti super rectā lineā/ aut recte linee super punctū delatio atq; defluxus: similis est intellectioni & primarie apprehensioni intelligibiliū specierū. Est enim intellectus simile puncto & vnitati: intelligibiles vero species sunt vt linea & numerus. Eadē erit & propio quidē analogia: si puncti & linee loco/ sumpseris vnitatē & numerū: vnitate super numerū
Analogia aut numero super vnitatē discurrente. Nā intellectuales species/ haud cōtinue sunt aut labiiuicē herētes/ vt puncta in linea: sed mutuo abiūcte/ discrete/ diducte/ vt vnitates i nūero.

¶ Et intellectus est indiuisibilis: et id quod intelligitur indiuisibile.

¶ Ex precedētibus duabus: manifestū est intellectū esse indiuisibilē & partiū expertē. Quippe qui est vt vnitas & punctū. id autē quod intelligitur est eius obiectū: quod ipse intellectus suapte intelligentia capescit. Id quoq; (vt sub intelligentiā cadit) est impers: per precedentem illationē. Nam si diuisibile dixeris/ quia id totū simul capit intelligitue intellectus: ergo vt simul duo aut plura intelligat. Intelligit autē (vt positum est) assidue tantū vnū. Quicquid igitur intellectus sublabrat & apprehendit: vt hoc pacto sub intelligentiā cadit insectile est & partium expers.

¶ Quicquid est vnum: est indiuisibile.

¶ Vnum hic intelligimus vere precise & simpliciter vnū: vt intellectus hoc pacto vere vnū est. Similiter & quicquid intellectus actu deprehendit vere est vnū. Quod eni diuisibile est vnū non est: sed multa. Idcirco & vnum sensibile: non est vere vnū. Vnū vero intelligibile est vere vnū: & vnum simpliciter/ vt quod diuidi & plura esse nequeat.

¶ Intellectus non modo simul multa non intelligit: sed & neq; bis idem.

¶ Sicut non possunt simul duo esse in intellectu & ab eo sublabrari atq; intelligi: ita & neq; intellectus bis idem intelligit. Nam si dixeris/ secundo idem intelligit/ dico quoniā non intelligit sed recolit/ iterat ac resumit: quod primo itellexit. igitur iam non intellectio est: sed recordatio & memoria. Est eni mēoria intelligentie dualitas/ numerus/ iteratio/ resumptio. Et prima dūtaxat rei eiusdē perspectio & vnialis apprehensio: ad intellectū referenda est et intellectio vocitanda. Secunda vero referenda ad memoriā: & minime intellectio sed recordatio dictitanda. Nam intelligere simpliciter vnice & primo: intelligere est. At iterum intelligere siue secundo aut tertio intelligere: iam non intelligere est/ sed recolere resumere & recordari.

¶ Intellectus repente et in instanti intelligit.

¶ Nam intellectus est impers: & id etiā quod intelligitur/ est absq; quantitate & numero partiū. Qualia igitur sūt totius intellectiōis extrema/ speculatrix inquā potētia et spectabile obiectum: tale est & interstes temporis mediū/ in quo coniūguntur & copulantur. In in-

ſtanti igit & indiuiſibili tēporis fit ipa extremorū copula: q̄ eſt itellectio & intelligibilis rei ab intellectu deprehenſio. Rurſū quia vtrūq; eſt idiuiſibile & itellect⁹ et id qđ itelligit: vtrūq; totum alterū ſimul abſoluit & nō parte poſt partem. Intelligibile quippe totū: toti ſimul expanditur & adaperitur intellectui/ac totū ſimul ſubit intellectū. adeo vt nulla ex parte neq; ipſius intellectus neq; intelligibilis: fieri poſſit in intellectione ſucceſſio. Si enī in itellectione contingeret fluxus atq; ſucceſſio: aut intellect⁹ eſſet partibilis/ aut intelligibile aut vtrūq;.

7 ¶ Vnde fit vt nulla intellectualis ſpecies: duobus momentis aliquoue tempore perſeueret in intellectu.

¶ Si enim aliquod intelligibile ſiue aliqua itellectualis ſpecies/ duob⁹ momētis aut aliquo tempore perſeueret in itellectu: intellectus intelliget bis idē. Nā ſemel in primo momēto & prima parte tēporis intelliget: deinde ſecūdo/ in ſecūdo inſtanti/ & ſecunda temporis parte. Atqui pri⁹ p̄poſitū ē/ itellectū nō itelligere bis idē. Rurſū ois itellectualis ſpēs poſtq̄ i itellectū quecta ē: cōtinuo trāſit ad mēoriā/ in q̄ recipienda ē & aſſeruāda. ita vt nequeat primo & ſecundo momēto manere/ ſubſiſtere & reſidere in itellectu. Secūdo enim momēto fieret ei⁹ ſpeciei ab intellectu reſumptio: qui actus eſt memorie/ nō intellectui proprius. Et ſicut inter vnitatē et numerū non eſt dabile mediū (nam ſola vnitas eſt vnitas: vnitatis vero prima et minima iteratio/ extemplo ab vnitate labitur ad numerū: & numer⁹ ac dualitas cēſetur) ita & inter intellectum atq; memoriā/ que ſūt extreme animi partes: mediū in animo interhiat nullum/ in quo ipſa intellectualis ſpecies reſideat. Hec enim eo dūtaxat quo oritur & captatur momēto perſeuerat in intellectu: reliquo vero toto tēpore/ ſaluatur in memoria. Eſt enī intellectus vnitas/ primitas & ort⁹ intellectualiū ſpecierū: meōria vero earū dualitas/ finis/ numerus/ multitudo. Tantū enī ſemel ſiue ſecundū vnitatē/ aut vno tantū inſtāti: eſt & ſubſiſtit omnis intellectualis ſpecies in intellectu. pluries autē ſiue ſecundū nūerū: aut pluribus inſtantibus ſubſiſtit in meōria. Nec poſſibile eſt dicas de eadē ſpecie: primo et ſecūdo ſubſiſtit in intellectu. ſed primo tantū et vnice i intellectu: ſecūdo vero diuidue aut quouis nūero in meōria. in qua ſtabilis eſt: permanens/ ſalua & euiterna. Et hic de intellectu agente & practico loquimur: vt intelligibilē ſpeciē ab exteriore obiecto emēdicat/ diſquirit/ receptat: & eandem ad meōriā cōfeſtim trāſmittit. Nā poſſibilis intellect⁹/ eſt ipſamet meōria. Speculatiuus vero intellectus: pluries eandem ſpeciem/ a memoria reſumit.

8 ¶ Non eſt dabile primū tēporis inſtans: quo intellectualis ſpecies ſubſiſtit in memoria.

¶ Nam ois intellectualis ſpecies: oritur et incipit intellectualis eſſe in intellectu. Et in eodē per precedentē/ ſolo quo orta eſt inſtāti perſeuerat: confeſtiq; trāſit ad memoriā. Omni igit alio inſtanti/ poſtq̄ fuit & cepit eſſe in intellectu: cū ſit in animi thalamos introducta/ eſt & ſubſiſtit i memoria. Sed iter quecūq; duo inſtātia: reliquūtur alia inſtātia/ numero infinita. Impoſſibile enim eſt duo inſtātia: ſibiinuicem in tēpore eſſe attigua & proxima. Poſt igitur illud primū inſtās/ quo intellectualis ſpecies cepit eſſe in animo/ captata & deprehenſa ab intellectu: nullū eſt aliud primum/ quo ceperit eſſe in memoria.

9 ¶ Intellect⁹ (licet intellectualis ſpecies primo in eo ſubſiſtat) paſſibilis nō eſt ſed ſola memoria.

¶ Nā nichil in inſtanti pati/ nullaq; momētanea fieri paſſio dicit. Fit enim omnis paſſio in tempore. Intellectualis autē ſpecies: ſolo inſtāti/ habet eſſe in intellectu. Cetero autem toto tempore & euo: habet eſſe & ſtabilitur in memoria. igitur & intellectus ab intellectuali ſpecie/ manet impaſſibilis: ſola vero memoria ab ea paſſibiliter ac diuidue afficitur.

¶ Comparationes intellectus & memorie adiuicem. Cap. XIIII.

1 OMnis itelligibilis ſpecies eſt ſucceſſiua i itellectu/ pmanēs i meōria.

¶ Omnis quippe intellectualis ſpecies/ ſolo inſtāti in itellectu perſeuerat: in memoria vero/ aut ſecundum tempus aut in futuro toto ęuo ſaluatur. Succedit igitur & tranſit omnis ſpecies per intellectum: ſtat vero figiturq; in memoria.

2 ¶ Intellectus aut nichil eſt/ aut tantum vnum eſt: & continue aliud et aliud. Memoria vero aut nichil eſt/ aut multa/ aut omnia.

¶ Intellectus (vt ſepe diximus) ab initio nichil eſt. Nullam enim ingenitam habet ſpeciē/ nulla naturali affectus eſt imagine. Eſt tamen potentia omnium/ & natus eſt fieri omnia. & aliquādo incipit omnia fieri/ & cōtinue fit aliquid: quamdiu ſigillati aliqua intelligibilis

ſpēs illū ſubit. Et cū(vt probatū eſt)duo ſimul intelligere nequeat/ ſed tantū vnū impers& minimū: nō poteſt ſimul eſſe duo/ ſed tantū vnū. Impoſſibile enī eſt vt due itelligibiles ſpecies: ſimul & ex equo in ora/ in āguſtias & fauces intellect⁹ irrūpant/ ſimulue in animo recipiant. Et rurſū cū nulla intellectualis ſpecies/ duobus momentis perſeueret in intellectu: intellectus nō eſt bis idem aut duob⁹ momētis idē. ſed cōtinuo ſpeciei ſuccedit alia ſpecies: quoad decurſa ſit & abſoluta itelligibiliū ſpecierū linea ſitq; factus oia intellect⁹. Eſt igitur intellect⁹ aſſiduo aliud & aliud. & nūq̄ ſimul duo aut plura. Et hec iterum de practico & acquiſitiuo intellectu/ vt prius dicunt. Nā ſpeculatiu⁹ intellectus/ qui relicto exteriore obiecto & mundo: in adytis animi/ ſolā internā mēoriā ſpeculat: immutabilis eſt & ſēper idē. Porro memoria ante operationē practici intellect⁹ nichil eſt: quippe inanis & vacua. deide fit aliquid/ per alicuius ſpeciei ſuſceptionē. Poſtq̄ vero multis ditata eſt ſpecieb⁹: eſt plurima. Deinde conſūmato ſpecierū curriculo: cū iā deſint intellectus eſſe practicus/ cū circa memoriā ſpeculatiuus eſſe incipit: memoria eſt omnia/ perpetuo omnia futura.

¶ Intellectus ab initio nichil eſt/ aliquando fit omnia: fact⁹ vero omnia/ rurſum in fine nichil eſt.

¶ Intellectus: intellectus agēs. Nā is(vt dixim⁹)ab initio nichil eſt. incipit autē aliquando fieri omnia: & cōtinue fit aliquid & aliquid/ aliud & aliud: quoad oia factus ſit. Omnia autē factus/ rurſū in fine nichil eſt. Nā vt ab initio nullā geſtabat ſpeciem & nichil erat: ita & in fine nullā rurſū probatur habere in ſe ſpeciem. Omnē quippe intelligibilem ſpeciem/ depoſuit ī meōria: que ſola eſt oia & ſpecierū oīm loc⁹. In ipſo vero itellectu/ nulla pſeuerat ſpēs.

¶ Sicut mūdus per ſenſum/ omnia preſentat intellectui: ita & itellect⁹ omnia que habet a mūdo/ memorie imprimit. Memoria vero in fine eadem omnia/ intellectui preſentat.

¶ Nichil denegat mūdus humano intellectui: nulla ab eius ſubſtrahit intuitu. ſed omnem quam in ſe cōtinet ſēſibilem ſubſtantiā: eidem per ſenſū preſētat ſeq; totū cognitioni & luſtrationi eius offert. Similiter et intellectus nichil abſcōdit a mēoria: nichil nō illi cōmendat & īprimit. Quicquid pri⁹ per ſenſ⁹ in mūdo(vt practicus)vidit: in illā traducit. Rurſum memoria/ neq; mūdo/ neq; intellectu reperitur infidelior. vt aliquid ab itellectu ſuſceperit: quod nō illius ſpeculationi & arcane actioni obuiam ire iubeat: ſingula in fine referens ac illi perpetuo obiciēs. Impoſſibile eī eſt aliquid interire eorū que recipiūt in meōria: aut aliquid eſſe in memoria/ quod ſit ſpeculatiuo intellectui iperuiū/ occultū/ incognitū. Tot⁹ enī ſpeculatiuus intellectus: eſt in tota memoria/ vt actus in potentia/ totam iugiter perluſtrat memoriam illiq; ſemper adeſt et omnia que in ea ſunt videt. Nēpe intellectus & lux eſt memorie: & opifex autorue eorum omnium que ſunt ī memoria.

¶ Omnia pri⁹ erāt in mūdo/ tranſierunt per intellectū/ facta ſūt in mēoria.

¶ Hec ex precedentibus/ euadit q̄manifeſtiſſima. Nā intellectus omnia que ſunt in mūdo/ in ſuā tranffert memoriā: ſibi cōſubſtātialem/ coeuā atq; vnā. Eſt enim medius inter mūdū et ſuāipſius memoriā. vt practicus ab initio/ reſpiciens mūdū: vt vero ſpeculatiuus/ in fine/ conuerſus in meōriā. Igit intellect⁹ trāſitus quidā eſt: & defluxⁿ oīm a mūdo/ ad meōriam.

¶ Memoria eſt immutabilis, quod ſemel facta eſt ſemper eſt.

¶ Intellectualis ſpēs poſtq̄ recepta ē ī meōria: pſeuerat ſaluaturq; in meōria: & id qđ ſemel facta eſt mēoria: nō mō diu ſed ſemper eſt futura. Quo enī ſemel(vt canūt)eſt ibuta recēs: ſeruabit odorē/ teſta diu. Eſt enī mēoria ſtat⁹/ cōſeruatio/ futurū euūq; ſpecierū. ſicut & intellectus ex oppoſito dicit intelligibiliū ſpecierū mot⁹/ tranſit⁹/ decurſus/ tēpus et preſēs. Nā ſicut de tēpore nō habemus(Vt aiunt)niſi preſēs/ nūc & inſtans: et eſt ſolū tēpus quando fit & nō pmanet: euū autē incōſūmabile eſt fixū et permanēs: ita et intellectua les omnes ſpecies/ in itellectu dūtaxat ſecūdum nūc et inſtās preſens reſidere dicte ſunt: in meōria vero ſtant p euū. Rurſū oīs intellectualis ſpecies/ haud in aliquo alio ſubſiſtere nata eſt: q̄ ī minore mūdo et in hoīs anima. intrat autē ac ſubit hoīs animum/ per valuas intellect⁹: a quo eueſtigio trāſit ad meōriā et recipitur in meōria. Eſt enī intellect⁹ anterior animi pars: & qui ſolus omnes intellectuales ſpecies/ intus admittit. Meōria vero pars eſt anime interior: cui aſſeruādas ſpecies/ intellectus cōmendat. A memōria vero ad intellectū/ regreſſ⁹ fieri neq; vllus: vt relinquēs meōriā intellectualis ſpecies/ ad intellectū & ad ipſa aī ora nauſeoſa re-

uertat. Et in alio nullo subsistere potest/ q̄ in meoria. Perseuerat igitur iugiter ac stat in memoria. Si enī digredi et exterminari ab aia/ intellectualē speciē posueris: necesse est vt fiat ei⁹ a meoria/ ad intellectū regressio. sitq; spes ad itellectū reciproca: vt ijsdē valuis/ quib⁹ miorē mūdū aimq; subiit/ sese foris nauseosa pripiat. Omnis autē species ostēsa est/ tantū semel & vno instāti: nata esse in faucib⁹ intellect⁹. Rurs⁹ itelligibiliū entiū/ nichil interit. Intellectualis autē species/ est intelligibile quiddā. iterit igit ipsa nūq̄. Et si nūq̄ iterit: sēper est et subsistit/ vbi esse & subsistere est nata: scilicet i miore mūdo/ in animo/ in deniq; meoria. Est igit et animus et meoria imutabilis: & quicquid semel est facta sēper est futura. Intellige rursū lineam cui/ cuissimillimus est animus. Est enim animus imortalis: creatus in euo/ habens durationis initium/ finem nullum habiturus. linea vero eui/ ab certo pariter orta initio: nullam periodū offendit. Si igitur totus animus/ similis est euo: erit prima & anterior animi ps (quam vocamus intellectū) simillima eui initio/ id est primario toti⁹ eui pūcto siue ipsi⁹ eui origini. reliqua vero animi pars/ quam memoriam vocam⁹: similis erit ei toti/ quod in cuo post primū eius punctum relinquitur. Hoc autem est infinitū et sine fine. Est itaq; et memoria sine fine: et quicquid est in memoria/ memorie cœuiternum. Est enim intellectus duntaxat punctum/ fons & ortus intellectualiū specierum. Memoria vero earum est infinita linea numerus/ conseruatio et euum.

7 ¶ Intellectus sigillatim est omnia: memoria vero est omnia simul.

¶ Nam per omnia/ discurrit intellectus. et cōtinue est aliud & aliud: quoad sit absoluta intelligibilium linea. Omnia autem continue recipiuntur in memoria & conseruātur in memoria. & quecūq; ab initio ad finem/ in ea recepta sunt: simul in ea perseuerant. In fine igit illi omnia insunt. & est ipsa omnia simul.

8 ¶ A mundo ad intellectum/ vna fit pyramis sensibilis: ab intellectu vero ad memoriam reliqua intellectualis.

¶ Figura que exurgit a tota simul multitudine/ ad vnitatem: aut ab vnitate/ ad totam pluralitem: aut est pyramis aut pyramidi similis. In mundo autē est et subsistit tota entiū multitudo: versanturq; in eo cuncta simul sensibilia. Similiter et in memoria/ tota subsistit intellectualium specierum frequētia: in qua omnes intellectuales species sunt/ saluāturq; simul. Mundus igitur simul est oia: itidem et memoria simul omnia. Intellectus autem nunq̄ est omnia simul: sed continue tantum vnum/ minimum/ & impers. Est igitur intellectus apex mundi et memorie/ & vtriusq; centrum. A mundo itaq; et memoria ad intellectum: fiunt in vtrāq; partem/ due pyramides. sensibilis vna: cuius basis mūd⁹/ alia intellectualis: cuius basis/ memoria. Intellectus vero conus est et vertex communis vtriusq;.

9 ¶ Memoria perinde atq; itellectus: est indiuisibilis et impartibilis.

¶ Nā meoria est itellectui cōsubstātialis: rei tātū & ratiōis discrimīe/ ab itellectu distinguēda. Sunt enī intellect⁹ et meoria: vni⁹ rationalis & imortalis aie/ vna atq; idiuidua substātia que (vt aiūt) tota est toti corpori: & tota cuilibet ei⁹ pti pīsens. Est igit memoria eiusdē nature/ cui⁹ & itellect⁹: imaterialis icorruptibilis/ insēsibilis. simplex/ nō quāta/ idiuidua & īptibilis. Quicquid enim diuidi potest: sensibile/ materiale & corruptibile sit/ oportet.

10 ¶ Vnde fit vt in memoria/ sint omnia vtrobiq; simul: & tempore & loco.

¶ Sensibiliū substātiarū & eorūq̄ sūt in mūdo: differitudines ac circūstātie/ sūt tēp⁹ & loc⁹. Nā scdm locū & tps: q̄ttuor fiūt rex: essēdi simī modi. Aut ei aliq̄ & tēpore et loco diuidūt. vt Nabuchodonosor & Dauid. hic enī tēpore prior & ātiquior/ ille posterior. hic hierosolimorū: ille Babyloniorū regno potiti sūt. Aut aliqua loco quidē cōiūcta sūt/ tpe diducta: vt Dauid & Iosias. Ambo enī diuersis etatib⁹ Iherosolimorū reges extitere. Aut loco diducta sūt/ tpe vero cōiūcta: vt Dauid & Naas āmonites. Ambo quippe syncroni & cōtēporanei: diuersis in locis/ regni sceptris p̄fuere: Dauid in Iherusalē/ Naas in Rabath filiorū Ammon. Aut aliq̄ demū loco et tempore sunt simul. hoc autem modo/ nulla in mundo subsistunt entia. Nam quecunq; in mundo sunt/ sensibilia sunt: & que sine aut vtriusq; aut alterius (loci scilicet aut temporis) differentia/ subsistere nequeunt. Quod igitur fieri nequit in mūdo: commodius fit et adimpletur in homine/ mundo minore. cuius impers & insciissilis memoria: simul omnia/ suis finibus excipit. omnem intra se recludit speciem: nō modo simul loco & tempore/ sed & supra locum & tempus/ modo quopiam sensibilibus eminentiore.

Primus mod⁹	Posterius	Prius		Posterius	Prius	Secūdus
	Nabuchodonosor	Dauid		Iosias	Dauid	
	Babylon	Ihrlm		Iherusalem		

Tertius	Prescs tūc			Idem tempus		Quartus
	Naas	Dauid		Hoc modo nulla in mundo sunt simul		
	Rabath	Ihrlm		Idem locus		

¶ Que sit figura intellectui & que memorie apta. Cap. XV.

INtellectus est ut aie pars anterior: memoria vero interior: & vt anime profundū & vltimum.

¶ Sicut sensibile speculū/ duabus cōflatur superficiebus: vna illustri & anteriore/ p quā in eo recipitur & introducit imago. Alia interiore/ ꝓfunda & opaca: que eandē imaginē fulcit/ cōtinet/ visui repsentat facitq; apparere: ita & in aīa/ duas pari analogia animaduerte superficies duo pūcta/ geminosq; aspect⁹. Supficies animi anterior: ea est que intra animum species admittit. interior vero & ꝓfunda/ que ipsdē specieb⁹ it obuiā: queue eas claudit/ cōtinet/ alteri faciei repsentat & apparere facit. Prima/ intellect⁹: secūda/ memoria nūcupat.

¶ Intellectus natus est per omnia ferri/ discurrere penetrare: memoria vero stare immobilis est nata.

¶ Intellectus ex attactu oīm: oīa ediscit. haurit vniuersorū species: refertq; cunctorū vestigia & sigillaria/ ad memoriā. Debet igit sensib⁹ euectus ferri & discurrere per mūdū & penetrare per oīa. vt i ipsis rerū adytis factus/ vt intra oīa receptus: rerū naturā clarius/ emendullatius & intimi⁹ rimet/ scrutetur/ intueatur. Memoria aut̄ stare imobilis est nata & subsidere itellectui: vt q̄ nichil a mūdo/ sed oīa ab intellectu p̄stolatur. Fit enī itellect⁹ eminus quodā motu & ab ipso mūdo oīa. Meōria vero comin⁹/ sine motu & ab ipso itellectu: oīa fit. Est aut̄ semotior a mūdo intellect⁹: q̄ ab intellectu mēoria. breuioreq; radio/ memoria ab intellectu: q̄ intellectus a mūdo rerū species defunit.

¶ Vnde fit vt intellectui/ ad motū & penetrandū p oīa: propriū sit acumen.

¶ Nam cuicūq; inest acumen et angularis apex: id facilime per omnia fertur/ ac penetrat et intra cuncta/ nulla vi admittitur. Vt angulus acutus/ facilius omnia subibit et cuncta subulabit: q̄ obtusus. aptior quoq; est ad motū/ q̄ obtusus. difficilius quippe resistit mediū acuto angulo q̄ obtuso. minusue ab obtuso angulo/ diuelluntur aer aut aqua (per q̄ delatio motusue exercetur) q̄ ab acuto

¶ Intellectus est maxime actiuitatis & nullius continentie. Memoria nullius actiuitatis est & maxime continentie.

¶ Intellectus est suapte natura agens: memoria vero passibilis. Quascūq; enī species capiat a mūdo intellectus/ haud sibiipsi illas imprimit: sed statim cōmēdat memorie. que licet nulli⁹ sit actiuitatis/ nullasue discquirat a mundo species: dispansissima tamen est et amplissime cōtinentie. Omnia quippe in illā deriuantur/ in ea fulcitūtur saluāturq;: quecunq; practicus intellectus circa mundum negociosus/ in animū introducit.

¶ Angulus acutus/ intellectui est proprius: obtusus vero memorie.



¶ Nā acut⁹ angulus/ est ad penetrandū aptior obtuso: & minoris cōtinētie & capacitatis. Obtusus vero cū ad penetrādū sit hebes: cōtinētie tñ & capacitatis/ reperitur esse maioris.

¶ Intellectus et memoria: a diuicem sūt transpositi.

¶ Nā finge intellectū/ angulū esse acutū: mēoriā vero obtusū. Intellect⁹ velut dux p̄uius & parochus animi: suapte natura i ante pgit/ p oīa penetrās. Mēoria vero pedissequa intellectus: oīa que ab illo captant̄ in sese receptat & saluat. Est igit̄ anguli acuti (qui est intellect⁹) acumē in ante cōuertēdū. Anguli vero obtusi (que est memoria) latera sūt in ante cōuertēda: acumē vero postrorsū. Hoc ei pacto memoria ab vtraq; parte & latere: cōplectet/ recipiet/ ambibit q̄cūq; p̄uio intellectui occurret.

7 ¶ Acutissimus & obtusissimus angulus: sunt vere intellectus & memoria.

¶ Nã quãto angulus acutior: tanto terebrãti oia itellectui/ euadit similior. quãto vero obtusior/ tanto similior fuse capaciq; memorie. Acutissimus igit & obtusissimus anguli: itellectui & memorie sunt q̃ similimi. Sit itaq; recta linea a/ b/ c: & sit recta b d/ sup eã a medio eius pũcto perpẽdicularis. Linea b d est acutissim⁹ angulus: linea vero a b c obtusissim⁹ est. Est igit linea b d/ vt intellect⁹: linea vero a b c/ vt mẽoria. Nã & linea b d añ ꝓminẽs: ad motũ iprimis & ad terebranda singula cõgruit. linea vero a b c/ ad motum ieptior: ab rerũ penetratu ac terebratiõe fatiscit. dispãsis tñ ivtrãq; ptẽ lacertis b a & b c: rerũ cõplexib⁹ & cõtinẽtijs venit accõmoda. Qz autẽ linea b d/ sit acutissimus angul⁹: linea vero a b c/ obtusissim⁹ hic liquet. Sit angul⁹ b d b/ sẽsibiliter acut⁹. Intra eũ facio aliũ acutiorẽ b d b: & iterũ acutiorẽ aliũ b d b/ & ita deiceps. quoad itelligã cõiuncta esse latera b d & d b: et lineã b d seu d b/ intellectualẽ angulũ acutissimũ esse/ oim acutorũ finẽ. Similiter fiat angul⁹ a b c/ sensibiliter obtus⁹. circa eũ facio aliũ angulũ obtusiorẽ a b c: & iterũ obtusiorẽ aliũ a b c. quoad linee a b & b c: erunt sibiuicẽ directe & vna tota linea a b c. quã dico angulũ esse/ nõ sensibiliter obtusum/ sed itellectualẽ obtusissimum: duorum rectorum angulorum spacium & omnium obtusorum finem.



8



¶ Triangulus est figura intellect⁹: circulus vero memorie figura.

¶ Nã sicut intellect⁹ est ante memoriam: memoria vero post intellectũ/ in animi sita profundo: ita & triangul⁹/ anterior est circulo: velut omniũ poligoniarũ dux. circul⁹ vero triãgulũ comitat: velut poligoniarũ finis/ ꝓfundũ & oim vltimũ. Rursũ triãgul⁹ oẽm poligoniã/ angulorum precellit acumine: ad motum & penetrandum merito super oẽs aptissimus. Circulus vero obtusissima & fusissima poligonia ẽ: & oim angulorũ simplegma/ coicidẽtia & vniformitas: ad motũ & exterebrãda entia incõgrua. Ipsi quoq; triangulo/ minimus ascribitur captus & continẽtie vis. circulũ vero contra: capacissimo ambactu & cunctis poligonijs cõtinẽtiorẽ esse volunt oẽs/ & amplissime continentie.

9 ¶ Vnde fit vt qui acutissimo sunt ingenio / minus valeant memoria: & qui ingenio obtusiore/ interdum tenacioris memorie comperiantur.

¶ Si enim plus dederis intellectui/ subtrahis a memoria: & si plus memorie/ tollis ab intellectu. Quanto enim acutior est intellectus: tanto magis ab eo rapitur memoria. Et quanto obtusior & extensior memoria: tanto magis ad memoriam et conseruationẽ specierũ/ rapit hominis animus: vt earũ acquisitioni minus intendat. Nã cũ ꝓpriũ sit intellectui discurrere/ ferri/ moueri: memorie vero/ propria sit quies & subsidẽtia: difficile est animũ motui simul & quieti esse intentum. Et quanto plus valet animus ad motũ: tãto min⁹ ad quietem. quãtoq; plus valet ad quietem: tanto tardior ad motum censeatur.

10 ¶ Vera & eq̃lissima animi dispositio: est ī ꝓpẽdiculo & duob⁹ rectis ãgulis.



¶ Sit vt prius linea b d/ sup a b c perpẽdicularis. Fiant sup lineam a b c/ duo anguli recti a b d & c b d. dico hanc figurã: esse velut optimã & equalissimã/ animi dispositionẽ. Nã linea b d est acutissim⁹ angul⁹/ aptissim⁹ ad penetrãdum: & vt optima ipsius intellectus dispositio. linea vero a b c/ est obtusissimus angul⁹ sũme cõtinentie & capacitatis: & vt ipsius meõrie vera & equalissima adaptatio. Simul igit linee b d/ & a b d/ que duos cõtinent ãgulos rectos: verissimam et equalissimam vtriusq; animi viriũ (intelligentie scilicet atq; memorie) dispositionem congruentiam & naturam exprimunt.

¶ Q; angelicus intellectus ad humanum: est vt intellectus/ ad memoriam.

Cap. XVI

ANgelicus intellectus/anterior est humano: humanus vero angelico posterior/et vt angelici profundum et vltimum.

¶Angelicus intellectus antiquior est humano: & ī anteriore ad deū parte collocatus/velut primus & dux/hūane in deū subuectionis. Humanus vero post angelicū factus & situs est: tanq̄ imū & ꝓfundū itellectuū diuineq; lucis & cognitiōis vltimū.

¶Vnde fit vt angelicus intellectus et humanus: sese adinuicem habeāt vt intellectus & memoria.

¶Nā sicut intellectus est/anterior animi pars/in ipsius aie valuis & aditib⁹ collocata: memoria vero interior aie pars/residēs sub itellectu: ita & angelic⁹ intellect⁹/humano antistat itellectui/deo vicinior & ꝓpior. Hūan⁹ vero stat sub angelico/eo paulo iferior. Et sicut primogenia dūtaxat eiusdē itelligibilis spēi captatio/ē vere itelligētia: secūda vero ei⁹ speculatio nō vere & simpliciter est itelligētia sed intelligētie resūptio & iteratio/quāvocam⁹ memoriā: ita & solus angelicus intellect⁹/est vere simpliciter & primogeni⁹ intellect⁹/& vt intellectualis vnitas. Human⁹ vero haud simpliciter & vere est intellectus: sed secūdus intellectus & primi itellect⁹ iteratio/resūptio/dualitas/& velut quedā angelici itellect⁹ mēoria. Diffimuim⁹ enī pri⁹ intellectū simplicitate/primitate & vnitate: memoriā vero dualitate & alio quouis numero.

¶Diuine lucis radius ortus a deo/transit per angelicum intellectū: stat manetq; in humano.

¶Sicut in hoie/intellect⁹ est trāsit⁹ oīm intellectualiū specierū/que sensibiliter oriūtur a mūdo: earū vero stat⁹ & vltimū/dicta est memoria: ita & angelic⁹ intellect⁹/transitus qdā est & īpluuiū diuine lucis/q̄ a deo sūi mot⁹ habet initiū. hūan⁹ vero stat⁹ ē & meta eiusdē lucis: q̄ in hūana mente collecta/in diuinā quādā speciē vultūq; figurat. Sicut enī nulla intellectualis species/pseuerat aut manet in intellectu: sed penetrās ꝓ intellectū/ fert transitq; cōfesti ad memoriā: ita & diuina illa lux/recepta primū in angelico intellectu: in illo haud quaq̄ figit aut immobilis cōtinet: sed ꝓ illi⁹ trāsparētiā: i hūanū vsq; itellectū defertur.

¶Vnde manifestum est deum ad vtrūq; itellectum/eo se modo habere: quo mundus ad humanum intellectum & humanam memoriam.

¶In primaria & excutanea eruditiōe & cōsumatiōe hūani itellect⁹ a mūdo/psensibilium species: initiū mot⁹ & ort⁹ specierū/est mūd⁹. Mediū vero earūue trāsit⁹: hūan⁹ itellect⁹. Finis autē motus & specierū status: hūana mēoria. In hoc itaq; motu ante mūdū nichil est & post memoriā nichil. In arcana autē alia potiore eruditiōe & cōsūmatione hūani intellectus a deo/siue i susceptiōe itelligibilis iuisibilisq; lucis: de⁹ piter est toti⁹ mot⁹ initiū & fōs expetite a mēte claritatis. Angelic⁹ vero intellect⁹ mediū est: ꝓ quod lux eadē succedit atq; defert. Human⁹ autē finis & diuine eiusdē lucis stat⁹. Est igitur de⁹ ad angelicū & humanū intellectū: sicut mūd⁹ ad humanū intellectū humanāq; memoriā. Vnde fit vt ante deū/ nullum sit diuine lucis iubar: & post hominē iterū nullū. sicut neq; ante mūdū/ vlla est sēsibilis species: neq; post memoriā vlla. Diuina quoq; lux/ī deo est vt ī fōte. In āgelo/ vt ī fluuio & delatione sui. In homine vero vt in mari suiue curriculi periodo.

Deus primum ab eterno sibiipsi cognitus est: deide angelico intellectui inotuit. postea humano/ac deinceps alteri nulli

¶Lux est eorū que abdita/arcana & incognita sūt: apparitio/sciētia/reseratio & demōstratio. Lux autē primū in deo est: qui et ipse tota/sincera & imaculata lux esse diffinit: q̄ sibi ipsi ab eterno aderat/semetipsā cōtuebatur/librabat/ appēdebat. Deide diuina illa lux creationis motu extra se ꝓfecta: duo sibi susceptacula/domicilia & naturalia specula adaptauit/angelicū hūanūue itellectū. & in angelico primū recepta: demū ꝓ eūdē/ ī hūanū quoq; intellectū deriuari voluit: atq; in eo ipso figi colligi & figurari/ sui splēdoris iubar. Nichilqp pe post humanū intellectū: diuine illi⁹ inuisibilis lucis/efficitur capax. Igitur de⁹ iprimis & ab eterno sibiipsi (modo nobis ignoto) cognit⁹ & perui⁹ extitit. Angelico deinde itellectui & humano: per inhabitationē diuine sue lucis/post creata secula innotescit.

¶Vnde fit vt trina sit diuina cognitio: diuina/angelica/humana.

¶Quod ꝓfectū est: trinū est. Diuina autē cognitio & sciētia/est ꝓfectū q dā. diuina igitur sciētia/ est & trina: diuina/angelica/humana. Diuina: est qua de⁹ deo pellucet & peruius fit.

Angelica: qua deū angel⁹ cōtēplat. Humana qua de⁹ hoī ſuffulget & inoteſcit. Et he tres ſciētie ſūt eiuſdē obiecti ſcilicet dei: ſed diuerſorū ſubiectorū dei/ angeli/ hominis.

¶ Sciētia dei prima mēs eſt: ſecūda intellectus/ tertia/ ratio.

¶ Hec tria mēs/ intellect⁹/ ratio: licet a pleriſq; nullā putent habere differētiā/ latiſſimo tamen diſtantiteruallo. Nā mēs eſt ſoli⁹ dei. Intellectus angeli. Ratio hois. Mēs enī dicitur ea vis: qua de⁹ ſeipſū p̄hēdit & intuetur. Intellect⁹: qua de⁹ ab angelo captat. Ratio qua de⁹ ab hoie. Mēs eſt qua idē/ dinoſcitur a ſeipſo. Intellect⁹: quo ꝓximū ꝓximo et attiguo/ ſine medio reuelatur. Ratio qua/ q̄ medio aliquo interliante diſcludūtur: ſibiiuicē p mediū nudantur. Rationi qppe propriū eſt: vt p mediū diſcurrēs ſenſū/ ad finē oggraſſetur. Igitur & deus ipſe cū ſit vnicū & ſui et āgeli/ & hois obiectū: a ſeipſo mēte dinoſcitur/ ab āgelo itellectu & ſine medio. ab hoie vero: ratiōe p mediū angelū diſcurrēte/ ſubulāte & pqrēte finē.

¶ Cognitio ratione humana inferior/ ſenſus dicitur: ad quam vſq; diuine lucis/ inuiſibilis radius minime pertingit.

¶ Sub hūana ratiōe/ alia eſt cognitio quā ſenſū vocam⁹: ad quā vſq; minime ptingit/ diuine lucis imaculatū iubar. Et hec vltima & extima eſt cognitionū oīm: & velut ois diuine ſcientie nox/ occaſus/ tenebre atq; ypoſtaſis. Sicut enī terra/ p̄ſtantiorib⁹ trib⁹ elemētis ſubſidens/ ſuopte pōdere in imo & mūdi cētro colligit: ita & ſenſitiua dinoſcēdi vis/ a ceteris intellectualiū cognitionū viribus/ velut abiecta & humiſtrata terripanij vice calcatur & poſtergatur. Et ſicut terra cū ſuperiorib⁹ trib⁹ elemētis/ cōuenit ferme ſolo noie elemēti/ Sūt enī quatuor elemēta)ita & ſenſ⁹ cognitio/ pene ſolo noie/ ceteris tribus cōtēplatiuis facultatibus copulatur: cū ſit & vocetur cognitio. Sūt enī cognitiones quatuor. Et ſicut tria preſtātiora elemēta ignis/ aer/ aqua: iterna aliqua vi motrice & naturali agitatione p̄dita cernunt (Ignis ſiquidē ab actu ꝓprio fertur cōcitaturue in altū. Vent⁹ qui aer quidā eſt/ in latū rapitur. Aqua p ſeipſā vitalē actū gerēs: in lōgū diffluitat eq; ſuis fōtib⁹ in mare labitur. Terra vero velut fex & retrimentū ſuperiorū elemētorū: ſuapte natura manet īmota iq; nullam locorū differētiā p ſeipſā defertur)ita & celſiores tres cognitiones: mens ītellect⁹/ ratio/ hāc adinuicē cognationē habēt: q; ſunt cognitiones diuine/ que circa deū vt obiectū verſētur. Mēs etenim/ vt ignis tēdit in altum. Intellectui lateralis aſpectus cōgruit. Ratio/ in lōgum/ fertur. Mēs vt corp⁹ eſt. Intellect⁹ vt ſupficies. Ratio vt linea. Extrema vero ſenſ⁹ cognitio & pūcto & terre ſimilis dicat. puncto: q; caret iteruallo ſitq; cognitionū breuiſſima. que ſupra aut extra corp⁹ fundi nequeat: q; nichil aliud/ q̄ corporeū & materiale: captare & intueri ſit nata. Terre vero eadē de cauſa: q; preſſa in imo/ celos exterebrare/ celeſtia rimari entia veteſt. que diuino lumine/ nuſq̄ feriatur: ſitq; diuine totius gnaritudinis/ ſcientie & aſſurrectionis expers.

¶ Libri de intellectu finis. Gratie deo vtriuſq; intellectus opifici totiuſq; lucis fonti inuiſibili.



F H

¶ Tabula eorum que in libro de intellectu pertractantur.

Libri de intellectu capita 16

Cap.I.

Q; tantum gemini creati intellectus propositiones 10

Cap.II.

De simplicitate angelici intellectus: & permixtione humani. propõnes. 9

Cap.III.

Q; deus est vtriusq; intellectus obiectum . Propõnes. 9

Cap.IIII.

De vtriusq; intellectus speculari natura: & amborum illustratione a deo. Propositiones. 7

Cap.V.

Q; Angelicus intellectus sit interior & cõtemplatiuus: hũanus vero vt exterior/practicus/actiuus. Propositiones. 7

Cap.VI.

Q; diuina mens omnia in angelico concepit intellectu: scripsit in humano. Propositiones. 8

Cap.VII.

De duplici actione hũani itellect9: praxi scilicet & cõtẽplatiõe Propõnes. 10

Cap.VIII.

De ortu intellectualium ₃ specierum a mundo: transitu earum per humanũ intellectum & statu earumdẽ in memoria. Propositiones. 10

Cap.IX.

Q; omnia prius fuerunt in intellectu: & extra intellectum facta/ tandem in intellectum reuertantur. Propositiones. 8

Cap.X.

Quopacto humanus intellectus/ dicatur esse in corpore: & non esse in corpore. Propositiones. 8

Cap.XI.

Q; vterq; intellectus eo quo creatus est modo consumatur. Propositiones. 6

Cap.XII.

Q; angelici & humani intellectus se habent quomodo fluxe et permanẽtes qualitates. Propositiones. 9

Cap.XIII.

Q; intellectus simul multa non intelligit. Propositiones. 9

Cap.XIIII.

Comparationes intellectus & memorie adinuicem. Propositiones. 10

Cap.XV.

Que sit figura intellectui & que memorie apta . Propositiones 10

Cap.XVI.

Q; angelicus intellectus ad hũanũ est vt intellectus ad meõriã. Propõnes. 8

¶ CAROLVS BOVILLVS SAMAROBRINVS AMPLISSIMO PATRI CAROLO DE GENLIS PONTIFICI NOVIODVNENSI. S. P. D.



Vm libellum de intellectu imprimis edidissem / sacratissime presul: tantisper laxatis mentis habenis / a nouorum opusculorũ editione supsedebã: quoad menti ingereret sese / quid potissimũ post intellectũ afferrem in medium: cuiue generi emedullãdo atq; retegẽdo / nostra famularetur oratio. Affuit aũt illico sensuũ gen⁹: quod quia cognatum quidẽ est vicinumq; intellectui / presertim hũano: de seipso quoq; verba facere a nobis ipetrauit. Egre quippe ferebat / si vim intellectiuã prouidam toti⁹ humane rei domestice matrem familias / ceterarumq; virũ sagacissimã moderatricem / prolocquuti effatiq; eramus: nisi & quotquot eidem subsint ancillule / quibusue illi ministrãt ordinib⁹ / pari tractatulo ꝓmerem⁹. Rat⁹ itaq; hanc sensuũ obiurgationem merito cõpescendam / satisq; esse faciundũ humani intellect⁹ pedisequis: vniuersã ei⁹ clietelã hoc opere pro viribus reserandã suscepi. Est autẽ sẽsuũ turba: in hexadis primi ꝓfecti nuẽri examine ac lance / perpulcre pensata / discreta & numerata. Q uinq; eni sunt quos limentinos & excutaneos nũcupare solem⁹: Tactus / Gustus / Olfact⁹ Visus / Audit⁹ / qui ad hũani corporis podium & cuticulã exporrecti: eorũ que citra hominẽ sunt / censores euadunt & arbitri. primũq; mũdanarum specierum cõmeatum: suis infundibulis / in hominis exedras ac thalamos iportant. Superest vero sensus ali⁹ / horum quinq; sensuum materialis apex: natura subcutaneus / intern⁹ abditusq; i cerebro: quam nos imaginationem vimq; noctilucorum spectrorum ac visorum inspectricem / nuncupamus. Hec enim solerti officio / specierum defecationi iussa preesse: allata ab extimis limentinisue sensibus mundanarum rerum sigillaria ac species (elimata prius ab eis omni materialiũ atomorum scobe) in penetralia intellectus / in toti⁹ hũane cognitionis penitissimũ secessum & eminẽtissimum verticẽ transmittit. Nã intellectus & huic imaginatiue facultati & excutaneis sẽsibus presidens: supremã hoinis operationẽ molit̃ pascitq; animũ defecatissimarũ & imaterialiũ specierũ suffitu. His etenim septenis cognitionum viribus: natura minorem mũdum / maiori mũdo commode exequauit. tantisq; facibus / humanã substantiam illustrauit: quãtis erronum lampadibus maioribusue ignib⁹ celestia corpora succendit atq; adornauit. Q ue igitur post tractatulum de intellectu / orsi de sensu dicere / in opusculi formã redegimus: sub clarissimi tui nominis tutelam / prelo demãdari curauimus. quo & postica liuidulorum sannam ac Rhinocerotiam nasitatem / nichil expallescant: & illustriorem sibi lucem vendicent. Vale.



¶ ARBOR COGNITIVARVM ANIMEVIRIVM.

ET OBIECTORVM EARVMDEM.

¶CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI: LIBER DE SENSIBVS AD REVERENDVM IN CHRISTO PATREM CAROLVM DE GENLIS PRESVLEM NOVIODVNENSEM.

¶Sensus diuisio. Cap. I.

1 SEnsuum alius est exterior/alius interior. Exterior in humani corporis superficie situs est/ maiori mūdo expositꝰ. Interior vero intus abditus est: & minoris mundi sensus.

¶Exterior sensus in humani corporis supficie sitꝰ dicit̄/ ob sua organa: que in apto & propatulo sūt/ i valuis hūani corporis a natura fita & collocata. Sunt enim velut spiracula & infumibula quedā: iterius delitescētis aialis flamme/ humanicꝫ spiritꝰ ppetuo sese in corpore agitātis. Interior vero sensꝰ i corpe abditꝰ est/ situsqꝫ in ꝓfundo: velut exteriorū sensuū centrū/ oibus cōmune. ad quem (vt ad mare omnes aque) exteri omnes sensus/ omnesqꝫ sūsibiles species feruntur/ rapiuntur/ terminantur.

2 ¶Minor mūdus/in medio est maioris mundi: eiusqꝫ locꝰ/est maior mūdus.

¶Minor mūdꝰ est hō. maior vero mūdꝰ: est ois ꝑter hoīnē substātia/ siue creata siue increata. Nā quicquid est ꝑter hominē: quoquo pacto hūano aut sensui aut intellectui obiectū dinosci & cōprehēdi ab hoīe potest. Si autē speialiꝰ maiorē mundū sumi volueris: dicemus maiorē mundū esse/ quicquid est ꝑter hoīnē sensibile/ quicquid eius sensibꝫ obiectū. vt vniuersā mūdi machinā/ a terra ad firmamētū. quā dicimꝰ naturalē esse hominis locū: & in eius medio creatū hoīnē/ natūqꝫ subsistere. Nā cū terra sit totiꝰ mūdi mediū & cētrū: homo natꝰ factusqꝫ in supficie terre/ degit in mūdi medio. Etenī terra celi & firmamēti collatione/ nullius quātitatis & molis est: sed vt mima idiuidua/ & vt ipartibile quiddā mūdi cētrū. Ea igit̄ quātitas q̄ est a terre cētro/ ad eiꝰ supficiē (que est totiꝰ terrene molis & profūditatis semidyameter) cū celo collata/ sit nulla & ipartibilis: liquet hominem terrene supficiei accolam: haud minꝰ esse in vero firmamēti totiusqꝫ mūdi medio/ q̄ si in ipso degeret terre cētro.

3 ¶Totus maior mundus/toti minori: totusqꝫ minor toti maiori adest.

¶Sicut locās corpꝰ & locatū sūt attigua/ seqꝫ cōtingunt mutuis supficiebꝰ cōcaua & cōuexa: ita & ambo mūdi minor & maior/ inuicē sūt ꝓximi & attigui. Minoris quippe supficies cōuexa/ maioris cōcauā exosculat̄. Est enī minor mūdus/ in medio maioris a natura situs. totoqꝫ maiore ambit̄: vt ab illo & substātiā & virtutē et pfectionē recipiat: vtue illiꝰ vndecūqꝫ defluētibꝰ in se radijs feriatur. Et nichil est in maiore mūdo (id est sub firmamēto) quod nō ꝓpter minorē sit factū: idqꝫ oē natū est trāsferri & iportari in hominē. Est enī minor mūdꝰ maioris finis. Maior vero minoris domiciliū & habitaculū: vniuersa q̄que habet hoi p̄sētās eiqꝫ p sensꝰ infundēs. Et quicquid est hoīnis est ex maiore mūdo: & quicqd est maioris mūdi: ꝓpter hoīnē est. Et siqurd est maioris mūdi qđ nō est propter hoīnē: id ociosū/ inane & sine fine dicatur. Habent igit̄ maior/ minorqꝫ mūdꝰ maximā adinuicē nature cognationē: vt alter alteri/ totꝰ semper adsit & quecunqꝫ sunt vnius: sint aut alterius/ aut ex alio.

Mundum ꝓpter hominē factū.

4 ¶Maior mundus minore natura prior est: agitqꝫ in minorem.

¶Maior mūdus mīoris est domiciliū. prior igit̄ a deo creatꝰ est maior mundꝰ. qui cū ꝓpter minorē factꝰ sit: minor mūdꝰ prior extitit in itētione / & mēte diuina. vt q̄ ab eterno p̄specīata & cōtēplata miorē/ suāqꝫ imaginē: fabricare iprimis cepit illiꝰ habitaculū mansionē ac domū: deide illā ꝓducta eidē ifudit. Agit autē maior mūdꝰ i minorē/ nō vt p̄stātior: sed iussus a deo illi famulari. & oīm (quas in se gestat) rerū/ sensibiles illi ministrare/ offerre ac p̄sētare species: quibus ad maioris substantiam & equalitatem/ minor est assumendus. Vnde fit vt minor mundus/ maiori adsit: conuexa sui superficie. Maior vero minori/ superficie sui cōcaua. Est enim conuexa superficies passionis propria. Concaua vero actionis ē terminus.

Illatio.

5 ¶Maior mundus adest soli minori non sibiipsi: minor vero & maiori adest & sibiipsi.

¶Id alicui adest: quod ei iungitur atqꝫ inseritur. Maior autem mundus/ eum totus propter minorem esse dictus sit: adest totus minori/ transfertur/ transitqꝫ in minorem: & vt principiū in finem/ illi iungitur/ inseriturqꝫ. Omnis enim maioris mundi intētio est: vt sese recta in illū

infundat/ eumq; omni sua substantia specierum virtute impleat. Porro nulla maiori mūdo ineſt virtus: qua reciprocari reuerti in seipsum/ sibiipsi adesse/ seq; ituerī possit. vt qui haudquaq̄ propter se sed propter alium factus/ illi se totum insinuet. Minor vero mundus exteriore quidem sensu maiori aptat mundo: factusq; extra seipsum/ eū totum perlustrat. Interiore vero sensu in seipsum reciprocus: relicto mundo sibiipsi adest. atq; intra seipsū/ asseruatis omnium rerum spectris & imaginibus: vniuersa speculatur.

¶Sensus exterior est maioris & minoris mundi copula. 6

¶Nam per sensuum organa/ hominis animus discēdi auidus: quoquopacto sese corporis claustris exerit/ imiscetq; toti sensibili mundo/ ac per singula diuidue fertur. & per eadē sensoria rerum omniū species ab exteriore & maiore mundo: in minorem & interiorem mundum ad sensū vsq; interiorē & phātasiā deuoluunt. Est igitur is sensus qui in humani corporis superficie sit: & est (quē exteriorem vocamus) vtriusq; mundi maioris/ minorisq; copula/ nexus & vinculū: idq; quo minor mundus in maiore/ maiorq; in minore fit

¶Quemadmodum corpus/ naturale est anime vehiculum: ita & sensus ipsius intellectus. 7

¶Sicut hominis anima non per se/ sed per corpus est in sēsibili mūdo/ vt que corporis vehiculo super terram inambulat: ita & hominis intellectus (que est suprema & spiritalis pars animi) haud per se/ sed per sensus & in ipsis sensibus inuectus: sensibiles substātias speculari natus est. quemadmodum latius in libro de intellectu docuimus.

¶Homo est anima mundi.

¶Nam sicut hominis corp⁹ ad eius animā: ita & mūdus totus ad hominem. Et sicut hois anima ad tuū ipsius corpus: ita & homo ad vniuersū. Presidet enī anima toti corpori/ illud regit/ & iplet. estq; corporis finis ac tā sibiipsi q̄ corpori adest. sibiipsi quidē pvim itellectiuā: qua nichil corpori cōmunis est/ sed in seipsa manet. corpori vero/ per vtrumq; sensū interiorem & exteriorē: quorum operationes exercet/ pficituem corpore. Homo autē idētidē toti preest mundo velut totius mundi finis. & (vt dictū est) tam sibiipsi q̄ vniuerso adesse potest. sibiipsi bifariam, geminisq; viribus: itellectu scilicet & interiore sēsu. His etenī genuinis viribus receptui a mundo canit/ reditq; in seipsū. Adest autem mūdo solo exteriore sensu: quo extra seipsū fit/ ipsiq; mundo congreditur. Porro tā mundus q̄ hominis corpus/ nullo pacto sibi adesse queunt: sed dūtaxat huis adsunt / propter que facta sunt: mund⁹ homini/ corpus anime. Carent enim mundus & hois corpus circulari omni vi: qua in seipsa conuertantur. sed recta mund⁹ homini/ corpus anime a natura adesse / ancillari famulariq; iubētur. Vnde fit vt hois anima sit minor anima: homo vero totus/ aia maior/ idest maioris mūdi. & haud min⁹ ad vniuersi cōplementū/ & substātialē integritatē sit necessarius homo: q̄ ad hominis substātiā aia. & sicut qui ab hoie tollit aiam/ hominē soluit: relicto sine vita moribūdo corpore: ita & q ab vniuerso hominem tollit: vniuersi/ omniumq; rerū pmiscet ordines: omnia sine fine ociosa & inania relinquēs.

Quo pacto homo adsit mūdo.

¶Interioris & exterioris sensus differentie. Cap. II.

EXterioris sensus/ fluxa est & presentanea operatio. Interioris vero fixa & permanens. 1

¶Fit enim exterior sensatio dūtaxat presentibus obiectis & sensibilibus substātijs: quarum absentia/ statim & ipsam sēsationem intermitti oportet. Est enī sens⁹ exterior: in anteriore hominis parte & humani corporis superficie collocatus. et maiori exferuntur. He autem species in exteriorum sensuum organis atq; sensoriis / haudquaq̄ pmanent: sed ad breue euanide disparent atq; ptereunt. Que tamē ad interiorem vsq; penetrāt: in eo sistuntur ac permanent/ suntq; interiori sensui obiectorum & sensibilium substantiarū loco. hoc enī pacto mater omniū natura/ homini minori mundo puidit/ cauit/ prospexit: vt qui non semper adest mundo et sēsibiles substantias habet presentes: earū intra se (vt i interiore sensu) spectra et phantasmata/ retentet. i quib⁹ vis ipsius intuitiua assidue sese p veris substantiis imaginum speculatione exerceat.

¶Interior sensus: est vt exterioris memoria.

Nā sicut i libro de itellectu dixim⁹: itellectū valuas eē & āteriorē aie ptē/ mēoriā vero iteriorē et itellectū spērū acqsitiuū/ mēoriam vero earū cōseruatiuā: ita & de vtroq; sensu dicere licet. 2

Exteriorem ſenſum/eſſe exteriorem humani corporis partem: interiorem vero profundam & abditã. atq; exteriore ſenſu admitti intus ſenſibiles ſpecies: interiore aſſeruari & cõtineri. Et ſicut ille ſenſibiliũ ſpecierũ tranſitus eſt: ita & hic earũ continentia. Vnde fit vt exterior ſenſus ſimilis ſit practico intellectui: interior vero ſpeculatiuo & contemplatiuo. Et ſenſibiles ſpecies ſunt velut ſucceſſiue/et ad momentum euanide: in exteriore ſenſu. In interiore vero fixe et permanentes. Illatio.

2 ¶ Exterior ſenſus neq; ſimul plura: neq; bis idem ſentit.

¶ Sicut de intellectu practico dictũ eſt/qui neq; ſimul duo neq; bis idem intelligit: ita & de exteriore ſenſu dici intellige. Nã indiuiſibiliter fit ipſa exterior ſenſatio/ & ad vnũ aliquod vt ad indiuiſibile et centrum: ſenſitiua tota fertur pyramis. Sicut et ipſa ſẽſibilis ſpecies/ſecundum pyramidẽ & conũ: ad ipſius ſenſus defertur acumen. Senſitiua vero pyramis: eſt que a ſenſu defertur ad obiectũ. Sẽſibilis autẽ q̃ ab obiecto ad ſenſũ. Et licet nõnullorũ exteriorum ſenſuũ ſecta & diuiſa ſint organa: eorũ tamẽ (vt poſterius dicemus) & intus ſub ipis organis in homine/et exterius in mũdo: vis tota ſenſitiua collecta eſt/in minimo aliquo & puncto coniuncta. et ambo eiuſdem ſenſus ſenſoria/ſunt vnus ſenſus: et ſentiunt vt vnum.





Senſus igitur exterior continue tantum vnum ſentit. Q̃z autem neq; ſentiat repetatue bis idem: hinc liquet. Nã ſẽſibilis ſpecies: eſt idipſum quod eſt veraciter ſenſibile. vt que ſola in ſenſu recipitur: et qua ſola ſenſus afficitur. Atqui ſenſibilis huiuſmodi ſpecies: in exteriore ſenſu fluxa et inſtabilis eſt. Aut enim continuo in interiorem ſenſum trãſit ac penetrat: aut euanida interit. nec reuocare eamdẽ ſpeciem poteſt ſenſꝰ exterior: neq; ab obiecto/neq; ab interiore ſenſu. ab interiore quidẽ ſenſu eam non repetit: a quo ad exteriorem fit regreſſio nulla. Nã ſpectra in interiore aſſeruata: ad exteriorẽ haudquaq̃ reuertũtur. Ab obiecto vero: itidem non reſumit. Nam poſtq̃ ad interiorẽ ſenſum pertranſiit/in eoq; aſſeruatur: ſuperuacaneũ erit ſenſũ repetere ab exteriore obiecto ſpeciẽ/quã intus habet. Fit igitur neq; ſimul duorũ aut pluriũ: neq; bis aut pluries eiuſdẽ ſenſatio. Vnde fit vt exterior ſenſus p oĩa ſenſibilia diſcurrens: ſit continue tantũ vnũ/et aliud ac aliud. Interior vero in fine/et adipleto exterioris curriculo: ſit ſimul ſenſibilia omnia. Illatio

3 ¶ Exterioris ſenſus operatio/interioris operationẽ tempore precedit.

¶ Nam exterior ſenſꝰ in valuis & veſtibulo hominis eſt ſitus: vt nichil a mũdo niſi per ipſiꝰ valuas ſubire hominẽ et in hominem ingredi poſſit. Is igitur haud immerito ſenſus qui homini antiſtat/ velut parochus & prodromꝰ: primas ſibi in operatione partes vendicat/primuſq; operat. & prima mundi in hominẽ incidentia tela & ſpicula ſua acie obtũdit/excipit: & in interiorem ſenſum traducit. Sicut enim memõrie poſterior eſt q̃ intellectus operatio: & ab intellectu impregnatur/impleturq; mẽoria: Ita & interior ſenſus nil inſeſe cõtinet: niſi quod in ipſum a mũdo/ per exteriorem ſenſum manauit/fluxit/pertrãſijt.

4 ¶ Quicquid ſit ſenſꝰ exterior/ſit & interior ac nunq̃ exterior ſenſus/ſine interiore feritur.

¶ Senſus exterior ferri et diſcurrere per omnia ſenſibilia natus eſt: et omnibus ſenſibilibus feriri ſpeciebus. Adeſt autem ſemper illi interior/illi ſemper coniunctus & proximus. natus omnes in ſeſe tranſferre & cõſeruare ſpecies: quas primitus exterior ſenſus a mundo haurit & que illico ab eo diſpereũt. Proſpexit autẽ in hũc modũ prouida nature diſpẽſatio homini vt nichil fiat exterior ſenſus ſine interiore: nunq̃ feriatur extimus a ſenſibilibꝰ: qui et ab ipſis feriatur moueaturq; interior. nulla ſpecies a mundo exteriori incidat: que non in interiorẽ penetret/& in ipſo interiore aſſeruetur. vt ſit in fine interior ſenſus/ſẽſibilia omnia factꝰ. Et qui dixeris exteriorem ſenſum per ſe ſine interiore moueri: ocioſam ipſam ſenſationem facis. quippe mometaneam/preſentaneã & repente euanidam: cuius paulopoſt nullũ extabit veſtigium. Si autem interiorem ſenſum exteriori adiungis: velut illius cenſorem & arbitrum ſpecieſq; ſenſibiles defecantem atq; referantẽ: ſẽſationem ipſã haud facies irritam: Nature prouidẽtia. Obiectio.

Illatio.

ſedfecundam/permanẽtem/fixam/ſtabilẽ. Etvelut quoddam humane eruditionis/ ac perfectionis initium. Et ſicut in libro de intellectu diximus nõ moueri intellectum ſine memoria/ ita et hoc in loco dicendum eſt/haud ſenſum extimũ ſine intimo moueri. Aliud quoq; huic ſimile inferre poſſumus: ſcilicet non moueri ſenſum vllum ſine intellectu. et nichila mundo ad hominis ſuperficiem & exteriorem ſenſum perferri:quod non ad vſq; eius intima/intellectum et memoriam penetret inq; fundum vſq; animi deriuetur.

¶Et interior ſenſus exteriorem:et exterior interiorem ciet mouetq; . 5

¶Senſus interior (vtpote perfectior)prior eſt in intẽtione/ exteriore ſenſu:exterior vero prior/ſola operatione. Et exterioris operatio/ eſt propter interiorem:vt hic impleatur & perficiatur omni ſenſibili ſpecie. Sicut & intellectus prior eſt intentione et perfectior vtroq; ſẽſu. Poſterior tamẽ eſt intellectus operatio/ operatiõe ſẽſus: et ambo ſenſus/ propter intellectum facti. Quemadmodum igitur conſumandus perficienduſue intellect⁹/ ſẽſum imprimis ciet/excitat ac mouet:illumq; mundo explicat/per quem ſpecies a mundo ad ſe introducende ſunt: ita & interior ſenſus primitus exteriorem mouet/illum aperit exponitq; mũdo. Poſtremo vero exterior recepta a mundo ſpecie:eã in interiorem ſenſum traducit. atq; hoc pacto interiorem mouet. Imprimis igitur intellectus interiorem mouet ſenſum: interior vero exteriorẽ deinde motitat. Poſtremo ſpeciem traducendo/ mũdus exteriorem ciet. Exterior interiorem: interior intellectũ/a quo memoria que eſt hominis vltimũ mouetur .

¶Exterior ſenſ⁹ eſt iterdiu vegetior: Interior vero nocte ſerenior & clarior. 6

¶Diximus exteriorem ſenſationem/fieri duntaxat in ſenſibilium ſubſtantiarum et mundi preſentia. Interiorem vero abſentibus etiam rebus fieri:per ſpectra & phãtaſmata. Eſt autẽ ſenſibilium ſubſtantiarum & mundi preſentia dies: eorum vero abſẽtia nox et tenebre. Et ſenſitiua vis que ab intus manans:exteriores ſenſus vegetat eoſq; in actu & officio cõtinet: preſente ſole/exteriora opplet ſenſoria. Abceſſu vero ſolis: intus ſe colligit/ eoq; reuertitur vnde manarat. cuius abſentia/ exteriores ſenſus aut elanguidi fatiſcunt: aut penitus intermittunt. Interior autẽ ſenſus/geminis ex cauſis (& exterioris interpolatione/ & veluti recepta tota virtute)ſerenior/ clarior et lucidior ſe prodit.

¶Interior ſẽſatio ſine exteriore fieri poteſt : exterior vero ſine iteriore nuſq; . 7

¶Exterior enĩ ſẽſatio: fit dũtaxat p̃ſẽtibus ſẽſibilibus ſubſtãtijs. Interior vero & p̃ſentib⁹ & abſentibus. Et ſenſus interior(vt diximus)imprimis ciet/ mouetq; exteriorem: atq; illi ſẽper adeſt: vt largiens virtutem illumq; adaperiens & explicans mundo. Exterior autem nõſẽp interiori adeſt/ aut interiorem mouet: ſed dũtaxat cum in illum ſenſibilem traducit ſpeciẽ. qua intus ſuſcepta: vbi receptui canit interior/ſeq; ad ſeipſum reuocat:ſpoliatur illico exterior ſenſitiua virtute. eiuſq; ſenſatio tam diu intermittitur: quoad inde ad ipſũ ſenſitiua redeat virtus/ab eo quo prius effluxerat loco ſcilicet ab interno ſenſorio.

¶Ab interiore ſenſu:ſenſitiua vis in exteriorem deriuatur. 8

¶Nam ſicut ſoli ineſt per ſe lux/ que a ſole deriuatur in lunam: ita et interiori ſẽſorio/ ineſt per ſe tota ſenſitiua virtus:que ab interiore/in exteriora funditur ac deriuatur organa. Et ſicut luna(interſtite inter ſe et ſolem terra)iterdum toto lumine priuatur: & nũq; niſi media parte illuſtratur: ſol autem immutabilis eſt/ plena ſemper cãdidiſſimi luminis face ſplendicans: ita & exterior ſenſus ab interiore (interhiantib⁹ vaporibus)ſenſitiua virtute nudatur. & media tantũ naturalis diei parte (quem diem artificialem vocamus)ſenſationes exercet: noctu conquieſcit ac ſilet. Interior vero ſenſitiua ſemper virtute plenus: totius diei naturalis ſpacio in actu eſſe et ſenſationem exercere poteſt. Et de his amplius in ſequentibus dicemus: vbi de organis et ſenſorijs/ aptus ſe offeret locus.

¶Interiorem ſenſum natura: Exteriorem operatione eſſe priorem Cap. III.

OMnis anime cognitio: quanto interior/ tanto natura prior: actu vero poſterior. 1

¶Interiora exterioribus: & preſtantiora ſunt et natura priora. vt intellectus intima eſt & perfectiſſima anime vis: & interiore & exteriore ſenſu potior ac natura prior. Neq; hic natura priora dicuntur/ que prius creata & facta a deo ſunt. Nam hoc pacto

humanus intellectus/ omnium natura postremus & vltimus dicer ef. sed que diuino proposito & intentione/priora sunt & vt aliorum fines Humanus enim intellectus/ posterior animali sensu factus & creatus est: illo tamē est natura prior. vtpote perfectior/ dignior/ nobilior/ & vt eius finis: diuino proposito et intentione prior/ & propter quem animalis sensus prius est factus. Sicut igitur animalis sēsus/ tempore & creationis ordine prior est humano intellectu: ita & sensus humanus/ prior est actione eodem intellectu. Nam humañ & sensus & intellectus: licet gemine sint totius anime vires/ & re & ratione differentes: vna tamē sunt humana & rationalis anima: īpers/ & indiuidua. cui concreate sunt omnes eius vires/ naturales sue potentie. que licet & tempore & creationis ordine simul & coeue censeantur: actu tamen & operatione sibiinuicem succedunt: & alia prior excercetur/ alia posterior. Materiales/ immaterialibus sunt officio priores: corporee incorporeis exteriores/ subulaneis & internis.

¶Vnde fit vt licet sensus vterq; simul facti sint: sit tamen alter natura/ alter actu & officio prior.

¶Non modo vterq; anime sensus: sed & intellectus & vniuerse anime vires/ simul ad esse producte sunt/ simulq; cum anima esse ceperunt. In instāti quippe & impartibili tēporis/ creata est anima. Omnes quoq; eius vires & naturales facultates: haud aliud q̄ momentaneum habuere initium. In toto corpore tota/ & in qualibet corporis parte tota est impartibilis anime substantia. vniuerse itidem eius vires/ in toto sunt corpore omnes: & in qualibet corporis parte omnes. vbi tota anima: ibi vis ītellectiua ibi imaginatiua/ ibi sensitiua/ ibi vegetatiua. vbiq; in toto corpore tota anima: vbiq; & omnes eius vires. Presente presentes: & emigrāte illa e corpore/ simul omnes eius vires corpori abesse oportet. Immortalis est anima tota: immortales & cuncte eius potestates. nonmodo naturales: sed & acquisite illarum medio: vere/ spiritalesq; virtutū diuitie. Vt posteaq̄ esse cepit aie substātia/ sēp ē futura: ita & sēp omnia poterit eritue equepollens. naturalium dico potentiarum & virium habitu: non corporeorum organorum/ aut actionum presentia. vt minui nequit eius substantia: ita neq; eius vlla minui/ aut interire potentia. Vnde fit vt huiusmodi naturalium anime potentiarum: aliter q̄ ex tempore & creationis ordine/ differitates sint expetende. Distant enim primitus in anima/ & re & ratione. q; non vna: sed plures & varie sint anime facultates. quib9 (vt vna tantum esse) ita plura posse anima dicitur. Et hec est prima & simpliciſſima earum differentia/ quam habent in anime substantia/ & vt ipsi anime insunt: omnis alterius corporee differētie causa. Distant enim in corpore bifariam: q; alie corporeo funguntur organo alie (vt intellectiua) incorporeo. Et que corporales sunt/ corporeoue exercentur organo: pluribus rursum explicantur organis. Nempe imaginatiua/ interiore vno se continet sensorio. Sensitiua exterioribus pluribus. Rursum alie priores in officio/ posteriores alie. Exterior quippe sensus primus est in actu. prior circa maiorem mundum negociatur/ q̄ interior sensus in minore mundo/ vllam operationem perficiat. Et sensus vterq;/ prior est officio: intellectu. Nam sicut ferme se habet sensus exterior/ ad interiorem: ita & interior ad intellectum. Exterior autem sensus: actu/ officio & operatione prior est interiore. quemadmodū & actus intellectus: prior est actu memorie. Est igitur actus vtriusq; sensus: tempore prior actu intellectus. q̄q̄ sensus vterq;/ sit natura posterior intellectu.

Cūctas aie vires & naturales & acquisitas eē imortales.

Illatio.

Virium aie differentie due.

Alia differētia.

Intellectus	Natura	Primus	Actione	Vltimus
Sēsus interior	Natura	Medius	Actione	Medius
Sensꝰ exterior	Natura	Vltimus	Actione	Primus

¶Fit iterum vt & sensuum & omnium anime virium/ differentie sint trine.

¶Nā et sensus ipsi & vniuerse anime vires: primitus natura & substantia distant in anima vt ipsi anime insunt/ vtue plures eius facultates & naturales potentie dicuntur. Habent enī & hanc differitatē: in aia a corpore emigrante/ ac p se preter naturā subsistēte. Distāt aūt scdo orgāis: q̄bꝰ multifarie ab aie idiuidua vnitate explicāt: siue hec īcorpea sit siue corpea.

Tertia

Tertio distant et actionum operationumue successione: q alie pri⁹/ alie posterius propriũ exerceant actum. Nam materiale organum: prius est actu/ immateriali: & exterius interiore Est autem imateriale organum: vera ac propria anime memoria/ intellectualium specierũ promptuarium quo vis intellectiua exercetur/ eiusq; speculatio perficitur.

¶Interius organum ab initio nichil est: fit continue per exterius/ aliquid & aliquid: quoad omnia factus sit sensibilia. 4

¶Sensus est sensibilium omnium potentia: & receptaculum sensibilium omnium specierũ, quod natum est omnibus sensibilibus affici. Hoc autem natura nichil est/ idest nullã habet inditam imixtãue sensibilem speciem: per quam dicatur esse aliquid/ id est aliquod sẽsibile; precipue autem sensus interior (vt verior/ permanentior & per se sensus) est sensibilium potentia: que per exteriorẽ fit continue aliquid et aliquid/ quoad omnem intra se (in interiore scilicet sensorio & corporea memoria) sensibilium contineat speciem sitq; omniformis.

¶Sensitiua virtus in exteriore sensorio practica est: in iteriore speculatiua. 5

¶Sensitiua quippe virtus in exteriore sensorio: dũtaxat specierum sensibiliũ acquisitioni incumbit. que vbi ad interiora transmisse/ in interiore sensorio cõtinẽtur: rursum eis anima afficitur/ illas intuetur ac speculatur. Atq; is est perfectus sensus: quam imaginationem & phantasiam vocamus.

¶Sicut exterior sẽsus se habet ad totum hominem: ita et interior ad hominis partem/ vt ad animam. 6

¶Nam exterior sensus sicut in valuis est/ i superficie & anteriore toti⁹ hominis parte sit⁹: ita & interior in valuis anime/ et in anteriore eius parte. Et sicut exterior sens⁹ se habet ad mundum: ita & interior ad hominis corpus. Est enim exterior sensus aspectus hominis in mundũ: quodã modo inter mundũ atq; hominẽ medius/ & vt mundi atq; hominis scirpus. Interior vero sensus oculus est anime/ quo illa despicit in corpus: aliquo pacto inter corpus/ animãq; medius & vt anime ora extremaue superficies.

¶Vnde manifestum est sensum omnem/ vt ad animã: exteriorem esse. 7

¶Sicut enĩ sensus exterior/ est exterior ad totũ hominẽ/ velut totius hominis extremitas/ mundiq; cõtingentia: ita et interior ora est extremaue supficies anime/ corporisq; cõtingẽtia & attactus. Et sicut sensu exteriore respicit homo mundũ: qui est extra hominis substãtiã et nulla substantie ipsius pars: ita et interiore sensu/ despicit aia in corp⁹/ et ea speculatur q̃ suo ipsius corpori insunt. Corp⁹ autem nullo pacto pars est anime neq; ad ipsius substãtiã spectat: sed extra animã (licet anime a natura coniunctum) relinquitur.

¶Sicut ex anima & corpore fit minor homo: ita & ex homine & mundo fit maior homo/ quod vocamus vniuersum. 8

¶Diximus totũ hominẽ esse animã mũdi: & eodẽ modo se ad mundũ habere/ quo anima ad corpus. Sicut igitur quicquid est i homine preter animã/ hoc ipsius corpus esse dicim⁹: ita & in vniuerso dicendum est. quicquid in vniuerso est preter hominem (quam diximus animam mundi) esse vniuersi/ ipsiusue maioris hominis corpus. Et ex homine et mũdo cõstare maiorẽ hominem idest vniuersum: cuius corpus/ mundus: aia vero minor homo. Est autem mundus: omnis reliqua corporea & sensibilis substantia/ preter hominẽ: facta a natura propter hominem/ humanoue vsui dicata. sicut et corpus anime subditum est/ & illi a natura famulari iubetur. Et sicut in minore homine ab animo in corpus nulla ratio null⁹ue intellect⁹ expatat: sed sol⁹ sẽsus/ vita aut substãtia: ita et i hoie maiore (idest vniuerso) extra eius animã (qui est minor homo et ipse homo) nullam est accipere rationẽ nullũue intellectum: sed duntaxat hec tria sensum/ vitam/ et substantiam. Nam preter hominem: nulla sensibilis creatura ratione aut intellectu predita est: habet tamen aut sensum/ aut vitam/ aut substantiam.

Quid mũdus.

¶De duplici anime aspectu/ recto & circulari. Cap. IIII. 1

ANime duplex est aspectus: alius rectus quo despicit in corp⁹/ aut in mundum. Alius orbicularis & reciprocus: quo seipsam intuetur.

¶Gemini sunt anime oculi: alius extimus in superficie anime situs: quo recta in corpus/ aut vltra corpus in mundum despicit. & hunc oculum vocamus sensum/

ſiue interiorem ſiue exteriorẽ. Interiorem vt corpus. Exteriorem vero vt mundũ cõſpicatur. Vterq; enim ſenſus: extremitas eſt anime & ad animã exterior. Aliꝰ eſt aĩe interior oculus/ ſitus in anime profundo: quo nõ corpori/ ſed ſibimetipſi cõgreditur & quo neutiq̃ attãgit corpus/ neq; patet aut explicatur corpori. ſed in gyrum conuerſa/ in ſeipſam flectitur/ ſeq; cõprehendit. & hunc oculum: rationẽ aut intellectũ nũcupamus. Hic enim oculus cũ ſit anime inditus/ & velut in eius centro ſitus: nullo pacto corpus delãbit. ſed a corpore abiunctus eſt. Eo quippe oculo anima manet in ſeipſa: que ceteris oculis/ & mundo & proprio corpori communis ſocialiſq; fit.

¶ Senſitiua virtus anime a natura indita eſt: & vis eſt anime/ ab anima inſe
2 parabilis nichil tamen anima ea vi in ſeipſa operatur aut ad ſeipſam conuertitur.

¶ Senſitiua virtus vis eſt anime/ ſita in anima ipſi anime a natura indita: et ab anima inſeparabilis. nichil tamen anima ſecundũ eam vim in ſeipſa operatur: neq; ad ſeipſam cõuertitur. ſed in aliud (vt in corpus) tranſit eiuſmodi facultatis operatio/ eamq; vim exercet anima non in ſuoipſius/ ſed in corporis ambitu: in quo ſenſatiões ipſe recipiũtur. nulla enĩ ſenſibilis ſpecies in anima: ſed in ſolo corpore omnis ẽ recipi nata. Sicut & vis vegetatrix: pars eſt quidẽ anime/ & in anima/ & ab anima inſeparabilis. eam tamen vim anima nichil ad ſuipſiꝰ: ſed ad corporis focillationẽ cõuertit/ illud eaipſa viuificãs/ nutriẽs/ & augẽs.

3 ¶ Vnde fit vt interioris ſenſus organum/ licet intꝰ abditum ſit & occultum: ſit tamen extra animam in corpore.

¶ Interioris ſenſus organum/ receptaculũ eſt & cõſeruatio ſenſibiliũ ſpecierũ que per exteriora ſenſoria/ in humani corporis ſuperficie ſita: ad ipſum penetrant. Diximꝰ animã/ a ſenſibilibꝰ ſpẽbꝰ/ apathẽ ideſt ipaſſibilẽ eſſe/ nullãq; ſenſibilẽ ſpeciẽ poſſe recipi i aia: vt q̃ ſit itellectualis celeſtiſq; nature. Recipiũtur igit ſẽſibiles ſpẽs/ & aſſeruant extra aiam: i aliqua corporis parte/ q̃ dicit interioris ſenſus organũ/ naturaleue ſenſoriũ imaginationis. in quo vis ipſa anime ſenſitiua: dũ aſſeruata ſpectra & phantaſmata ſpeculatur/ interiorẽ ſenſationẽ pficit. Vis itaq; imaginatiua ſuapte ipſius operatione ciet corpus internãue aliquã corporis partem: que reſeruatas ſenſibiles ſpecies/ anime ſecundũ rectũ prelentat.

Senſibilẽ ſpeciẽ haudquaq̃ recipiĩ anima.

4 ¶ Sicut mundus exterioris ſenſus geſtat & continet obiecta: ita & humanum corpus interioris.

¶ Exterioris ſenſus obiecta/ ſũt ſenſibiles ſubſtãtie. Interioris autẽ: ſpectra/ phãtaſmata & rerum imagines. ſenſibiles autẽ ſubſtãtie oẽs i mũdo ſunt. earũ vero imagines/ ſpectra & phantaſmata: in interna aliqua & abdita corporis parte aſſeruãtur. Sicut igitur mundus geſtat & cõtinet in ſe/ ſenſuũ exteriorũ obiecta: ita & humanũ corpus ſenſus interioris. & licut vocare licet mundũ exteriorũ ſenſuum obiectũ: ita & humanũ corpus ſenſus interioris ipſiuſue imaginationis.

5 ¶ Sicut ſuprema mundi pars concaua (que dicitur firmamentum) eſt verũ ſenſus exterioris/ vt viſus obiectum: ita & ſuprema hominis pars itidem cõcaua (quod cerebrum nuncupamus) eſt verum interioris ſenſus/ atq; imaginationis obiectum.

¶ Perpulchra ſimilitudo & analogia/ maioris mundi ad minorẽ: & firmamenti ad cerebrũ. Nam ſuprema mundi ſenſibilis pars eſt firmamentũ: quod eſt maximũ & ſupremũ ſenſibilium corporũ: omnia in ſe continens ſenſibilia. Siquidẽ qui ſupra firmamentũ ſunt celi: inuiſibiles & inſẽſibiles ſunt/ carẽtes planeta & ſtella. vltimũ autẽ quod exteriori nudatur ſenſui eſt firmamentũ: ſuapte natura viſibile & ſub quo fit finiturq; ois exterior ſenſatio: auditio/ viſio/ olfactio/ guſtatio/ & attactus. Firmamentũ igitur quod eſt maioris mũdi caput: haud immerito exterioris ſenſus verũ/ ac totũ eſſe probatur obiectũ. vt quod oia in ſe ſenſibilia claudit/ eaq; ſenſui exteriori pſẽtat/ & ſub quo & in cuius ambitu: omnis pficit exterior ſenſatio. Et que de firmamento & exteriore ſenſu in mũdo dicta ſunt: intelligein homine de cerebro & interiore ſenſu dici. Omnis enim interior ſenſatio finitur/ clauditurue ſub cerebro. que eſt ſuprema hominis pars/ velut celũ cõcaua: & intus ad animã cordi inſidentẽ cõuerſa. In ea quippe ſpectra omnia/ omneſue imagines & ſpecies ſenſibiles: reponũtur/ aſſeruantur/ atq; ipſi anime obijciũtur. Vnde fit vt ſicut exterior ſenſus/ eſt ſenſus firmamenti/ & eorũ que ſunt ſub firmamento ideſt ſenſibilis mundi: ita & ſenſus interior ſit ſenſus ce

Illatio.

rebri/ & eorum que in cerebro/ aut ſub cerebro continentur/ ideſt totius humani corporis. Et ſicut in firmamẽto & i maioris mundi capite: repoſita ſunt & aſſeruata a natura/ ſenſibilia rerum oim & ſubſtantiarũ ſigna/ſenſibileſq; imagines: quas exteriori ſenſui / natura preſentat: ita & in cerebro & minoris capite mundi : inſunt ab hominis arte & operatione ſenſibiles omniũ rerũ ſpecies: que noctiluca ſpectra & phãtaſmata vocam⁹/interioris ſenſus obiecta.

¶ Anime vtriuſq; mundi maioris & minoris/ſedes eſt in medio: ſenſibile vero eius obiectum in extremo. 6

¶ Maioris mundi anima eſt homo: minoris vero mundi ideſt hominis anima/ eſt ipſamet anima. Sedet autem(vt diximus)homo in medio mundi /& firmamenti: itidem & hominis anima/ medium in eius corpore obtinet locum. Firmamẽtũ autẽ: ſenſibile eſt hominis obiectũ/ & exterioris toti⁹ ſenſus limes ac terminus. Caput vero in hoie/ interioris eſt ſenſ⁹ obiectum. Hoc autem in homine/ illud in mundo: paribus ideſt extremis ſupremiſq; locis diſponuntur.

¶ Sicut in maiore mundo/ preſentia ſolis aut nubium: ſtellarum a minore mundo/ auffert aſpectum: ita & in minore mundo/ exteriorum ſenſuum vigilantia aut vaporum preſentia: internam ſpectrorũ & phantaſmatum inſpectionem confundit. 7

¶ Sol in maiore mũdo/ cor eſt in homine. nubes in maiore mũdo: vapores ſũt in hoie. Solis preſentia: ſtellarũ tollit aſpectũ. Naturalis vero caloris(qui a corde procedit)in humano corpore preſentia: exteriores vegetat/ concitatue ſenſus. a quibus interdiu prepeditur & cõfunditur interna ſenſatio: eorũue que in cerebro repoſita ſunt inſpectio. Et ſicut a ſole eleuantur nubes: que rurſum in maiore mundo/ interhiant inter inſpectricẽ potentiam(que Analogia. eſt homo)& eius obiectum/ quod eſt firmamentum ipſãq; ſenſationem prepediunt: ita & a corde in hoie/ ſurſum ſpirant fumi: qui cerebri frigore dẽſantur/ cerebrum/ eiuſq; ſpectra nubilant. atq; ab inſpectrice facultate(cuius ſedes eſt in corde)eius obiecta & phantaſmata diſcludunt.

¶ Vera ac naturalis hominis ſedes: eſt in ſole in ipſoue celo ſolis. 8

¶ Nam ſol cor eſt maioris mundi: homo vero maioris mundi anima. Sicut igitur minoris mundi anima/ naturalem ſortita eſt in minoris mundi corde ſedem: ita & rationabile eſt maioris mundi animã/ naturalem in maioris mundi corde obtinere ſedem. Hominis igitur vera ac naturalis ſedes: eſt aut in ipſo ſolis orbe/ aut i eius celo. Rurſũ phœbeus orbis: verum eſt & perfectum maioris mundi mediũ. vt quod ab extremis maioris mundi corporib⁹ equali ſpacio libratur: quinto loco firmamento inferior/ quinto quoq; loco elemẽtari corpore ſuperior. aut ſi vis quarto loco ab extremis planetarũ orbibus ſaturno/ ac luna. Naturalẽ autẽ hominis ſedẽ/ oſtendimus eſſe in mundi medio. orbis igit ſolis/ vera eſt hominis ſedes.

¶ Terram eſſe in in extremo mundi: ſolem vero in medio. Cap. V. 1

Firmamentum & terra/ extrema ſunt mundi: maxime abinuicem diſſita/ac diſſimillima: hec in imo/ illud in ſummo.

¶ Supra firmamentũ/ atq; infra terrã: nullũ eſt ſenſibile corpus etherogeneum/ diſſimiliſq; ſpeciei: quod mundi ſit pars. Omnia vero que ſunt mundi omneſue ſenſibiles mundi ſpecies: & ingentia corpora/ ſiue ſubſtantiales partes/ quibus conſtat ſenſibilis mundus: inter firmamenti ac terre clauduntur ambitũ. Sunt igitur firmamentum & terra vera ſenſibilis mundi extrema: maxime abinuicẽ diſſita/ ac diſſimilia. Hec in imo: illud in ſummo collocata. Hec vt omnium potentia & ypoſtaſis: illud vt omnium ſupereminentia et ſupremus actus.

¶ Orbis ſolis eſt verum mundi medium. 2

¶ Nam ſi ipſos dũtaxat planetarum celos inſpexeris: ſol quarto a luna/ quarto quoq; loco a ſaturno diſtat. Eſt igitur ſolaris orbis/ planetarum medius. Extra autem ipſos planetarũ

orbes/ ſupra atq; infra: relinquũtur & alia quidem corpora diſſimilis nature/ & a planetis/ & abinuicem. ſupra quippe ſaturnum ſtat firmamentum: vltimum & maximum ſenſibilium et velut totum ſenſus. Infra lunam ſuperant elementa quatuor: ignis/ aer/ aqua/ terra. que licet etherogenea/ & ab inuicẽ differentia ſint: quia tamẽ vna / ſimpliciq; ratione (qua & cor ruptibilia & inuicem tranſmutabilia & ſenſibilium omnium ſeminaria quedã ſunt) ab ethe rea/ celeſtiue ſubſtantia diſtare comperiũtur: ſimplici quoq; nomine ea complectamur vo cemuſq; elementare corpus. Cõflatur enĩ vniuerſus ſenſibilis mũd⁹/ gemis corporib⁹: ele mentari & celeſti. atq; id totum quod a centro terre/ ad firmamenti circunferentiam/ conue xamq; ſuperficiem clauſum interhiat: ſenſibilẽ mundum/ totiuſq; ſenſibilis mundi corpus & omne id quod eſt ſenſibile vocitamus. Hoc itaq; pacto diſtinctis ſenſibilis mundi corpo ribus: ſcilicet in elementare corpus & celeſte/ ſiue inter elementum/ planetam/ & ſtellã ſiue firmamentum: ſol iterum verum ſenſibilis mundi obtinet medium. Relinquit enim ſub ſe corpora quatuor: planetas tres Venerem. Mercuriũ/ Lunam & Elementum. itidem & ſupra ſe corpora quatuor planetas tres: Martem/ Ioue/ Saturnũ/ & Stellam ſiue Firmamentum.

Senſibilẽ mundum geminiſcõ ſtare corpo ribus.



3 ¶ Vnde fit vt vniuerſa ſenſibilis mundi machina ſit tripartita: in elemen tum/ planetam & ſtellam.

¶ Reſumentes altius/ ab eo quicquid eſt & ab omni ſubſtantia: dicimus aliam eſſe ſub ſtantiam incorpoream/ aliam corpoream. Incorporea ſubſtantia eſt tripartita in deum/ in an gelum primum & puriſſimum mundi actum: et in animam. Corporea ſubſtantia: in celos omnes in elementa & ea que in eis ſunt diducitur. Rurſum e corporeis ſubſtãtijs/ alie ſenſi biles/ alie inſenſibiles. Inſenſibiles ſunt celi/ qui ſupra firmamentum: quibus neq; planeta/ neq; ſtella ineſt. Senſibiles ſunt quecunq; a terra/ firmamento continentur. Firmamentũ innumeris eſt ſtellis conſpicuum Planetarum celi: ſinguli/ ſingulis planetis notantur. Ele menta aut viſu/ aut attactu percipiuntur. Vniuerſam igitur ſenſibilis mundi machinam nũ cupamus: quod eſt a centro terre/ ad conuexum et ambitum firmamenti/ qui eſt terminus viſus/ totiuiq; ſenſus finis. quam corpoream molem dico eſſe tripartitam: in elementum/ planetam & ſtellam. atq; ex ijs tribus/ conflatum eſſe ſenſibilem mundum. Et planetam eſſe ſenſibilis mundi medium: elementum vero & ſtellam ſenſibilis mundi extrema.

¶Resolutis vniuersis sensibilis mundi corporibus/ad soliditatem & plenitudinem:liquet amplius solem esse in sensibilis mundi medio/ terram autē siue elementum in extremo et imo. 4

Orbiū diuisio.



¶Orbium:alius est solidus/alius concauus. Solidus est qui a centro ad circunferentiam/simili corpore est plenus:vt terrā/ planete/ et stelle. Concauus est qui aliū intra se claudit/continetue orbem: vt elementa/preter terram/& celi vniuersi. Orbis solidus est orbis in actu:cui nichil potētie/dissimilitudinis & alteritatis ineſt. Orbis vero concauus/orbis est in potentia:plenus dissimilitudine & alteritate. Reductis igitur vniuersis sensibilis mundi corporibus ad actum/soliditatē & plenitudinē: vt vnusquisq; orbis seipso sit plenus/aliū continens nullū:erunt omnia sensibilis mundi corpora/extra seinuicē recta quadam linea & longitudine distantia. eruntq; huius distantie & longitudinis extrema:firmamentum & terra/siue elementū. media autē planete:quorū medius sol. In eo igitur mundi statu & actu:liquido apparet terram/ siue elementū haud in sensibilis mūdi medio/sed i extremo & imo collocari/solē vero in medio.

¶Omne celū est potentia eius quod illi ineſt:siue planete/siue stelle: 5

¶Nā celū omne/orbis est concauus:planeta vero & stella/orbes sunt solidi toti & integri. Concauus autē orbis potentia quedam est:solidus vero actus concauo simplicior. Item celū fert in sese planetam aut stellā:haud secus q̄ subiecta potentia actum. ipseq; planeta aut stella:eius cui ineſt celi/est vt lux/ oculꝰ & actus.

¶Sensibilis mundi corpora:per planetam & stellam in actum resoluuntur. 6

Quid orbes in actu fieri.

¶Sensibilis mundi corpora precipue celi/in potentia esse dicuntur:q̄diu alterū/alterū cōtinet/seq; iuicēcōplectūtur. Tunc enī celi ipsi sunt orbes concaui. In actu autē fiunt:cū solidi sunt & extra seinuicē recta linea distantes. quā distantiā & rectitudinē:in planetis ipsis & stellis experimur. Sunt enim ipsorū celorū actus:distantq; abinuicē/& ab elementari corpore:recta linea. suntq; extra seinuicē:elementū in imo/stella siue firmamentum in summo planeta in medio. Quod igitur fieri nequit per ipsosmet celos:fit per eorum actus/idest per planetā & stellā. ipsi nēpe celi non per se:sed per suos actus/ad actum(id est ad soliditatem et plenitudinem)reducuntur.

¶Vnde fit vt in vnoquoq; planeta/ totius sui celi sit collecta virtus sitq; planeta nobilioris substantie:q̄ suum celum & aliquo pacto suo celo equalis. 7

¶Omnis actus nobilioris est substantie q̄ sua potentia. planeta autem actus est sui celi. nobilior igitur est & subtilior suo celo. Et cū omnis actus sit sue potentie vnitas: potentia vero/sui actus multitudo:quicquid in potentia diuisum/sparsumq; est:collectū est & cōiunctum in eius actu. & quicquid ipsi potentie multifarie ineſt:vnice collectecq; actui ineſſe cōperitur. Idem igitur est & equale:quod & potentie & actui ineſt. sed aliter ineſt potentie/ aliter actui. vt eadem virtus est in potentia/eadem in actu:fusa & sparsa in potentia/collecta coniunctaue in actu. Eadem quoq; siue equalis est substantia:que potentia & que actus dicitur. Vt fusa/vt expansa & alterius capax substantie:potentia dicitur. vt vero defecatior tota sibi adest:seq; minore q̄ prius mole et spacio complectitur:actus dicitur. Vnde fit vt omnis planeta/sit sui totius celi defecatio:& in actum solidumue orbem reductio. sitq; planeta tantus(idest tante substantie)quantum suum celum:et vt quidda celum purius ac defecatius.

¶Imaginationis in ſuſceptiuam & iudicatiuam diuiſio. Cap. VI.

1 IMaginationis/ interioriſue ſenſus pars alia/ eſt phantaſmatũ ſuſceptiua/ alia iudicatiua.

¶Omni cognitioni hoc propriũ ineſt: vt alius ſit eius actus/ alia potentia. alia potentia/ aliud obiectũ. aliud iudicatiuũ/ aliud ſuſceptiuũ ſiue p̃ſentatiuũ. Impoſſibile enim eſt ſimpliciter idẽ eſſe quod ſpeciẽ intuetur ac iudicat: & quod eam ſuſceptat. Nã et in anima (que ſuapte natura indiuiſibilis eſt) id quod fert ſpeciei iudiciũ/ intellectꝰ eſt/ & impaſſibilis animi actus. quod vero ſpecies ſuſcipit & intellectui preſentat: pars eſt animi paſſibilis/ eiuſue potẽtia & memoria. Si igitur interna & indiuiſibilis animi cognitio: i partes duas/ iudicatiuã & p̃ſentatiuã/ actũ & potẽtiam ſeſe diſpeſcuit: quanto magis ipſa imaginatio/ que extrinſeca eſt animo: in partes eaſdẽ actũ & potentiã/ erit diſtinguenda. Et actũ quidem imaginationis/ dicimus eã vim: que phantaſmata ſpeculatur. potentiam vero eam corporis partẽ: que ſpectra ipſa ſuſcipit/ cõtinet eaq; intuitrici & iudicatiue facultati p̃ſtat. De agente & poſſibili intellectu.

2 ¶Imaginationis pars iudicatiua eſt impaſſibilis: preſentatiua vero ſola paſſibilis.

¶Nam ſicut intellectꝰ impaſſibilis eſt/ memoria vero ſola paſſibilis: ita & ea vis que ſpectra intuetur/ impaſſibilis eſt. & ea non in ſe: ſed in corpore deprehendit. corpus vero/ aut definita aliqua corporis pars: ſpectrorũ ſuſceptiua/ obiectiua & preſentatiua eſt.

3 ¶Imaginationis vis iudicatiua/ pars eſt animi immortalis: preſentatiua vero corporis parseſt/ cum corpore interire nata.

¶Sicut animus hominis/ totus ſubſtantia & natura immortalis eſt: ita & omnis eius naturalis vis/ ac potentia/ eſt immortalis & euiterna. ſemperq; ipſi animo (ſiue in corpore ſiue extra corpus ſit) inexiſtere nata. Non modo autẽ imaginationis actus: ſed & omniũ ſenſuũ exteriorũ actus & iudicatiue vires: naturales quedã ſunt animi poteſtates/ animo a natura indite: haud minus q̃ animꝰ cui inſunt immortales. Corpus autẽ corruptibile eſt: & partes eius omnes corruptioni obnoxie & aliquando interiture. Idẽtidẽ & mundus.

4 ¶Vnde ſit vt anime a corpore ſeparate: vis inſit imaginatiua/ ocioſa.

¶Anime ſeparate a corpore/ inſunt ſenſitiue oẽs vires ocioſe: & ſine ſuarum operationum actu. Nichil tamen imutata eſt vis ipſa ſenſitiua/ ſiue exterior ſiue interior. ſed vtraq; priuata eſt ſpectabili obiecto: interior ſenſus corpore/ exterior mundo: nullãq; exercere poſſunt operationẽ. Sine etenim corpore imaginatio: et ſine mundo/ exterior ſenſatio fieri nequit. quandoquidẽ exteriori ſenſui mundus/ ſiue firmamentũ: interiori vero corpus/ ſiue cerebrũ omnia preſentant.

5 ¶Omnis anime vis: natura/ ſuo debet organo eſſe coniuncta: vt propriam operationem exerceat.

¶Omnis anime vis & naturalis potentia: eſt vt ſit eius actus & operatio. Exerceri autẽ nequit vlla eius operatio: niſi vis ipſa actiua/ ſuo coniũcta ſit organo: & actus ſue potẽtie adſit. Nã operatio/ mediũ quiddã eſt iter actũ & potẽtiã: & vtriuſq; motus & finis. Vis enim anime/ quẽ actum dicimꝰ: in cognitione/ mouetur iudicio. potentia vero/ quã vim ſuſceptiuam paſſibilem & preſentatiuã nuncupamus: ſpecierũ preſentatione/ ipſi actui/ naturaliue potẽtie adeſt/ dimoueturq;. Iudicat enim vis animi totiuſue cognitionis actus: quecunq; illi ab organo & ſuſceptrice potentia (ſiue exteriore ſiue interiore/ ſiue corporeo ſiue ſpiritali) offeruntur. Hic autẽ potentiã ipſam cognitiuã: ſiue vim animi/ naturalẽue eius potẽtiã (vt imaginationẽ & exteriorem ſenſum) totius ipſius cognitionis/ ſiue ſenſationis actũ vocitamꝰ. Eius autẽ organũ vt humanũ corpus aut mundum: cognitionis ipſius potentiã. Actũ enim cenſemus quicquid impaſſibile eſt: potentiam vero quicquid paſſibile. Licet pleriq; diuerſo quodã modo ſumentes actũ & potentiã: ex oppoſito ipſa exteriora obiecta & organa/ vocitent actus: potentias vero ipſas animi vires. q̃ vt aiunt ſenſus ſiue interior ſiue exterior/ ſit potentia talis: quale ſenſibile ſiue interius ſiue exterius actu. fit autem (vt aiunt) vis omnis ſenſitiua ſenſatione & operatione talis: quale eſt ſenſibile actu. Quid hic potẽtia vocetur.

6 ¶Vnde manifeſtum eſt animã debere iterum corpori reſtitui/ atq; hominẽ mundo. corpus quoq; & mundum/ a deo nonnunq̃ eſſe inſtauranda.

¶ Diximus prius vt sicut se habet anima ad corpus: ita & homo ad mūdū. Aia quippe/ aīa est corporis: homo vero aia mūdi. Et rursū sicut iterior sensus ad aiam & corp⁹: ita & exterior ad hoiem & mūdū. Interiore ei sensu: iū gitur aia corpori/ despicitue ī corp⁹. Exteriore vero / hō mūdo cōgredīt: atq; in mūdū spectat. Et vt exterior sens⁹ ad hominē totū est exterior: cū sit extrema hois facies eiusq; supficies/ qua mūdū cōtigit: ita & iterior/ ad totū qdē hoiem, pbaī iterior: ad aiam vero dicēd⁹ exterior: & vt illi⁹ extrema supficies & corporeus quidam attactus.

Anima	Corpus	Homo	Mundus
Sensus	interior	Sens⁹	exterior

Et vt interior sensus finīt/ clauditur ue corpore: ita & exterior sēsus mūdo. Incipit tamē vterq; ab aia. hic autē vltra mūdū siue firmamētū: ille vero vltra humanū corpus/ siue cerebrum haudquaq; ptingūt. Vt igīt exterioris sens⁹ verū ac naturale organū est mūdus/ ī quo fit ois exterior sensatio: ita et interioris sensus verū ac naturale organum est corpus/ in quo omis ab aia exerceī interna sēsatio. Et sicut gemini sūt sens⁹ interior & exterior: ita & oportet sensibile esse bipartitū/ in interi⁹ & exterius. Interi⁹ sensibile/ corp⁹ est: quod oia interno sensui presentat. Exterius sēsibile mūdus: qđ oia extrisec⁹ sēsibilia hoī ipsi offert. Si igīt id verū ē: aīe nostre substātiā/ cōditā esse in euo/ nunq̄ue interitūrā: aderūt illi semp (siue in corpore/ siue extra corp⁹) vniuerse ei⁹ vires/ naturales ue potestates. Extra autē corp⁹ subsistēti: plurime ei⁹ vires ociose relinquūtur. vt quib⁹ desūt ipsa subiecta & organa: & exercēdarū naturalū operationū facultates. vt substantiua/ vegetatiua/ motiua: & p̄cipue (de quib⁹ nobis est p̄sens sermo) sēsitiua & imaginatiua. Hāc eni vim dūtaxat ī subiecto corpore: illā vero ī mūdo ciere/ atq; exercere aia nata ē. Et cū ois naturalī aie vis & potētia: sit ꝓpter opationē que ab ea proficiscitur: debet & naturalis potētie euiterne/ sempq; manētis: euiterna/ cōtinua & iugis esse operatio. Alioquī (quod cōtra naturā est) vis aī inanis atq; ociosa manebit. Si quādo igīt (quauis ex causa & p̄ter fortalīs naturā) separabīt a corpore aia substīstetue ad tēp⁹ extra corp⁹/ & hō extra mūdū: necesse tamē est eā rursū ī separabiliter/ ꝓprio corpori couniri/ eiq; restitui. Similiter & hominē mūdo. & instaurari a deo: humanū corpus/ imaginationis organū: pariter & mūdū vt exterioris sensus obiectum.

Ratio animā assueuerans īmortalem.

¶ Sicut anime natura/ est esse in corpore: ita & hominis in mundo.

¶ Sicut corpus est natiuū aie domiciliū ita & mūdus totius hois. & vt ī corpe saluari nata est aia: ita & hō totus saluari & esse natus in mūdo. & haud aliter q̄ p̄ter naturā/ aia extra corpus: & extra mūdū/ hō fieri possūt. Quod autē p̄ter naturā est ꝓpetuari/ eodēq; semp mō se habere neqt. oē quippe violētū/ finitū est: defecte virtutis/ incōstās cito mutabile. Quod autē est secundū naturā/ cū cōtrarietate & pugnātia careat: ꝓpetuū esse potest & semp idē Impossībile igīt est aiam semp esse extra corp⁹/ aut hoiem extra mūdū. Vbi autē aia corpori restituta fuerit/ & hō mūdo: tū naturalib⁹ suis domicilijs/ emigrare poterūt nūq̄: naturalibusq; suis operationibus/ infinito euo: oēs animi vires perfruentur. 7

¶ Anime immortalitatem/ sequitur corporis instauratio: immortalitas hominis/ innouatio mundi/ perseuerantia vniuersi.

¶ Si hominis (vt ceterorū animātiū) interiret aia: in nichilū sensibilia abirēt omnia. vt que propter hominis corpus sunt facta: hois vero corp⁹ propter animā. Quicquid eni ociosum est & sine fine: confestim a natura tollendū est. Humani autē corporis & sensibilium omniū finis: est rationalis aia. Haud igitur aliūde humanū corpus & sensibilia oia: suam sortiuntur perseuerantiam/ sueue substantie stabilitatē & permanentiam: q̄ ab humana anima. que in circulo et in euo cōdita/ sibiq; perpetuo coherens: totius sue substantie immobilitate fixa est et idētitate stabilita. Arguimus igitur imprimis: ex anime immortalitate īstaurationē corporis futuram. Vt que nata est esse in corpore: et p̄ter naturam extra corpus subsistit. Qđ autem preter naturā est: incōstans & cite mutationis euadit. Deinde corporis instaurationem: sequitur totius humane substantie/ in īmortalitate perseuerantia. Est enim totus homo ex anima & corpore: non anima tantum/ neq; solum corpus: sed anime & corporis cōplexio naturalis ue scirpus acvnio. Hoinis autē īmmortalitatem & permanentiam: sequi necesse est & instaurationem mundi. quē eodem ad hominem modo se habere/ quo & corpus ad animā ostendimus. Si enim homo/ quedam est anima mundi: erit & mundus quoddam hominis corpus. & vt in separatione anime a corpore/ relabitur ad tempus in atomos corpus/ quod viuificatur ab anima: ita & sublato e medio homine/ separatoq; eo a mundo: mū

Illatio prima.

Illatio secda

Illatio tertia.

dus qui ab homine regitur/ad tempus interibit. Instaurabuntur autem rursum a deo/ corpus & mundus: & habitabit anima in corpore/ homo vero in mundo. Et sicut ex anima & corpore fit vnū natura/ qđ hoiem nūcupam⁹: ita & ex hoie & mūdo fit vnū aliquod/ quod vocamus vniuersū/ siue maiorē hoiem: ex maiore aīa idest hoie et maiore corpe idest mundo. Hui⁹ quoq; toti⁹ vniuersi perseuerātiā atq; immortalitatem: ex minoris hominis immortalitate/ & permanentia liquido inferimus. Constat igitur e sola animi immortalitate(ob deuitandā ociositatem/ & effugandum atq; eliminādū id quod violentum & contra natu ram est)hec quatuor iferri: imprimis instaurationem corporis/ deinde immortalitatem hominis: hinc innouationē mundi/ postremo idētitatem & pseuerātiā vniuersi. Illatio q̄rta

Anima	Corpus	Homo	Mundus
Homo		Vni	uersum

¶Quot sunt generatim/cognitiue animi vires. Caput. VII.

1 ¶Nime: naturalis vis inest omnium discretiua/atq; cognitiua.

¶Aima fieri omnia potest. & non modo que creata sunt & ab sese diuersa/ illi cognoscere datū est. sed & de⁹ ipse expatare sese illi voluit: portionēq; tribuit nō nullam/ qua pro suo modulo/ diuinitatis formet conceptus. alia quoq; notionis particula fit anima sibi ipsi manifesta/ seq; intuet: atq; alijs idētidē viribus/ reliquas cōspicit creaturas. adeo vt nil sit in rerum natura: nullaue substantia siue increata/ siue creata: que ipsius anime vim intuitricem & singulorum cognitiuam effugiat. queue non aliquo pacto ab ea prehendatur/ atq; internoscatur.

2 ¶Quot sunt internoscibilia obiecta: totidem sunt & cognitiue anime vires.

¶Rationabile est eundem esse obiectorum internoscibiliū/ & cognitiuarum potentiarum numerum. vt vnicuiuis dinoscende substantie: peculiaris aliqua animi vis & naturalis potentia respōdeat: & diiudicetur/ atq; internoscatur simile a simili. Eodem quippe numero/ natura singulas animi vires & potentias: quo & mūdanas substantias & actus prouide dimensa est. vt ad singulas internas animi vires: singuli exteriores actus ferantur. nullaq; sit mundi substantia: exors sue animaduersionis & speculationis ab anima. Quandoquidem vniuersa que quoquomodo subsistunt/ siue increata siue creata: propterea subsistūt/ vt vel a seipsis/ vel ab alijs dinoscantur: veniātq; vel in suā/ vel ī aliorum noticiam. Est enī scientia omnis & cognitio: substantie quedam perfectio ac finis. idq; quod est: perfectiore ac nobiliore modo/ subsistere & esse/ cognitum dicitur: q̄ incognitum. Ignorantia quippe omnis tenebris est persimilis: scientia vero luci. verius autem subsistere vnūquodq; in luce: q̄ in tenebris merito dicatur. Verius esse vnumqđq; cognitū q̄ ignotum.

3 ¶Internoscibilia imprimis obiecta/ in duplici differentia reperiūtur: materiali & imateriali/ sensibili & insensibili/ corporea & incorporea.

¶Hec tria immaterialia sunt deus/ angelus/ anima: eadem sūt & insensibilia & īcorporea. Omnis vero reliqua substantia: materialis est/ sensibilis corporea. Omnem autem reliquam substantiā/ duobus exprimimus: corpore scilicet & mundo. Subest enim anime/ proximum & immediatum corpus. Corpori vero mundus/ qui propter humanum corpus/ est factus: sicut & humanum corpus propter animam. Trina esse immaterialia entia.

4 ¶Vnde fit vt & cognitiones anime: in geminas tantum differentias īprimis soluantur/ sensitiuam & intellectiuam.

¶Isdem differentiis & substantias omnes & anime cognitiones: imprimis mīma/ dualiue sectione partimur. illas in sensibiles & intellectuales: has in sensum & intellectum. Sensum enim anime/ vocamus omnem ipsius vim: qua prehensati noscitatue quicquid materiale/ corporeumq; esse mōstrauimus: vt proprium corpus & mūdum. eodē sensus nomine: imaginatiuam & sensitiuam animę partem complectentes/ finienteſq;. Intellectum autem generatim nuncupamus: eam vim qua anima seipsam/ angelum/ deumq; contuetur. que sunt immateriales/ intelligibile sue substantie. Quid generati intellectus.

5 ¶Vniuersas rerum substantias: hoc pulcherrimo ordine/ in quinq; parti-

mur: Deum| Angelum| Animam| Corpus| Mundum.

1	Deus
2	Angelus
3	Anima
4.	Corpus
5	Mundus

¶Nam eternus/ increatus/ immensusq; deus cunctis haud immerito eminens creaturis: primū obtinet locum. Angelus vt simplicissimus/ primusq; rerum omniū productus a deo actus: secundo statuēdus est loco. Est enim & ipsi deo attiguus & proximꝰ. Porro anima licet omnium creaturarū sit vltima: tamen(vt in libro de intellectu docuimus)supremū sensibilium/ & angelis proximum sortita est locū. Est enim anima: sensibilium omniū actus & finis. Deinde anime vltimū & proximū est corpꝰ: quod illi famulatur subditurq;. quodue eādē in sublunarē hanc regionē: pegrinatum ductitat ac vehit. Extremo autem atq; imo loco/ positus est mundus: vt humani corporis circūstantia ac natiuum eius domicilium.

¶Vnde fit vt secundum totidem obiecta: distribuende sint anime cognitiones/ in singulas singulis aptatas ac proprias. 5

¶Anima internoscitat mūdū/ proprium corpus/ seipsam/ angelū ac deum. Hec autem sūt diuersissima obiecta. varie igitur sunt/ ac singulis proprie anime vires. Qua enim vi intuetur mundum/ sensitiuā nūcupamus/ seu exteriorē sensum. Qua corpus inspectat proprium: imaginatiuū/ interiorēue sensum. Qua sese conspicatur/ sibiq; fit manifesta: vocitanda est ratio. vt que anime propria est: & a qua peculiarius ipsa rationalis censetur. tanq; huiusmodi appellatione/ illi ab equali cognitione indita: qua neq; inferiora despicit/ neq; superiora inspectat: sed in sua sede cōtinet/ sibiq; coheret. Qua vero angelus illi aperitur/ reuelatur/ fitq; notus: vis intellectiua vocetur. Intellectus eni angelis proprius est/ vt & anime ratio. Qua denicq; deū ipsum/ quouis modo cōtēplari & speculari lubet: illi mentis portio adesse dicenda. Est enim mens ratione/ atq; intellectu superior: & consumata dei cognitio.

Cognitiōes aie	Mens	Intellectus	Ratio	Imaginatio	Sensus
Obiecta	Deus	Angelus	Anima	Corpus	Mundus

Fit iterum vt anima sit numerus/ mēsura et equalitas oim: sitq; cuctis plens. 6

¶Nam quotquot sunt substantiarū genera: tot illi cognitiuas potestates ineſſe mostrauimus. quinario numero/ & substantias omnes: & cognitiuas anime vires finientes. Numerat igitur anima/ ac metitur omnia. Equalitas est omniū: nūerus & mensura. Omnibus est presēs: sensu mūdo/ imaginatione/ corpori: ratiōe sibiipsi adest/ spiritui itellectu: mēte deo.

¶Aia cognitiuis quiq; viribꝰ p̄dita: duabꝰ fit se inferior/ duabus se precellit reliqua vero media: in propria se specula sede & equalitate continet. 7

¶Anima imaginatione(vt superius ostendimus)in corpus despicit: sensu vero in mūdum. Fit igitur duabus iis inspectiuis viribus/ se inferior. Nam corpus anime: mundus vero humano corpori subesse monstrata sunt. Porro ratione in seipsa cōtinetur: qua neq; que supra & altiora se/ neq; que inferiora & depressiora: sed seipsam solā cōtuetur. Rursum intellectu & mente: seipsam transcendit. Illo quippe in angelū seq; regentē & illustrantē spiritum eleuatur: hac vero deum conspicatur Geminis igitur cognitionibus/ animā hinc in corpus/ mūdūq; deprimi illic vero in angelū/ deumq; sustolli: media denicq; in statu cōtineri euadit manifestum.



¶He quinq; cognitiue animi potentie: initio/ fonteq; cōueniunt/ dissitevero sunt fine/ atq; obiecto. 8

¶Quinq;(quas diximus)cognitionū riuuli: eodem anime scatent inoriunturq; fonte. in diuersas tamen diffluitant partes/ variisq; spaciis et obiectis finiuntur. Ratio orta in aia: in vtrāq; effluens partē/ vndecūq; clauditur finiturue in anima. nec aliud quippiā q̄ anime substātiam irrorat. Imaginatio vero digressa ab anima: ad corporis vsq; fines protēditur/ totūq; corpus perlustrat: vltra aut extra corpus/ nichil attingens. Sēsus autem progressus ab anima: expatat sese in mundum/ mundiq; finibus arcetur. Similiter & ex parte oppositā intellectus ortus in anima: seq; natiuo anime fonte' proripiens: ad angeli se vsq; limitem extendit arceturq; angelica substātia. Mēs vero pari ab anima scaturigine emer-

in deum vsq; penetrat/ diuinaq; substantia finitur. Cunctis igitur aie viribus: commune est initiū/ fons vnus anime substātia. Spacia autē earū exporrectiones & obiecta diuersa.

¶Quis sit harū quinq; cognitionum/ naturalis ordo. Cap. VIII.

1 EXteriorum & sensibilium cognitio: prior est interiorum & intelligibilium cognitione.

¶Signa prius a nobis dinoscūtur/ ijs quorū sunt signa. Sēsibilia autē/ signa sunt intelligibiliū: exteriora interiorū/ materialia imaterialiū/ corporea ī corporeorū. Procedit igit nostra ois sciētia & cognitio: ab exterioribus ad iteriora. A sensibilibus ad intelligibilia: & ab his q̄ nobis cōiuncta & familiaria sūt: ad ea q̄ procul sūt & a nobis distātissima.

¶Anima sensim vi cognitionum/ a mundo effaxillat eleuatq; se in corpus:

2 a corpore in seipsam/ a semetipsa in angelum/ a quo in deum.

¶Anima in medio est. oīm: deus & mūdus extrema sūt. Nichil supra deū/ nichil infra mūdum. Supra mūdū est corpus: supra corpus/ anima: aie succedit angelus: cui preest deus. Aia exteriore sensu mūdo adest/ & i mūdo est. Exteriori sēsui succedit imaginatio. quo a mūdo sese in corpus/ effaxillat ac recipit. Cōsummata vero imaginatiōe/ succedit ratio: qua sibiipsi cōgreditur aia/ seq; ituetur. perfecta vero ratiocinatione recipit intellectū: quo angelū conspicatur. Intellectum deniq; sequitur mens: quc deo animam innectit inseritq;.

Mundus	Corpus	Anima	Angelus	Deus	
1	2	3	4	5	
Anime discursus a mundo ad vsq; deum.					

¶Vnde fit vt oia in vno finiantur deo: sintq; propter vnum.

3 ¶Nulla est rerū discluſio/ nullaue dissonantia: que substantiarū omniū paci/ vnitati & cotinuitati obsit. Vno quippe & cōtinuo ordine: omnia sibiiuicē coherēt/ atq; in se mutuo finiūt. Mundus in corpore/ corpus in aia: anima in spiritu siue in angelo. Angelus in deo: deus autē in seipso. Rursum sens9 in imaginationē transit. Imaginatio in rationē. Ratio in intellectū/ Intellectus in mentē. Mens vero in se reciproca: sibi ipsi modū/ terminūq; iponit. Deus angelū regit: Angelus aiam/ Anima corpus: corpus mundū. Mens itidē intellectui preest. Rationi intellect9. Ratio imaginationi/ sensui imaginatio. Superiora igitur natura inferioribus: & priora & pstantiora sunt. Inferiora tamē nobis priora & manifestiora. Et licet intellectus a mente fit exortus/ Ratio ab intellectu/ a ratione deducta imaginatio: & ab imaginatione sensus: Inferiores tamē cognitiones/ prius tēpore in nobis vigent: priusue a nobis excercentur: superiores autem posterius.

¶Primus anime motus est a mundo: secundus a corpore. tertius a seipsa:

4 quartus ab angelo/ supremus a deo.

¶Primus aiam pulsitat/ ciet/ mouetq; mūdus: cum exercetur exterior sensatio. Consumato mūdano motu/ oritur corporis mot9: quo vis aie imaginatiua pulsatur. Cum desiit mouere animā corpus: mouetur aia a seipsa rationēq; excercet. Hinc ab angelo intellectu: postremo mēte a deo pulsatur. Respicit eni/ spectatue iprimis aia mundū: deinde corpus/ hinc seipsam postea angelū/ vltimo deū. & longissimis interuallis deū mundūq; cōspicatur. Mediis: Corpus & angelū: breuissimo seipsā. Sunt enim deus & mundus/ ad animam extrema vltima: corpus vero & angelus: interiora & medioxima extrema.

¶Omnes quinq; anime cognitiones: in recta ead̄ linea/ designare.

5 ¶Sit recta linea/ a/ b/ c/ quā diuido in equas partes in puncto b: in quo statuo aie cētrū. deinde vtrāq; medietatem a b & b c: seco trib9 equis ptib9/ a/ b. i/ a/ d/ d/ e/ & e/ b. b c vero i b f/ f g/ & g c. & i pūctis extremis a/ & c/ colloco in pūcto a/ mūdū: in c vero deū. In secūdus extremis d & g: inde cōstituo corpus/ i g vero angelū. in vtriscq; vero e & f: ponorursū animā. linea igitur b/ a/ qua mundū anima spectat: sensus dicitur. linea b d/ qua corpus: imaginatio. b/ e/ & b f: quibus in vtrāq; partem/ seipsam conspicatur Ratio. b g Intellectus/ b c vero mens.

Mūd9	Corp9	Aia	Aia	Aia	Angel9	De9
A	D	E	B	F	G	C

¶Anima prius videt oia in mundo: deinde in suo corpore/ tertio in seipsa: quarto in angelo/ vltimo in deo.

¶Hec ex priorib⁹ euadit q̄ manifestissima. Prim⁹ eni (vt diximus) mūdus oia aie presetat/ secundū substantiā per sensū. deinde corp⁹ eidē oia offert: non vt mūdus/ in substantia: sed in phātasmate & noctiluco spectro. Tertio loco/ Rationales omniū species/ i seipsa cōspicit. Hinc ad simplicem/ purumq; nature actū vt angelū, quē & omnia esse docuimus) cōtemplandū fertur. Extremo vero loco/ linquens creaturas omnes: oia quopacto, anteq̄ fierent) eterno suo inerant fonti atq; initio/ meditatur.



Vñ fit vt quodlibet: sit i quolibet & i singulis oia. 7

¶Omnia sunt in mūdo: omnia in corpore/ oia in aia/ omnia in angelo/ oia in deo. & de horū singulis: vere enūciare possum⁹/ quoniā omnia est. Oia rursum in sensu sunt/ oia in imaginatiōe: omnia in ratione/ oia in intellectu/ omnia in mente. sed nō eodē (vt dixim⁹) modo/ sunt in singulis oia. Transfert eni sens⁹/ omnia a mundo in corp⁹. Imaginatio omnia a corpore/ in animā. Ratio ab aia omnia in angelū. Intellectus omnia ab angelo in deum refert. Mens omnia in deo continet. Sicut eni primitus oia a deo/ sup̄ersubstātialiter orta sūt: ita & harum cognitionum vi/ ab extremo imoq; mūdo: omnia per species in deum resoluūtur/ suoq; restituuntur initio.

¶Speculationes & cognitiōes aie pingēde sunt: quib⁹ i singulis oia videt. 8

Differēter oia esse in quolibet.

¶Anima est in medio oim: & sensibiliū & intelligibiliū. vt pote cui sensibilia duo subsunt: corp⁹ & mūdus/ cuiue presunt intellectualia bina: Angel⁹ ac deus. ita vt vtrāq; naturam congrue exprimere videatur aia: & esse ambarū vinculū & eodem se habere modo/ ad vtraq; & sensibilia & itelligibilia. Scribo igit centro a tres circulos: quos eadē dyametro partior medios & superiores medietates voco intelligibiles/ inferiores vero sēsibiles. Interiorē autē circulū/ voco aie circūferentiā. in cuius concauo ambitu dispono rationales veraſq; aie species. & circa/ a/ centrū: pingo totum oculū/ aut totas facies: huiusmodi rationaliū specierū intuitrices. Hec eni erit peculiaris & ppria anime operatio: qua in semetipsa rationabiliter videt & intuetur omnia. Deīde secūdi circuli inferiorē medietatē voco corp⁹/ superiorē angelum. & in vtriusq; medietatis cōcauo/ designo iterum omnia/ per quascunq; notas, q̄ in inferiore medietate/ erūt vt imaginationis spectra: in superiore vero/ vt angelice species. Et circa vtrāq; conuexam medietatem/ iterioris circuli: pingo iterum oculos totos totasq; facies. quarum he spectra intuentes/ erunt vt anime imaginatio: qua in corpus despicit/ corporeasq; species & phantasmata speculatur. ille vero sursum angelicarum specierū intuitrices/ erunt vt anime intellectus. Demū in tertij quoq; & maximi circuli concauo: pingo iterum quibuscumq; notis vniuersa. In inferiore medietate omnia/ vt sunt in mundo: secundū sensibiles substantias/ mundanasue species. In superiore vero omnia vt in deo: trāscendenter/ & per rationes rerū simplices insunt/ que omnium exemplaria dicuntur. Aliter quippe sunt omnia in mundo: aliter in corpore. simplicius in anima/ simplicius in angelo/ simplicissime in deo. Et rursum circa secundū circulum in eius conuexo: pingantur oculi



toti/toteq; facies. quarum que inferioris medietatis: erunt vt exteriores anime sens⁹. quib⁹ anima mũdo congreditur/hauriens a mũdo vniuersa. que vero superioris medietatis: erũt vt anime mẽs & suprem⁹ aie aclucidissimus oculus/quo deũ videt transitq; i deũ. His itaq; tribus circulis/scripto circa eorum centrũ rationis oculo: oĩs anime cognitio/ omnisue speculatio scribitur/pingitur exprimitur. qua omnia videt in mundo/ omnia i corpore/ omnia in se/ omnia in angelo/ oĩa i deo. Nam a centro ad interiorẽ circũferentiã: rationalis anima omnia in semetipsa consp̃icit. Ab interiore vero circũferẽtia ad secũdã: hinc imaginatiõe/ omnia in corpore: hinc intellectu/ omnia in angelo speculatur. A secũda deniq; circũferentia ad tertiam: hinc sẽsu mũdũ hinc mẽte deũ/ vniũsa esse pronũciat. Et ex hac descriptiõe atq; monogrãmo: liquet concauã superficiem/ omnium esse susceptiuã & presentatiuã. Cõuexam vero omnium inspectiuam/intuitiuã/& indicatiuam.

9 ¶Hinc manifestum est rationẽ in centro anime collocari: & eam ad circũferentiãvsq; anime protendi. Imaginationem vero sitam esse in anime circũferentia: protendi ad vsq; corpus. Sensum deniq; situm in corporis superficie/extendi ad vsq; mundum.

¶Nam aliter pingi nequit aĩa intuens/ videnscq; seipsã: nisi ab eius centro vt oculo & actu vniuersa ipsius circunferẽtia/vt potentia spectetur & cõspiciatur. Est igitur ratio in aie cẽtro collocãda: vt verus anime oculus/ suã spectans circũferentiam: in cuius concauo rationabiliter siue per rationales species oĩa cõtinẽtur. In anime autẽ circũferentia: alius (cõuexa ex parte) pingend⁹ est oculus/qui corpus attingit/in eoq; pariter omnia videt: quã vocam⁹ imaginationẽ. cuius actus/est vt aĩo cõuexa circũferẽtia: potentia vero corporis superficies cõcaua/vt cerebrũ: cui oĩa phãtasmata insũt. Rursũ i cõuexa corporis superficie/alius pingendus oculus est: spectans mundũ/quem sensũ dicimus. cuius actus est corporis conuexa superficies: potentia vero & presentatiua pars/superficies mundi concaua.

¶Comparatio harum quinq; cognitionum: ad quinq; terre zonas ac plagas. Cap. IX.

1 QVinq; que dicte sũt anime cognitiones: perpulchre quinis terre zonis/regionibns ac plagis coaptari ac respondere videntur.

¶Mundus ab astronomis in quinq; zonas/ac regiones: secundum solis discursũ atq; ambitum sectus est. In extremas duas/perpetuo frigore rigentes: in geminas temperatas/& in mediam torridam. Ad mundi igitur similitudinem: perpulchre & animã ipsam/in totidem plagas/regione sue dispartiri licet. Nã cũ (vt diximus) aĩa sit omnia & minor quidã mũdus: omnia vtiq; ipsi anime insũt. Omnia autem dicta sunt esse quinq;: mũd⁹ corpus/anima/angelus/deus. Cum hec igitur omnia sint in anima: & in anime claudantur contineãturue substãtia: horũ vnicuiq; propria aliqua anime pars/ac regio aptãda est. totaq; anime substantia/ in quinq; plagas distribuenda.

2 ¶Deus & mundus/extremas anime obtinent zonas: his vero proximas angelus & corpus/mediam anima.

¶Sit circulus qcũq;/ a/b: repsentans vniuersã anime substantiam. quem instar terre (vt Astronomi iubent) partior in quinq; zonas: per quinq; paralellas & equidistantes rectas a b/ c d/ e f/ g h/ & i k. quarũ a b sit vt equinoctialis: c d vt circulus capricorni: e f vt circulus antarctic⁹: g h vt circul⁹ cãcri: i k vt circulus arctic⁹: & l pũct⁹ arctici poli: m ãtartici/ o vero toti⁹ cẽtrũ. His hoc pacto distinctis/statuatur deus in regione arctica que supra nos est/ vt in i. l k. Mundus vero in regione antarctica/arctice opposita: que est e m f. Angel⁹ vero in regione nostra habitabili: vt in g i k h. Corpus vero in oposita temperata: vt in c e d f. Anima autem in regione media/torrida & sole perusta vt in c g h d.



Habet enim anima partem aliquam a medio ad superiora tendentē: & partem aliam qua a medio ad inferiora cōuertitur. atq; ideo omnis que a sole perambulatur regio: tota illius est regio ac mansio.

¶Sicut sol a torrida zona nusq̄ dimouetur/ super quam meat assidue: ita & a media regione haudquaq̄ egreditur/ emigratue anima. 3

¶Sol in zodiaco fertur iugiter/ mediam permeans terre plagam: ad extremas numq̄ pertingens. Anima autem nusq̄ & ipsa dimouetur a medio: vtpote que est omnium medium. Diuelli nequit a seipsa: nec propriā liquere sedem. Adest enim iugiter sibi ipsi/ seipsam igne proprio perlustrat/ torret exuritue assidue. Extremis tamen regionibus adest/ eo quo in sequenti dicemus modo.

¶Sicut sol extremis mūdi regionibus/ virtute aut caloris aut luminis adest: ita et anima extremas sui plagas/ aut calore aut lumine scientie opplet. 4

¶ Vbi absens est solis substantia: presentissima est ei⁹ virtus/ vt calor aut lux. Torrida zona exusta est solis presentia: caloris & luminis abundantia. In proximis autem zonis sol substantia abesse comperitur: temperato tamen calore & lumine illis adest. In extremis vero nulla iterum est solis presentia. Calor in eis remississimus/ aut nullus apparet: lux tamen illis adest. Est enim calor minoris q̄ lux plenitudinis: & impeditioris mot⁹. Sic & aia licet soli sibiipsi substātialiter sit presens/ & in seipsa sola subsistens: calore tamen vitali/ corpori adest corpusq; refouet. Mūdo vero/ angelo/ ac deo: vi luminis/ ideest cognitionis & scientie adesse cōprobatur. Nam & mundum & angelum ac deū: visvt dixim⁹ aie cognitiua plustrat.



¶Sicut sol temperatas zonas in solstitiorū pūctis attingit: ita & aia hinc angelo/ hinc corpori c euadit attigua. 5

¶Sol in puncto h & c (que dicuntur solstitia hoc capricorni/ illud cancri caput) vtrasq; tēperatas regiones cōtingit: ad vlteriora tamē nusq̄ illi⁹ presentia fertur. neq; enim temperatas zonas subintrat: neq; articam/ aut antarticam attingit. Aia vero pari proportione: angelo & proprio corpori/ efficitur attigua. distat autē semper & a deo & a mūdo: quibus (vt ostendimus) sola adest scientie cognitionisq; virtute.

¶Vt solis in zodiaco declinationes/ inflexioneue a medio gemine sunt: vna ad cancrum/ reliqua ad capricornum: ita & anima in vtramq; a medio ptē aut eleuatur/ aut deprimitur. 6

¶Nam sicut sol in cancro: magmentum est dierum: in caprieorno vero/ eorum decrementum: In equinoctiali dierum ac noctium equalitas: ita & anima/ cum per intellectum eleuatur in angelū: fit quodā modo seipsa potior ac p̄stantior. cū vero imaginatione descēdit in corpus: fit seipsa contractior ac paulo minor: In seipsa autem & in medio manens: perstat sibiipsi equalis & vna.

¶Vnde fit vt equator sit rationis circulus: ac propria anime sedes. 7

¶Nam ratio medietas est & equalitas omnium. Id enī omne rationabile censemus: quod mediocre & equale/ neq; abundans neq; deficiens/ non maius aut minus. At in solo equatore: cōtingit dierū ac noctiū eqnalitas. In eo igitur ipsa ratio/ ipsaue rationalis anima: vt extremorū & inequaliū bilanx/ est haud inerito locanda. Nā & in humano quoq; corpore: veram ac propriam anime sedem/ tribuimus in medio/ vt in corde. vt ex equo totiastans corpori: illud insito calore foueat/ impleatq; vita.

¶Quinq; exteriores sensus: esse vt harum quinq; cognitionum signa. Cap. X.

HAs quinq; cognitiones: natura in humani corporis superficie/ quinis sensibus (quos exteriores nuncupamus) expressit. 1

¶Exteriora interioribus/ notiora & manifestiora sunt: atq; ipsorū interiorū/ sēsibilia quedā signa. Cognitiue autē quinq; anime vires (quibusde hactenus sumus locuti) ipsi anime indite sunt & in ea natura delitentes. earū quoq; interni sūt & abditi actus: & q̄ internis organis perficiūtur. preter sensitiuam: cui⁹ organū in aperto & propatulo est/ expositū mundo: situm in humani corporis superficie. Et hac de causa natura in sola vi sēsitiua: que omniū extima & manifestissima est/ oēs quiq; (quas denarrauim⁹) cognitiones expressit/ eamq; in organa quinq; distribuit: spacio/ gradu/ loco in hūano corpore separata. a quibus totidē peculiares manant sensus/ quos exteriores nūcupamus. E quinq; siquidē quas dixim⁹ cognitionibus: due sunt supra animā/ due infra animā/ vna anima. quātoq; magis ab ea que oim humillima & abiectissima est/ ad altiorem & prestantiorē cōtendimus: tanto magis in interiora & abditiora penetram⁹. rerūq; varietatē in vnitatem: latamq; basium fusionē/ in vni⁹ verticis angustiam colligimus. Abditior quippe est imaginatio sensū: imaginatione/ ratio. Intellectus ratione penitior. Mens cunctis interior/ sibiq; maxime insita. Et vt exprimitur mens intellectu: ita & intellectus in rationem dissoluitur. Ratio/ in imaginationem sese explicat: imaginatio in sensum abit. Vnde fit vt haud imerito superiores omnes cognitiones (velut e suis fōtibus in sensuū maria dilabentes) sunt quodā modo in sēsu: vt & omnes aque in mari. Est enim vis sensitiua: ima & humillima omniū cognitio. in quā velut in mare & sui profluuij finem: superiorū omniū fontiū aque/ natura decurrūt/ seq; recipiunt. Quini igitur sunt exteriores sensus: de quibus (quia oportune se obtulit sermo) sigillatī postea dicem⁹. Illatio

2 ¶Exteriorum sensuū singuli: vno ordine/ singulis cognitiuis anime viribus coaptantur.

¶Vis (vt diximus) sēsitiua: in quinq; corporis partes se fūdit/ distribuitq; in quinq; organa loco & ordine distātia. Tact⁹ licet in toto sit corpore fusus: verius tamē & peculiarius in manibus/ que organorū organa dicūtur/ locandus est. gustus in linga. olfactus in naribus. in oculis visus. in auribus auditus. Et hic naturalis est quinq; exteriorū sensuū ordo: ab ignobiliore ad prestantissimum.

Mens	Intellectus	Ratio	Imaginatio	Sensus
Auditus	Visus	Olfactus	Gustus	Tactus
Aures	Oculi	Nares	Lingua	Manus
1	2	3	4	5

3 ¶Tactus vt omniū extimus: sensus est mundi/ ideoq; sensui toti coaptād⁹.

¶Q d̄ sit verū ac ꝓpriū tact⁹ organū/ postea suo loco dissercem⁹. dicāt autē nūc man⁹/ organa tact⁹. Man⁹ extime sūt hūano corpi. vt q̄s hūano toti corpori: i parte mūdi vt aere vel aq̄ circūferre licet. Nulla eteni hūani pars ē corpis: q̄ manuū fugitare possit attactū. & q̄dcūq; nobis a mūdo obuiū: siue simile/ siue dissimile corp⁹ occurrit: obuijs iprimis manib⁹/ illud attrectamus & excipere solem⁹. Est igit haud imerito tact⁹/ exteriorum oim sēsuū extimus: velut eorū prodromus/ ideſt p̄cursor & vt sensus mundi. atq; ideo coaptādus cōparāduſq; sensui: quā quinq; cognitiuarum anime virium vltimā/ extremamq; esse docuimus.

4 ¶Gustus eadem proportione imaginationi respondet.

¶Nam sicut imaginatio a mūdo & hois superficie: sese receptat in corpus/ & ab aīa in corpore finitur (Est enī imaginatio/ corporis interna quedam sensātio) ita & gustus qui tactui succedit/ mūdū & exteriora corpora linquens: hūanū corpus pauxillū subintrat/ seq; in ore abdere incipit. Est enī tactu abditior: pinde atq; ipsius organū/ tact⁹ organo penitiꝰ. Man⁹ quippe i exteriore aere & mūdo motitanī: līgua vero in aere iterno/ vt in ore & aula palati

5 ¶Olfactus rationi respondere probatur.

¶Nam sicut ratio in medio est omniū cognitionū: duabus superior/ duabus quoq; inferior ita & olfact⁹ inter quinq; exteriores sensus mediū sortitus est locū. liquens sup se visum atq; auditū: infra autē gustū & attactū. Et sicut ratio relicto & mūdo & corpe sese itra aīmā colligit/ ac recipit: ita & olfact⁹ magis q̄ gust⁹ & attact⁹ corpori isit⁹ ē: & i aialis corpe abditior.

6 ¶Visus est vt quidam intellectus.

¶Intellectus (vt in libro de itellectu docuim⁹) est repētina & momētanea specierū intelligibilium deprehensio. que vno tantū momento in intellectu perseuerant/ statimq; in memoriam deuoluūtur. Potest igitur haud absq; ratione cōparari itellectui visus. Est enī visus lūminis sensus & perceptio. Lucis autem instantanea ē & subitanea origo. visui quoq; radij

momento (vt pleriq; sẽtiũt) se ab oculis proripiũt/ ferũturq; ad rẽ visibilẽ. Itaq; cũ vtriq; & visui & intellectui: vis insit multa subito peragrãs/ & fere imẽse atq; indiffinite capacitatis rationabiliter visui/ intellectus proportionabilis dicatur.

¶ Superest vt menti respondeat auditus. 7

¶ Nam sicut mens suprema est & prestãtissima aie cognitio: ita & auditus ceteros quattuor sensus/ & loco precellit & dignitate. De ei⁹ tamẽ prestãtia & nobilitate/ postea dicturi sum⁹ Et sicut mens oibus est cognitionibus abditior ita & ipsius auditus sensoria/ in penetralib⁹ corporis humani altius ceteris oibus sensoriis insita sunt & intus abdita. Cõstat igitur exteriores oẽs quinq; sens⁹: quinq; cognitiuis aie viribus perpulchre posse coaptari. tactũ exteriori sẽsui/ gustũ/ imaginationi. Rationi olfactũ/ visũ itellectui/ menti auditũ. Omnes quoq; cognitiuas aie vires: aliquopacto vi sensitiue inesse.

¶ Sicut seusus in vno tantum genere/ vt animalis reperitur: ita & ratio in vnica tantum hominis specie. Intellectus in solis angelis. Mens proprie soli deo inest. 8

¶ Sensus in hac propositione: & p exteriore & pro iteriore sumẽd⁹ est. Inest autẽ huiusmodi sens⁹: vni tantũ specialissimo & indiuiduo generi vt animali. Est enĩ animal specialissimũ genus: in plura genera insectile & ipartibile. Sensus igitur/ & animalis genus cõuertuntur: vt in omni & solo animãti reperiri sensus possit. Ratio vero que se plus sensu/ ad vnitatẽ colligit. vni tantũ inest specialissime & indiuidue hominis speciei/ & cũ homine conuertitur: atq; homini/ vt homini propria est. Intellectus solis inest angelis: quorũ quilibet per se vnã efficit speciem. Mens deo soli propria est. Nã intellectus & mẽs: tametsi prius adesse anime dicti sint: hoc ex participatione cõtingit. Vera enĩ & propria anime cognitio ratio est: a qua & rationalis ipsa censetur: Intellectum tamẽ illi adesse diximus: quantã angelorum assequit noticiã. Mentẽ vero ipsius/ diuinã scientiã/ esse dictãtes. Porro hic aliter intellectũ diffinim⁹ immediatã esse dei cognitionẽ: qua sine medio ab attiguis & proximis angelis/ iternoscitur deus. Mentẽ vero cognitionẽ censemus: qua deus sibiipsi innotescit. et qua deus a deo: idẽ ab eodẽ/ cognitus est. Sicut & rationẽ proprie finim⁹: cognitionẽ esse dei mediatã/ aliquoue medio comparatam & acquisitam. Et hoc pacto soli homini propria est ratio. Solis angelis intellectus/ soli deo mens.

Sensus & animal cõuertuntur.

Alia intellect⁹ diffinitio.

¶ Exteriorum sensuum differentie. Cap. XI.

Ensuum exteriorum alius vniuersalis est/ vt tactus: in toto animalis & genere & corpore fusus. Ceteri peculiares sunt. 1

¶ Tactus vtrobiq; vniuersalis est sensus: & genere inquam animalis & corpore. vt qui in qualibet est aialis specie & in quauis corporis parte. Omni quippe animali tactus inest. atq; in toto expansus fususq; corpore est. Est enim hec prima animaliũm/ a vegetantib⁹ differitas: vt quãtũcunq; emortua/ imperfecta/ aut zoophita credantur: pulsata tamen et velut acumine aliquo/ in quauis corporis parte terebrata: aliquanto corporis motu aut dilatata/ aut in se cedẽtia: animãtia esse/ ipso solo attactu probent. Gustus quoq; vt alimenti sensus iocundi & iniocundi: partim vniuersalis/ partim peculiaris esse cõperit Vniuersalis est genere: particularis corpore. Habet enĩ certã aliquã in corpore sedem/ sibiq; partẽ aliquam corporis animalis deligit/ cui vis ipsius insidet: et in quavt naturali organo/ suam operationẽ pficit. Inest tamẽ omni animali: atq; in toto aialis genere (vt alimentarie voluptatis & tristitie arbiter) reperitur. Ceteri aũt tres sensus olfact⁹/ visus/ auditus: vtrolibet peculiares sunt & proprij. Nã neq; omni insunt aiali/ neq; totũ aialis obtinuere corp⁹. Insunt enĩ duntaxat animantibus pfectis: supremas quorũ arces sũmaq; fastigia obsedere: que capita nuncupamus.

Gustũ pti vniuersalẽ parti peculiarẽ esse.

¶ Eorum rursum quidam sine medio afficiuntur: quidam vero per mediũ. 2

¶ Mediũ: mediũ exterius/ vt aer aut aqua. Internũ enĩ mediũ: aut caro est/ aut organum: quo vis ipsa sensitiua obtegitur. Rurs⁹ igit sensuũ exteriorũ: alii sine medio a sensibilibus afficiũtur/ alij p mediũ. Afficiũtur sine medio tactus & gustus. Id enĩ quod attactu/ gustuq; percipitur: superpositũ sit carni & animali attiguũ oportet. Ceteri autẽ sensus sẽsibilib⁹ specieb⁹: aere aut aqua interstite afficiũtur. Sunt enĩ aer & aqua media elementa: in quib⁹ vt plurimũ aialiũ vita cõsistit. & q̃ ipsa animãtia circunstãt/ per eaq; vt rara & subtilia motitãtur. Extrema autẽ elemẽta terra & ignis: minus nobis cognita minusq; familiaria sunt. nec

In mediis plusq; i extremis elemẽtis animaliũ consistere vitã.

in eorũ profũdo mouemur: neq; per ipsa sensibiles species ad nos ferũtur/ ipsiſq; afficimur.

3 ¶Iterum exteriorum sensuũ/ alij sunt coniuncti atq; indiuisi organi: alij vero sensorium ipsum congeminant atq; condiuidunt.

¶Quorũdã exterior; sẽsuũ: tota vis sẽsitiua vnico se cõtinet/ colligitq; sẽsorio. Quorũdãvero secta sũt atq; diuisa organa. Imi abiectissimiq; sẽsuũ tact9 et gust9: coiũcti sũt organi. Tact9 ĩ toto corpe/ Gust9 ĩ ligua. Supiores vero sens9 olfactus/ vis9/ audit9: sua cõgeminãt organa. Vis qppe olfactiua: ĩ geminas se expatat/ aperitq; nares. Visiua: patulicat aperitq; sese ĩ ãbos oculos. Auditiua duab9 ẽ aurib9 ifusa. Tres igit recẽsuim9 exteriorũ sẽsuũ differitudies Vniuersaliũ scilicet & particulariũ: imediatorũ & mediatorum: diuisi sẽsorij & indiuisi. atq; in his tribus diuersitatibus/ abiectissimi duo tactus & gustus: a ceteris tribus distare comperti sunt. Ambo eni tactus & gustus: & vniuersarij sunt/ & imediati/ & cõiuncti atq; indiuisi organi. Olfact9 vero/ visus & auditus: vno noĩe sunt & peculiares & mediati & diuisi sẽsorij.

Auditus	Visus	Olfactus	Gustus	Tactus
Particulares			Vniuersales	
Mediati			Immediati	
Diuisi organi			Organi indiuisi	

4 ¶Particulares sensus vniuersalibus: mediati imediatis/ & qui sensoriũ diuidũt/ his qui coniuncto sunt organo: perfectiores & prestantiores sunt.

¶Nam quanto quippiam min9 triuiale/ minusq; cõmune fuerit: tanto censetur prestãtius Vniuersales autẽ sensus dicti sunt: qui in toto aialis aut genere/ aut corpore insunt. Particulares vero perfectorũ animãtiũ sũt proprij. Certas eni sibi delegerũt animaliũ species quib9 solis isũt: & peculiarẽ aliquã ĩ aialis corpe obtinẽt sedẽ. neq; eni ĩ toto sũt aialis genere/ neq; in corpore toto. Rursũ hi sens9 perfectiores/ prestãtioresq; censẽdi sunt: qui ĩ animalis corpore/ sunt loco sublimiores. particulares autẽ sensus vniuersalibus eminẽt imediatis mediati: & qui diuisi sũt sensorij/ ijs quibus comũctũ atq; vnũ est organũ. Sunt igiturilli natura his potiores & prestantiores.

5 ¶Mediatis sensibus: vis sensitiua amplior atq; intẽtior inest/ q̃ immediatis.

¶Nã vis que longius fertur/ que ad plura pertingit/ que exteriora media penetrat: amplior intẽsior/ fortiorq; est/ ea q̃ se solo fundit/ cõtinetq; organo: & q̃ dũtaxat incubãtia sibi obiecta & suo attigua sensorio comin9 diiudicat ac percipit. Mediatorũ autẽ sensuum vis sensitiua: & sua ipsi9 organa/ & exteriora media opplet. Fert eni distãtiũ/ & pene absẽtiũ rerũ iudiciũ tanq̃ his cõiũcta/ pxima & presẽs/ que porro sunt/ loco amota atq; separata. Vis vero gustus & attactus: humani corporis superficie/ enteq; vt simul ambitur/ ita & finitur. nichilq; dephẽdit eorũ que interstite aut aere aut aqua: ab humano corpore diiuncta/ dissociataq; sunt.

6 ¶Vnde fit vt hec causa esse deprehendatur: cur mediatorũ sensuum geminata/ diuisaq; sint sensoria.

¶Amplior atq; intensior trium superiorum/ q̃ duorũ inferiorum sensuum virtus: causa est cur iidem sensus & mediati sunt & diuisi sensorij. Nam vis intensior: maioris est plenitudinis: inq; plura media diffundere sese nata est pluribusq; cõtineri/ referari & manifestari ostiis & organis. Pusilla autẽ vis remissius agit: intus sese cõtinẽs/ comin9 sensibilia diiudicãs. vtq; fortior euadat/ sese ad vnum colligit/ diuidi respuit/ vni tãtũ atq; indiuiso organo ifusa.

7 ¶Quanto sensus eminentior fuerit: tanto illius sensoria/ maiore sunt interuallo dissociata.

¶Gustus indiuisi & coniuncti est organi. Eius enim sensorium lingua. Olfact9 primus sua aperit diuiditq; sensoria: sed minimo interuallo/ ac spacio. Distant enim ambe nares sola cartilaginea materie. Vis9 post olfactũ/ latior esse icipit seq; geminis distiguit oculis: quorũ amplior est q̃ duarum narium intercapedo. Auditus vero extrema latitudine referatur: seq; in dyametrum/ rectãq; distantiam adaperit. spectans vna aure dextrum latus alia sinistrũ totoq; capite dissociata sunt eius sensoria. Hec autẽ ex sensitiue virtutis abundantia/ atq; intensione contingunt. vt quanto hec in altiore & eminẽtiore sensu intẽditur tãto & amplior cõtineatur spacio/ suorumq; distãtiam augeat organorum.

8 ¶Vnde manifestum est superiores quattuor sẽsus/ qui ĩ animalis capite collocantur: haud inuenustam continere pyramidem.



¶ Aures due/plus distãt q̃ vtriq; oculi. hi quoq;/pluſq̃ ãbe nares/he pluſq̃ lingua: que coniũcta eſt atq; idiuiſa. Hiigit ſenſus quattuor audit⁹/ viſus/ olfactus/ & guſtus/ qui i animalis capite ſuntſiti: haud inuenuſtã claudant (ſed euerſã) pyramidem. cuius conus/ vertexq; in lingua/ baſis in auri b⁹. Poſſumus & alias ſenſibus exterioribus aptare differẽtias: ex diuerſitate poſitionum & locorum. Auditus quippe loco permixtus eſſe videtur: ſpectans (vt dixim⁹) in partes locorũ duas dextrã & ſiniſtram. viſus & olfactus poſitione & loco ſimplices ſunt: vt qui vtriſq; ſuis ſẽſoriis/ in eãdem porriguntur poſitionum differentiam. Ambo quippe oculi in anteriorem ſpectãt partem. Gemine autem nares in deorſum protenduntur/ reflantq; in ima. Guſtus quoq; haud minus loco ſimplex euadit. Nam lingua e ſuperiore parte: admota prętẽtat alimenta/ ferturq; quodãmodo in ſurſum. Supereſt ſenſus nullus: qui peculiariter in poſtrorſum ferri videatur/ ſitq; retrograd⁹: preter attactũ. Hic enim vniuerſalis ſenſus eſt ſpectans in omnem poſitionum differẽtiam ſitq; ſecundum totum corpus/ totius ſphere plenitudinem occupans: ſurſum/ deorſum/ dextrum/ ſiniſtrũ/ ante & poſt.

¶ Qualiter tres anguli rectilinei acutus/rectus/ obtuſus: in ſẽſibus reperiantur. Cap. XII.

EOrum ſenſuum qui ſua diuidunt geminãtq; ſenſoria: ſenſitiua vis in vtroq; ſenſorio eſt vna. 1

¶ In olfactu/ viſu atq; auditu/ licet diuiſa/ geminataq; ſint ſenſoria: in vtroq; tamẽ eiuſdem ſenſus organo atq; ſenſorio/ ſẽſitiua vis ſimplex/ vna atq; indiuiſa cõſiſtit. vna quidem ſpecie: & eiuſdem ſimplicis obiecti: vt odoris/ coloris/ aut ſoni ferre nata iudicium. Et ab vtroq; ſimul ſenſorio: tãtum vna/ perficitur ſenſatio: auditio/ viſio/ olfactio.

¶ Vnde fit vt ambo eiuſdem ſenſus ſenſoria: ſentiant vt vnum. 2

¶ Eadẽ enim eſt ſpecie/ naturalis aie potentia & ſẽſitiua virtus vtriq; infuſa organo. ſimul tempore ciens/ mouẽſq; vtrũq; ſẽſoriũ: ad ſenſibilẽ recipiendã ſpeciẽ. ſimulq; feriũtur ambo ſenſoria: a ſimplici & eiuſdẽ nature obiecto/ quod ipſi ſenſui eſt ꝓpriũ. Et neq; in vno vna/ & in alio alia perficitur ſẽſatio: ſed in vtroq; eadẽ excercetur operatio. Ambo enim ſenſoria vnice ſimulq; ſiue a minore ſiue a maiore mũdo mouẽtur. a minore mũdo ideſt ab ea que homini ineſt ſenſitiua virtute: q̃ vtrũq; aperit/ reſeratq; ſenſoriũ ſerẽs vniũ in vtroq; iudiciũ a maiore vero mũdo/ id eſt ab eo quod in mũdo eſt obiecto ſiue ab obiecti ſpecie: que ſimul vnicoue motu in vtroq; organo recipitur.

¶ Sicut a geminis eiuſdem ſenſus ſenſoriis/ fit ad exterius obiectum in maiore mundo concurſus: ita & ab iiſdem ſenſoriis/ fit concurrentia in minore mundo: ad interiorem vim ſenſitiuã/ que ipſi⁹ ſẽſationis fõs eſt atq; initium.

¶ Ab vno (vt dixim⁹) & eodẽ ſenſibili obiecto: vt ſono/ colore: odore. eiuſdẽ ſẽſ⁹ ambo affi-



ciũtur mouentq; ſẽſoria/ aures/ oculi/ nares. Et eadẽ eſt eiuſdẽq; ſpeciei vis ſenſitiua vt auditiua: q̃ vtriſq; iſuſa eſt auri b⁹. eadẽ viſiua q̃ in ambob⁹ oculis. olfactiua eadẽ/ i gemis naribꝫ. Fiũtigit ab vtriſq; eiuſdẽ ſẽſ⁹ ſẽſoriis/ gemi cõcurſ⁹: vn⁹ exterior i maiore mũdo/ ab ipſis ſẽſoriis ad vnũ aliqd idẽq; obiectũ. ali⁹ iterior i minore mũdo/ ideſt in ipſo aiali vt hoie: ab iiſdẽ ſenſoriis/ ad eãdẽ vi ſẽſitiuã: ſiue ad ipſi⁹ ſẽſatiõis fõtẽ atq; initiũ/ & vnde ſẽſitiua vis i ipa manat ſẽſoria. Nõ eni ſẽſitiua ipſa vis: primit⁹ & p ſe/ gemis infuſa ẽ ſẽſoriis. Alioquĩ diuerſa eſſet ſpẽ: vni⁹ nature i ſẽſorio vno & alteri⁹ i altero: ſed ab aliqua alia vniali & cõiũcta aialis parte/ ipſis ſẽſoriis abditiore atq; iteriore: in ipſa organa manat/ deriuaturq;.

¶ Cum omni dualitate ſit vnitas prior: rationabile eſt eorum ſenſuum qui 4

organum diuidunt/vim ſenſitiuam ante ipſa organa intus eſſe coniunctam.

¶ Hec ferme ex precedente liquet. Nam nulla per ſe & prima eſſe poteſt dualitas: que non manarit ab vnitate: & que non priorē & anteriorē habeat vnitatem/ ad quā coniuncta ſit ipſius alteritas atq; diuiſio. Sēſitiua igitur virt9: que in duob9 eiuſdē ſenſus ſenſorijs quātitate/ poſitione/ ac loco dualis/ diuiſaq; reperitur: cum per ſe ac primo minime ipſis organis inſit: in anteriore aliqua priore & interiore animalis parte coniuncta ſit/ collecta & vna numero neceſſe eſt, atq; hunc locum/ hancue internā animalis partē: totius ſenſationis fontē/ initiūq; vocamus. a quo vis ipſa ſenſitiua: ſe in vtraq; fundens organa geminis oſtijs mino re ſe mundo exerens/ reſerat/ expanditq; maiori mundo.

5 ¶ Vnde fit vt inter huiuſmodi ſenſuum organa & ſuos fontes/ ſuaue initia: rectilinei quidam conſtituantur anguli.

¶ Rectilineus angulus: in duabus rectis lineis & tribus punctis conſiſtit. A geminis autē eiuſdē ſenſus organis/ ad internā vim coniūctā: ad eāue partē abditā/ in qua cōiuncta eſt vnaqueq; vis ſenſitiua/ & vnde ſeſe in organa fundit: recte due linee producte/ claudunt/ cōtinentq; totius ſenſus angulum. iſq; totus angulus ipſi animali/ minoriq; mundo ineſt. Et hoc tantum in auditu/ viſu & olfactu contingit. quos ideo bifidos/ diſpartitos angulareſq; ſenſus nūcupare poſſumus. Vnde fit vt exteriorū ſenſuū tres: trini reperiantur auditus/ viſus/ olfactus. Nam eorum ſinguli ſunt angulares. Angulus autem omnis eſt trinus: punctorum trinitatem quibus due linee cōflantur inuoluēs.



6 ¶ Olfactus in angulo ferme acutiſſimo conſiſtit: auditus in obtuſiſſimo ſupereſt vt viſus in medio & recto.

¶ Apud Geometras/ tres ſunt angulorum rectilineorū ſpecies: rectus/ obtuſus acutus. Rectus: medius et equalis eſt. Obtuſus & acutus extremi: hic recto minor/ ille maior. Rectus neq; magis ſuſcipit/ neq; minus. Quocunq; autē acuto dabilis eſt acutior: vſq; ad acutiſſimū. Quocunq; itē obtuſo/ ad obtuſiſſimum vſq; dabilis obtuſior. Acutiſſimus autem eſt: quando due linee: omne excludunt ſpaciū/ ſuntq; cōiuncte & linea vna. Vt ſit acutus a/ b/ c: iū ganturq; linee a b/ & b c: ita vt a & c fiant punctū vnū. linee a b/ & b c oē excludūt ſpaciū/ ſūtq; linea vna: q̄ vocaſ acutiſſim9 angul9. Obtuſiſſim9 autē eſt duorum rectorum ſpacium: & cum intantum ſeſe angulus aperit/ vt ei9 linee ad directionem perueniant/ ſintq; ſibiinuicem directe: & linea iterum vna. Vt ſi obtuſus a b c/ ſeſe eouſq; dilatet: vt linee a b & b c ad directionem producte, ſint vna linea a b c: hec dicenda eſt obtuſiſſimus angulus. Dicimus igitur quoniam exterior ſenſus: ab acutiſſimo angulo/ ſeſe aperire incipit vſq; ad obtuſiſſimum. Diſtant enim olfactus ſeſoria (quas nares dicim9) angulo ferme acutiſſimo. vt inter quorum fiſtulas ac tubos/ itercepta eſt ſola tenuis carti lago. Porro auditus ſenſoria obtuſiſſimo/ ac maximo angulo diſtenta videntur: & adv ſq;







duorum rectorum peruenire distantiã. Est enim auris/ auri cõtraposita: dextro vna i latere alia in sinistro capitis collocata. Et si extremos sensꝰ auditũ/ olfactumqꝫ: extremis angulis obtusissimo et acutissimo dimensi sumꝰ: supereſt vt eadem lege medium visum/ medio recto angulo non inconcinniter metiamur. atqꝫ eam concurrentiã que fit ab vtriſqꝫ oculis: ad internum visiue virtutis fontem: recto angulo coaptemus.

¶ Q; exteriores sensus sint tripartiti: alij boni vtilis/ alij delectabilis/ alij honesti. Caput. XIII.

Sicut bona sunt tripartita: in vtilia/ delectabilia & honesta: ita & tripartiti sensus vtilium/ delectabilium/ & honestorum. 1

¶ Vtilia bona sunt corporis bona/ naturalesue corporis necessitudines. vt vestes et queqꝫ operimenta/ omniſqꝫ suppellex: cibus item & potus/ sine quibus saluari nequit animalis corpus. Delectabilia vero sunt: sine quibus esse quidẽ potest animalis corpus/ hilaritatẽ tamen aciocunditatẽ prestant. vt varij flores/ vnguenta/ sagmata & queqꝫ huiusmodi sunt/ que suauiter hominẽ totũ afficiunt. Honesta autẽ bona sunt discipline/ omneſqꝫ virtutes: que propria sunt animi bona. E quinqꝫ igitur exterioribus sensibus alij vtilium esse bonorum videntur: quidã delectabilium & quidam honestorum. vt in sequentibꝰ propositionibus sumus ostensuri.

Sagmata odoriferę distillatões

¶ Vt vtilia bona sunt corporis/ honesta vero animi: ita & delectabilia/ quodam modo totius hominis esse videntur. 2

¶ Hominẽ i hec tria partimur: corpus/ aiam/ totũ. dicimusqꝫ vtilia bona/ referenda esse ad corpus: honesta ad animũ/ delectabilia vero ad totũ. Alia quippe sunt corpori propria/ alia animo/ alia vtriqꝫ cõmunia/ que toti sunt ꝓpria. Corpus per se deorsum/ ad inferiora raptat. Anima suapte natura/ ad superiora tollitur. Totũ vero: nexus est & amor vtriusqꝫ: quo continentur ambe partes in medio. Itaqꝫ alia quidẽ sunt bona ob que disquirẽda: deprimitur/ deijciturue corpus in mũdũ. Alia vero quorũ amore/ oblita nesciaue corporis aia: sese quodã modo illius claustris exerit/ tollitqꝫ pro viribꝰ ad sidera. Alia deniqꝫ sunt que vtriqꝫ parti epithalamiũ/ siue hymeneũ canũt: qbusue coercẽtur i medio/ copulantꝫ iuicẽ/ coeũtqꝫ i toto.

¶ Tactus & gustus vtilium sunt bonorum: visus & auditus honestorum/ olfactus delectabilium. 3

¶ Tactus & gustus: exteriorũ sensuũ/ sunt abiectissimi & vulgatissimi. Cũctis quippe aiantibus ad naturaliũ necessitudinũ prouidẽtiã: a natura deputati sunt. ita vt ꝓsẽte tactu/ cõfestim id cui inest: iudicemus/ probemusqꝫ esse animal/ atqꝫ eo absente non esse animal. Comitatur autẽ gustus attactũ: & ab eo separatur nunq̃. Vt enĩ is iudex est naturalis/ conuenientisqꝫ loci: ita & ille pretentator naturalis/ conueniẽtisqꝫ alimenti. Naturalis autem locus & aptũ couenienſqꝫ alimentũ: prime sunt/ summeqꝫ animalium necessitudines. sine quibꝰ animaliũ saluti/ natura consulere nequit. Visus autẽ & auditus (vt latius postea ostensuri sumus) discipline sensus vocitantur/ omniũ prestantissimi & liberalissimi. qui vt gustus & tactꝰ ad corporis carnisue salutẽ: ita & ipsi ad spiritus/ atqꝫ animi pastũ/ eaqꝫ hauriendaque animum erudiunt/ perpoliunt/ virtuteqꝫ consumant: facti atqꝫ instituti a natura videntur. Vera quippe & propria animi bona: sunt discipline/ scientie/ omneſqꝫ virtutes & quecũqꝫ ꝓpter se bona sunt/ que liberalia & honesta nũcupantur. Porro olfactꝰ (quẽ supius rationalẽ/ equalẽ/ mediũqꝫ sensum dictitauimus) & honestior/ liberaliorqꝫ est gustu & attactu: minꝰ tñ liberalis visu & auditu/ minusqꝫ aio aut corpori ꝓprius q̃ extremi. Is enĩ factus est partim vt aiam in corpus euocet: parti vt corpus tẽperet/ carnẽqꝫ emolliatur. Arbiter enĩ est & captator odore suaueolentie: quam varia ceromata/ hedysmata & ſpleraqꝫ huiusmodi/ naribus inspirant. Hec autem ex myropoliis/ potius in hominũ oblectamẽtũ: q̃ perueceſſariũ vsum/ multo sumptu/ ac precio comparantur.

Gustus tactui semper cõiunctus.

Hedysmata & sagmata eadem.

¶ Primarie & summe corporis necessitudines sunt due: exterior vna loci & operimenti: alia interior/ cibi & potus. 4

Aiali pneceſſaria sunt/ sine quibꝰ esse & saluari nõ potest: vt sine naturali/ conuenientiqꝫ loco sine itẽ cibo et potu. Extra enĩ naturalẽ locũ: statim corrũpit/ disperitqꝫ aial. Et sine cibo aut potu cõfesti fame/ sitiqꝫ cõficiet/ emarceſcet/ tabeqꝫ resoluet. Loci autẽ necessitas corpori extera est/ perinde atqꝫ locus: quẽ cõstat aialis esse circũstantiã/ tangentẽ cõtinentẽqꝫ aial. Reducitur autẽ & ad locũ/ vestimẽtorũ & operimẽtorũ necessitudo. vt que aial operit/ circũ

ſtat cõtinet/ac tãgit. Porro cib⁹ & potus interiores animalis neceſſitates vocãtur. nõ enim animal ipſũ circũſtant/ aut cõtinẽt: ſed ab aiali aſſumuntur/ introrſ⁹ recipiũtur/ atq; in eius ſubſtãtiã cõuertũtur. Quo fit vt guſt⁹ ſit nobilior attactu: quẽadmodũ cib⁹ & potus ipſa operimẽta/ vniuerſãq; ſupellectilẽ p̃cellũt. Id enim quod in aiali recipiẽdũ eſt & in eius ſubſtãtiã cõuertẽdũ: eo preſtãti⁹ eſt qđ tãtũ circa aial cõſiſtit/ nec vertitin ei⁹ ſubſtãtiã poteſt.

5 ¶ Vnde ſit vt tactus ſit ſenſ⁹ cõueniẽtis loci & cõſiſtẽtie aialis in mundo.

¶ Haud imerito tactus prim⁹ eſt & pneceſſari⁹ aialis ſenſ⁹: ſine quo eſſe nõ poteſt aial. Nã ſũma/ primaq; rerũ oim ſiue aiatarũ/ ſiue inanimatarũ neceſſitas: eſt vt ſint in loco. Et q̃ primũ aliquid factũ eſt/ ſubſiſtit in loco: nec aliter eſſe poteſt q̃ in loco. ita vt hec ſimul/ & cõuerſa videãtur: eſſe/ & eſſe in loco. Nõ eſſe itẽ in loco/ & non eſſe. Oſa igit ſiue inaiata ſiue animantia/ q̃primũ facta ſunt & ſubſiſtũt: in loco ſunt. Sed iaiata ſenſũ loci nullũ recipiũt nullũq; ferunt circũſtantis corporis iudiciũ. Nã et hac de cauſa a natura in proprio/ cõueniẽtiq; loco ſita & collocata ſunt/ in quo ſaluari egent. Aialib⁹ autẽ inditus eſt circũſtantis ſe corporis ſenſus: ferũtq; iudiciũ cõmode & incõmode ſedis ſueue in mũdo cõſiſtẽtie. que ſi ĩperfecta ſũt/ vtq; motiua deſtitutavt ʒoophita: i naturali/ proprioq; loco innaſcũtur/ gignũturq;. Si vero pfecta et ſi in cõtrarijs fuerint locis: affecta cõtrariorũ & iſalubriũ dolore/ atq; triſtitia: continuo in naturalẽ ſe/ propriũq; locũ trãſferũt in eoq; immorantur. Illatio.

6 ¶ Fit iterũ vt tactus ĩ toto ſit aialis corpore fuſ⁹: fiatq; ſecũdũ ſpherã totã.

¶ Nã aial ſecundũ totã ſui ſuperficiẽ/ eſt in loco: cũ ſit vndecũq; locãti/ circũſtantiue corpori attiguũ. Nulla enĩ aialis pars nuda/ aut vacua relinquitur: que nõ locãte corpore contenta ſit & adopta. Oi igitur aialis parti ſenſũ oportet loci ineſſe. Is autẽ attact⁹ eſt. quãdoquidẽ idẽ fere eſſe dicimus in loco eſſe: et vndecunq; a locante corpore circũcingi ac tangi In toto itaq; aiali/ ſiue ĩ qualibet corporis ipſi⁹ parte: fuſus eſt tact⁹. fitq; tact⁹ ſecũdũ oẽm poſitionũ differẽtiã: ſurſũ/ deorſũ/ dextrũ/ ſiniſtrũ ante & poſt: quod eſt ſecundum ſpheram totam totiuſq; ſphere plenitudinẽ.

7 ¶ Animaliũ ꝓprie/ naturale ſue conſiſtentie & loca: vt plurimum in mediis ſunt elementis.

¶ Extrema elemẽta ſũt terra & ignis: q̃ minus tẽperata ſũt/ minuſq; ſaluti aialiũ cõducẽtia. Media autẽ ſunt aqua & aer: tẽperata/ magiſq; pmixta. In quib⁹ aialia/ q̃ ex plurib⁹ cõmixta ſunt: meli⁹ q̃ in ſimpliciorib⁹ extremis ſaluãtur. Obeſt enĩ nimia terre craſſities/ ne p eã ograſſentur animãtia: ne ve in eius ꝓfundo dimoueãtur. Ignis quoq; natiui/ atq; inſiti caloris acumine: aialiũ extẽplo & cõtẽperamẽta & corpora diſſoluit. Media autẽ elemẽta/ conſultura animaliũ ſaluti: nimiã ſuarũ qualitatũ vim pauxillũ remittere/ atq; iterlaxare a natura iubẽtur. Eadẽ quoq; elemẽta raritudine & ſubtilitate ſui: in ꝓfundũ aialia admittũt exercendiſq; eorũ delationibus progreſſioni/ natationi & volatui ſeſe vt diuiſibilia & facile cedẽtia preſtãt. In mediis igit elemẽtis aere/ & aqua: vt plurimũ ſũt proprie/ naturale ſue animaliũ conſiſtẽtie/ & loca. Nã tametſi ſup terrã/ vt ſũme craſſitiei & ſpiſſitudinis degãt vniuerſa animãtia ſitq; illa oibus ſubiecta/ velut cũctorũ ĩmobile terripauiũ: haud tamẽ i terra vt in loco celi ſubſiſtũt. cũ mime a terrea mole/ ſed ab aere aut aq̃: vndecũq; occludant ac circũcuntegãtur. Id autẽ dicit aialis loc⁹/ nõ quo ſtabilitur animal: ſed quo continetur circundatur/ ambiturq;.

¶ Q̃z delectatio & triſtitia: ſũt paſſiões animaliũ ſeſ⁹ comites. Cap. XIIII

1 INanimalia & que ſenſum loci aut nutrimenti habent nullũ: haud quaq̃ contrarijs paſſionibus/ delectatione & triſtitia afficiuntur.

¶ Nam que nullũ loci aut nutrimenti ferunt iudiciũ: haud quaq̃ percipiunt ſi in naturali/ aut cõtrario reſideant loco. neq; ſi cõueniẽs/ aut diſcõueniens fuerit nutrimentũ. Nullã igit ex naturali loco/ aut cõueniẽti alimẽto delectationẽ: nullãue ex contrario aut loco aut nutrimẽto triſtitiã incurrũt. Afficiũtur quidẽ paſſionibus quibuſdã: vt mortis aut vite ſalutis & corruptionis: non tamẽ delectatione atq; triſtitia. Vegetãtia quippe vniuerſa conueniẽti alimẽto: vitalẽ ſaluãt/ retinẽtq; aiam. cõtraria vero/ venenataq; nutritiõe ĩtermoriũtur. Similiter & inaiata/ nullãq; aiam ſortita: i naturali ſaluant loco/ i cõtrario vere corrũpũtur. He tamen & vegetãtibus & inaiatis permutationes ſine paſſionibus delectatione et triſtitudine competunt.

2 ¶ Delectatio & triſtitia paſſiones ſunt ſenſus/ vt tactus comites.

¶Minimus abiectissimusq; sensuũ tactus est: quẽ loci sensũ nuncupamus/ in toto animalis corpore fusum. Hic igitur tactus/ constitutus a natura/ vt loci & consistentie animalis in mundo censor ac iudex: primus vel solus (semper tamen gustui coniunctus) cũctis ineſt animalib⁹. & vt p̃cursor ceterorũ sensuum: naturalẽ eorũ perquirit locũ in quo prim⁹ castra metatur eiusq; comites sunt delectatio & tristitudo. Delectatio ex naturalis aut conuenientis loci perceptione atq; iudicio: tristitia vero ex contrario aut loco/ aut nutrimento. Vnde fit vt passiones delectatio & tristitia: cum animali & attactu conuertantur. Ineſt enim cunctis ac solis aialibus attactus. Vniuersaliter & sola animalia: delectatione ac tristitia/ afficiũtur.

Illatio

¶Somnus item & vigilia: passiones sunt seusuum & animalium

¶Somnus est exteriorum sensuũ potentia eorũue cessatio: & a propriis actibus intermissio 3
Vigilia vero eorũ est actus: & in suis operationibus pseuerantia. Ois enī finita numerataq; virtus defatigabilis est: et q̃ non semp queat intendi. Vnde fit vt huiusmodi virtus quandoq; in actu sit/ quandoq; vero in potentia. In actu est cum propriam operationẽ exercet In potẽtia vero cum ab actu & operatione intermittitur. Sensitiua igitur virtus/ cũ presens exterioribꝰ organis adest (quod accidit interdiu) tũ proprias exercere operatiões/ & vigilare animal/ mundoq; adesse dicitur. Cũ vero se ad interiora reuocat: proprias operationes intermittit/ ac tum non mũdo: sed sibi soli/ adesse animal potest. & hanc actuũ intermissionẽ/ exteriorũue sensuũ cessationẽ & vacationẽ: animalis sonũ & requiẽ nũcupamus.

Illatio

¶Somno simul omnes exteriores sensus: sunt ab actionibus soluti/ atq; intermissi. 4

¶Nam somnus & vigilia: non huius/ aut huius sunt exterioris sensus passiones: sed totius generatim exterioris sensus. Distiniri enim generiter vigilia potest: sensitiue totius virtutis in exterioribus sensorijs mansio. Somnus vero/ eius ab ijsdem organis ablentia/ discluſio/ & in intima corporis reciprocatio. qua simul se in interiora recipiente: confestim exteriores omnes sensus lassescunt/ defatiscunt/ actuſq; remittunt: que intermissio animalis somnus vocitatur. Non enim huius aut illius exterioris sensus intermissio/ & ab actu solutio/ animalis dicitur somnus: quandoquidẽ alio vacante sensu/ vigilare alius & in actu esse potest. Vt clausis oculis nichil quidẽ videmus: sonos tamen auribus captamus. & obturatis auribus/ nichil audire: videre tamen licet. Vnde fit vt omnis somnus/ iuste vocetur sensuũ laxatio & intermissio: non tamen ois sensuũ intermissio/ somnus est dicenda.

Illatio

¶Vnde fit vt somnus sit eius sensus ab actu solutio & intermissio: qui in animali est primus vt attactus. 5

¶Nam soluto eo sensu qui in animali est primus/ vt attactu: ceteri intermittantur oportet Non autẽ si ceteri peculiares vacent: vacare tactũ/ aut intermitti necesse est. Contingit enī pluribus de causis: vt interdiu & in vigilia/ nullus quatuor peculiariũ/ minorũq; sensuũ auditus/ visus/ olfactus/ & gustus sit in actu/ nullus in eorũ fungatur opere aut actione ꝓpria tactus tamen solus suo fungatur officio. qui vnus si (recipiente sese in interiora/ sensitiua virtute) soluatur & intermittatur: mox & ceteri quatuor vacabunt/ & qete animal/ somnoq; perfruetur.

¶Sensitiua virtute presente: solus tactus/ non est in nostra potestate/ vt non sentiat. Ceteri in nostra sunt potestate: vt aut soluantur/ aut intẽdantur. 6

¶Cum sensitiua virtus presens est/ & ad extrema corporis fusa: in potestate nostra non est non tangere. est autẽ in nostra potestate/ vt ceteri sensꝰ intermittãtur/ soluãturq;. Vt si obturaueris aures/ ac nares: os clauseris/ atq; ocellos: tunc presente sensitiua virtute exteriora sensoria aures/ oculos/ nares/ linguãq; infundente: vacabunt auditus/ visus/ olfactus & gustus. Solus vero tactus erit in actu & officio. Impossibile enim est laxari tactũ: quoad extreme corporis superficiei/ sensitiua vis affuerit/ totumq; corpus infuderit. Vigilabit igitur aial tametsi solus tactus/ suo fungatur officio/ ceteris intermissis.

¶Vnde fit vt in vigilia tactus sit in actu continuo: ceteri vero quandoq; in actu/ quandoq; in potentia. 7

¶Hec illatio ex precedente manifesta relinquitur. Nam semp est presens/ & adiacens animali locus: circunstans animal. presente igitur sensitiua virtute & ea in carne/ siue animalis extremitate recepta: vitari nequit loci sensatio & perceptio/ que est propria tactus operatio. Ceteri autem sensus (vt docuimus) multis ex causis in vigilia laxari & intermitti possunt

Solū igitur tactū/ animali vigilante in continuo actu & assidua loci/ circunstantisue corporis sensatione esse oportet. Nam non esse in loco nequit animal: eoq; vigilante/ non sentiri locum ipossibile est. Eius itaq; sensus passiones/ sunt somnus & vigilia: quo ligato atq; sopito/ ligantur/ sopiunturq; ceteri. et quē vt ceteri vigilent/ suisq; fungantur actibus: imprimis vigilare/ suoq; fungi officio necesse est.

¶ Tactum omnium esse simplicissimum. Cap. XV.

1 PEr solam sensitiue virtutis presentiā que est vigilie causa: tactus in actu fit.

¶ Sensitiua virtus/ geminos in corpore recipit motus: quandoq; corporis extremitatibus presens/ quandoq; ijsdē absens. Presens dicitur: quādo toti infusa est corpori. Absens vero: quando in mediū/ & centrū se colligit. Sicut enī oriente sole spargitur in mundū lux/ quo sensibilia nudantur referanturue oculis: eodem vero in occasum labēte/ sese simul colligit lux/ aut in oppositū transfert hemisperiū: & hec est silentij quietisq; mundi causa: ita & in lucis ortu/ ac diei initio: fundente & expandente se sensitiua virtute in totum animalis corpus: totū illico aial expergiscitur/ surgitq; a somno. Et imprimis eius tact9 in actu fit/ ac propria operatione fungitur. ceteri quoq; sens9 sua adaperiunt organa/ suisq; fungūtur officijs. Actum que in mūdo sunt/ p ipsos sens9 animali innotescunt totiq; mūdo adesse aial pnunciatur. In occubitu autē lucis & solis maioris mūdi: rursū sensitiua animalis vis (quos animales spiritus vocant) cū maioris mundi luce/ ac sole abdere se incipit/ seq; in interiora colligit/ exteriora corporis membra deserit: sensus ipsos exteriores linquit/ eorū artat clauditq; sensoria. Qua absente/ seq; condente: fit illico sensationū vacatio & intermissio: quā minoris mundi/ idest ipsi9 animalis quietē/ somnūq; vocamus.

Eundē lucis et sensitiue virtutis esse motum.

¶ Sensitiua virtus lux est minoris mundi: somni & vigilie causa.

2 ¶ Animal est minor mūdus. Quecunq; igit in maiore fiunt mūdo: proportionaliter fiunt & in animali. Maior autē mundus/ somno variat & vigilia/ secundū lucis solisue/ aut absentiam aut presentiā. Absentia enī lucis silet maior mundus ac dormit. Ortu vero & accessu lucis/ expergiscitur ac vigilat. Porro minor mundus animal/ aut homo: a maiore cū regat/ simul maioris mundi motu raptatur: dormiente dormitat & vigilāte vigilat. Sensitiua igit virtus in animali/ solis ac lucis vicem obtinet. que oriente in mūdū sole/ animali quoq; inoritur: seq; in totū fundit animalis corpus/ ciet/ mouetq; animal. tactū imprimis (ideſt vniuersam aialis carnē) ceterorūq; sensuū organa infundēs atq; implēs. Reuocante vero se ad occasum maioris mundi luce & sole: minor quoq; mūdus diurnis fatiscens operibus/ atq; vigilijs: continuo labascere incipit. donec abdita/ receptaq; in intimis sensitiua virtute: exteriores sensus penitus elāgueſcunt/ actioneſq; remittunt. Eadem igit sunt in animali/ que & in mundo: & proportionabiles in vtroq; motus atq; in ipsis somnus et vigilia: eodē modo ex lucis aut absentia/ aut presentia contingunt.

Eadē i aiali & mundo esse.

¶ Vnde fit vt simplicissimus omniū sensuum/ sit tactus.

3 ¶ Nam is sensus est simplicior: qui simpliciore & leuiore causa in actu fit. Presente autē sola sensitiua virtute: tactū in actu esse ostendim9/ & fieri illico loci sensationē. Atqui sensitiue virtutis presentia qua se in animalis corp9 fundit/ illudue opplet/ ac fouet: animalis est vigilia. in qua (vt diximus) tactus est in actu continuo/ suoq; fungitur officio. Is igit sensus/ haud imerito omniū est simplicissimus. Nulla quippe re alia/ vt in actu sit tactus opus est: q̄ sola sensitiue virtutis p̄sentia. Immediatus enī est tact9: & suo semp obiecto attiguus.

¶ Ceteri quatuor sensus/ vt in actu sint: pluribus egent.

4 ¶ Ceteri sensus gustus/ olfactus/ visus & auditus peculiares sunt/ non in toto corpore/ sed quiq; in stata aliqua corporis parte siti: que propriū vniuscuiusq; organū vocatur. Et hec corporis pars: propriis quibusdā affecta est qualitatibus/ estq; alteri9 a toto corpore naturalis contēperamenti. Iis itē sensibus nō semp sua adsunt obiecta: sed quādoq; presentia sūt/ quandoq; separata. Nōenim semper adest animali: sonus color/ odor/ aut sapor. Egent igitur hi sensus pluribus causis/ vt suis fungantur officijs. Imprimis sensitiue virtutis presentia: sine qua neq; tactus/ neq; alius sensus vllus in actu & officio esse potest. Egent & recta organi dispositione/ ac bona valitudine: Illius item reseratione & adapertione. Obiecti insup presentia/ & conuenienti affectione medij: vt aeris/ aut aque. Nā siqua harū causarū defuerit/ obest sensationi: & aut nulla/ aut imbecilla/ infirmaq; erit sensatio.

¶ Son⁹ motu & colliſione excitatur: lumine color/igne odor/humore ſapor.

¶ Preter cauſas quas in ſuperiore propoſitione recenſuimus/ quibus quatuor peculiares ſenſus in actu fiũt: alie ſingulis proprie adiiciũtur. In auditu motus. Inviſu lumẽ/ In olfactu ignis ſiue calor. In guſtu aqua/ſiue humor. Nam ſonus fit ſine motu/ nullus. Cauſaĩ enim et elicitur ſonus oĩs/ vi aliqua & colliſione corporum. eo quoq; motu quo ſonus elicitur: ei⁹ ſpecies in aures defertur/ qua intus recepta/ fieri dicitur auditio. Lumen colorũ ſpecies: ciet tranſfertq; in viſum. ſine etenim lumine ſopiti colores: aut nullas vibrant/ funduntq; ſpecies: aut percipi & iudicari ab oculo nequeunt. Pariq; modo ſine igne/ aut colore: odora ſubſtantia (velut thus aut alia aromata) nullam/ vel perpaucã in nares ſpirat fragrantiã. admoto autem igne continuo in gratos/ ſuauiſſimoſq; odores/ acſuffitus diſſoluitur. Sapor deniq; vbi humoris eſt priuatio: vel nullus/ vel perexiguus ſentitur. in humoris autẽ diſtillatione illico ſe prodit/ reſerat expanditq;. Et hac de cauſa vbi guſtu prelibanda ſubſtãtia/ exors/ fuerit humoris: natura interni humoris abundãtiam/ oriac lingue indidiſſe videtur: continuo fõte aſſiduiſq; laticib⁹ int⁹manantẽ/ ſeq; reparantẽ: quãſaliuã nuncupam⁹. Eget igitur (vt diximus) tactus: ſola ſenſitiue virtutis preſentia/ vt ſit in actu & officio. Ceteri vero cauſis egent pluribus: quas ipſi recenſuimus. 5

¶ Aut nullum eſt tactus organum: aut caro eſt/ aut ſimplex aĩalis cõplexio.

¶ Tactus ex toto ceteris ſenſib⁹ eſt diſſimilis: vt vniuerſalis/ imediatus/ primus/ ſimpliciſſimus/ abiectiſſimus: et animalis/ vt animal eſt/ ſenſ⁹. Is igitur cum ſit animalis/ vt animal eſt ſenſus: in ſimpliciſſima animalis complexione/ naturaliue elementarium qualitatum (quas primas vocant) temperamento conſiſtit. Hec enim eſt cauſa/ cur in toto animalis corpore: vnus atq; eiuſdem nature fuſus eſt tactus: quia totum animalis corpus vnius eſt prime et ſimpliciſſime complexionis/ eiuſdẽq; cõtẽperamenti. Alioqui non vnum animal: ſed plura eſſent animalia. Tota quoq; animalis caro: vnica tantum prima & ſimpliciſſima elementarium qualitatũ proportione/ atq; harmonia: affecta eſt & a natura intẽperata. qua tota ipſa ſenſitiue totius virtutis: eodẽ modo & per oẽs ſui partes/ eſt ſuſceptiua. Eſt enim caro: primarium & vniforme ſenſitiue totius virtutis organũ & totum ſenſus: vt quod cetera geſtat organa/ reliquiſue ſenſibus ſubeſt. Reliquorũ enĩ ſenſuum peculiares & proprie ſũt harmonie: differẽtes & abinuicẽ/ & a naturali totius animalis tẽperamento/ in quo haud ſecus ferũtur ac ſtabiliuntur q̃ partes in toto. Vnde fit vt particulares ſenſus diſcrimen habeant organorũ. Vbi enim eodẽ organo/ fungerentur: confunderetur diuerſorũ ſenſatio. Tactus autẽ nullum particularium ſenſuum obturbat: cum tamen & in eorũ organis/ exerceatur tactus officium. Nullum igitur eſt peculiare tactus ſenſoriũm: ſed id vniuerſale eſt/ totum atq; vniforme. Vt vniuerſum animalis corpus/ aut tota eius caro: ita natura affecta/ atq; intemperata: vt ſit totius ſenſitiue virtutis vniformiter ſuſceptiua/ totiuſq; ſenſus naturale organum. Conſtat autem q̃ abſoni & ſuperflui ſint: qui tactus organum/ volũt aliud eſſe ab animalis natura/ complexione & carne. cum tactus ſit animalis/ vt animal eſt ſenſus. Hi etenim per totum animalis corpus: neruiceos quoſdam ſubcutaneos intexunt cancellos/ cartilagineaſq; plagellas: ſub carne (vt aiunt) delitentes/ eaſq; totas vocant organum tactus. Q̃ ſi vt volũt ita tactui/ animalis natura cauiſſet atq; prouidiſſet: quotquot Rhombi interſecantibus ſe neruiceis cancellis/ eſſent intercepti: expertes eſſent tactus/ & infinite animalis partes inſenſibiles. Inſuper & is etiam neruus: in animalis deartuatione/ atq; anatomia proderet ſeſe/ atq; appareret. Apparuit autem hactenus nullus. 6

Cur tactus i toto corpore fuſus.

Tactu nullum ſẽſum confundi.

¶ Homo tactu: cunctis animantibus preſtat:

¶ Hec propoſitio liquido ex precedentibus infertur. Nam tactus ſenſus eſt animalis/ vt eſt animal. Cui enim tactus adeſt: id eſt animal. & a quo tactus diſperijt: id quoq; animal eſſe cõtinuo deſiit. Debet igitur animalium preſtantiſſimum & primũ/ in eo cuncta animantia precellere ſenſu: qui eſt animalis/ vt animal eſt ſenſus/ primuſq; ſenſuum. Atqui animalium natura preſtantiſſimum & primum: eſt homo. Homo itaq; tactu cunctis animantibus preſtat/ eaq; pcellit. licet a pleriſq; aĩalib⁹: i ceteris/ ſecũdiſq; ſẽſib⁹ ſupetur. Eſt eni hõ ptenuis/ ac facile penetrabilis cuticule: molliſſime iſup ac delicatiſſime carnis/ & acutiſſimi tactus. 7

¶ Q̃ ſicut duplex eſt animalis ſenſus/ interior & exterior: ita & duplex ei⁹ ſomnus.

Cap. XVI.

VM ſomnus ſit ſenſus ligatio/ & a ꝓpriis actibus ſolutio/ ſitq; ſenſus duplex/ exterior et iterior: neceſſe eſt et aĩalis/ geminoſeſſe ſõnos. 1

¶Somnum bifariã diffinire possumus: aut animalis quietem/ aut solam exteriorum sen⁹ suum ligationẽ. Prius de somno: vt ipsius tact⁹/ exteriorũ ue sensuũ ligatione(per sensitiue virtutis absentiã & ĩtima secessũ)sumus locuti. Nunc vero vniuersalius sõnũ sumẽtes: eũ diffinimus animalis quietẽ/ sensus ue ligationẽ. Sicut igitur gemini sunt sens⁹ exterior alius alius interior: ita & sensuũ duplex est ligatio & a propri⁹s actibus solutio/ cessatio & intermissio. Duplex itẽ animalis quies : ĩperfecta vna/ alia perfecta. Imperfecta animalis quies: est sola exteriorũ sensuũ ligatio. Perfecta vero & exterioris & interioris intermissio.

2 ¶Oĩs corporea aĩalis virtus & operatio: finita & fatigabilis est.

¶Vtraq; animalis vis & imaginatiua & sensitiua: corporea finita & fatigabilis est. Exercetur enim imaginatio ab anima in corpore: similiter et sensitiua. Sola autẽ ea vis que aut infinita est/ aut immaterialis: libera/ incorporea/ absoluta & cui nichil obsistit/ cui nil aduersatur/ nichilq; contrariũ est: veraciter infatigabilis est & eodẽ semp se habens modo. Que autem materialis est & addicta corpori: non caret contrariorũ pugna & aduersantia. Vnde fit vt tanq̃ violenta/ sit mutabilis: & aliter continuo se habere possit.

3 ¶Vnde fit vt neuter sens⁹ possiti actu esse cõtinuo: sed qñq; laxari debeat atq; intermitti.

¶Neq; interior sensus/ neq; exterior : possunt in actu esse cõtinuo. vt qui assidua operatione (cũ corporei & materiales sint)fatiscentes: laxandi & intermittendi sint. et(vt diximus)aut alteri⁹ ipsorũ/ aut amborũ interpolatio: aĩalis sõnus & requies vocitatur.

4 ¶Si exterior sensus ĩ actu fuerit: erit & iterior in officio. hic autẽ sine illo/ in actu esse potest.

¶Interior sensus quodã modo ad exteriorẽ: sicut & tactus ad ceteros quatuor particulares sensus gustũ/ olfactũ/ visum & auditũ se habere probatur. Sicut eni tactus exteriorũ sensuum/ est prim⁹ & vniuersalis: ita et interior sensus/ exteriore prior est: & primus simpliciter sens⁹/ cõisq; sensus nũcupãdus. Sicut igitur ceteri peculiares sensus/ sine tactu in officio esse nequeũt(ligato eni tactu/ ligãtur: & haud prius a sõno soluũtur/ q̃ solutus sit tactus) ita & totus sensus exterior/ sine interiore: in actu esse nequit. Potest a[illegible]terior/ sopito exteriore: suo fungi officio. Vis quippe sensitiua: licet ab interiore sensorio [illegible] corporis partes deriuetur: interno tamen semp a⁹stat sensorio. Exterioribus autem o[illegible]nunc presens ea infundit: nunc vero absens/ ea linquit ac deserit.

5 ¶Primus ac superficialis animalis somnus: est passio tactus.

¶Hec ex superiorib⁹/ euadit q̃ manifestissima. Nã sopito tactu: oĩs ligatur sẽsus exterior. & hũc extremũ/ ac supficialẽ aĩalis volum⁹ eẽ sõnũ. Cõtigit ei/ & vt plurimũ accidit: sopito exteriore oi sẽsu/ iteriorẽi actu eẽ/ suoq; defũgi officio. Vt cũ dormiẽtes phãtasmata speculamur. et cũ q̃ iterdiu exteriore sẽsu hausim⁹: rursũ nobis cõsopitis/ nostrã ciẽt imaginationẽ.

6 ¶Verus animalis somnus: passio est iterioris sensus/ eiusq; ligatio.

¶Verus quippe aĩalis sõnus: est & imaginatiue et sensitiue virtutis/ a ꝓpri⁹s actib⁹ intermissio. Si ei(vt plurimũ cõtingit)solus exterior sens⁹ sopit⁹/ ligatusq; sit: interior vero phãtasmata speculet: fatigaĩ/ lasseſcitq; imagiatio. & a ꝓfecta/ veraq; qete ꝓpediẽt aĩal: altero tñ sensu sopitũ/ altero vero iqetũ ac vigilãs. Si autẽ ligat⁹ est iterior q̃ prim⁹ est sẽs⁹: erũt & scdr oẽs sẽsus/ quos exteriores vocam⁹ sopiti & itermissi. & nulla cognitiua aĩalis vis corporea/ ac materialis erit in actu & officio: sed vtraq; laxata quicta atq; intermissa. Et hunc verum animalis/ integrum/ perfectũq; somnum diffinimus.

7 ¶Sopito exteriore sensu/ sine interiore/ liberior est interior: & clarior/ ac manifestior imaginationis operatio.

¶Cũ fit exterior sẽsatio/ fit simi⁹& iterior. & vigilãte exteriore cieẽ vigilatq; iterior. Ambo eni simul mouẽtur. sed exterior sẽs⁹ mouẽ a subsiãtijs q̃ i mũdo sũt. iterior vero a spectris/ q̃ in interiore organo/ vt cerebro asseruãtur. Sed fortior ẽ veritatis/ q̃ similitudinis mot⁹: illiusq; motio hui⁹ motũ obturbat & apparere nõ sinit. Peride atq; violẽtior son⁹: etsi neutiq̃ explodit/ exilatq; minorẽ: eũ tñ obtũdit/ nec sinit audiri. Luce quoq; ãpliore: remissior & vmbratilis lux operit atq; absorbeẽ: maiori tñ & illustriori sẽp collucet/ vibratq; q̃ potest suorũ radios⁹ spicula. Lux eni solis/ haud stellarũ fulgorib⁹ est cõtraria: neq; eos⁹ obelos/ radiosue retũdit pellitq; e medio. Sũt q̃ppe stelle interdiu/ simul cũ sole micãtes. affusa tñ illustriore & validiore luce oculorũ acies/ licet stellarũ splẽdoribꝰ feriaẽ: earũ nullũ fert discrimẽ/ nullũq; iudiciũ psẽtit, quoad occũbẽte sole/ sidereiq; latuere splẽdores: liberi⁹/ oculoꝝ acici reuelanẽ.

Lux solis luci stellarũ minime cõtraria

¶ Sicut igitur in maiore mundo: ita & in minore/ vt in animali contingit. Exterior enī sensus/ interiori minime contrarius censetur: neq; veritas contraria similitudini/ neq; mundus animali. Neq; que in mundo est substātia: ei quod est in animali spectro & phantasmati euadit cōtraria. Simul enim substantia que est in mundo/ exteriorem mouet sensum: & eiꝰ spectrū quod asseruatur in cerebro/ interiorē vim imaginatiuā. quod fit interdiu: ipso animali/ vtroq; sensu vigilante. Exterioris tamen sensus motio: interioris motionē corripit/ eā secum rapit/ & apparere non sinit. Sopito autem exteriore/ eoue ligato/ atq; intermisso p seuerare (vt diximus) in actu & officio potest interior. isq; tunc liberior existit: & clarior ac manifestior euadit eius operatio. Tūc enim recepta in interiore organo sensitiua tota virtute: animal mundum mūdanasq; substantias deserit/ adestq; sibiipsi. eorū que prius exterioribus sensibus hausit: / spectra/ sigillaria & phantasmata in interiore cernens sensorio. Non igitur vigilante exteriore sensu: ligatur/ aut intermittitur interioris operatio. sed duntaxat apparere desinit: que sopito exteriore/ demū liberior clariorq; se prodit.

¶ Comparatio vtriusq; mundi/ maioris & minoris adinuicem: in somno vtroq; & vtraq; vigilia. Cap. XVII.

1 Terq; somnus/ sicut in animali: ita & in mundo reperitur.

¶ Nam animal est minor mundus: mundus vero est vt animatum quoddam. Omnia igitur que in animali fiunt: pportionabiliter fiunt & in mūdo. variaturq; mundus sicut & animal somno & vigilia: et somno quidē vtroq; & vtraq; vigilia. Diximus enim duos esse somnos: quēdam superficialē/ siue exteriorē: alium profundum/ interiorem & verum. Hic vtriusq; sensus est ligatio: & vera/ ac tota animalis quies. ille autē solius exterioris est consopitio & vinculum.

2 ¶ Quod est in animali exterior substantia/ hoc in mundo sol: & que in hoc stelle/ hec in illo visa nocturna noctilucaue spectra.

¶ Si quomodo vterq; somnus in mūdo contingat/ rite ipsi dinoscere volumus: recta imprimis eorū que sunt in mundo/ ad ea que sunt in animali: attendēda est & obseruāda pportio. Sumamꝰ igitur pro exteriore/ mundana ue substantia in animali: solem in mundo. & pro nocturnis i illo visis/ ac noctilucis spectris stellas firmamēti. & pportionēvtorūq; i vtriusq; mirabili congruentia adaptemus. Sicut enī exterior substantia/ animali quandoq; presens est & quādoq; absens (Presens enī dicitur interdiu: quando exteriorem sensum mouet. Absens autem noctu: cum lucis & solis absentia/ exteriorē sensum ciere mouereq; desiit) ita & sol quandoq; mundo adest/ quandoq; vero abest. Adest interdiu cum super nos meat: noctevero abest/ cum in nostro haudquaq̄ visitur hemisperio. Et sicut spectra & phātasmata: nunq̄ ab animali dimouentur/ semperq; illi presentia sunt: in interno asseruata sensorio/ licet non assidue spectentur: ita & a mundo/ nostroue hemisperio nusq̄ abscedunt/ dimouēturq; stelle suntq; nobis semper presentes: licet non semper visantur atq; appareant. Et sicut interdiu lucente sole: simul splendicant/ micantue stelle/ earum tamen interpolata est (solatis lucis claritate) & offusa apparitio: ita & cum exterior substātia/ animalis exteriorem sensum motitat: simul & que in interiore sensorio spectra asseruantur: sensum animalis interiorem ciere/ mouereq; solent. Huius tamen motio/ ab illius motione correpta offunditur: seq; prodere & apparere prohibetur. Lapso vero in occasum lucetio sole eoq; sub terras in antictho num hemisperio meante: vt iāiam liberior est & propalatior stellarum aspectus: Ita & cum exterior substantia/ exteriorē sensum mouere desinit: liberius cuncta spectra & interna phātasmata/ sese imaginatiue virtuti prodere atq; demonstrare incipiunt. Et quicunq; diligentius hanc proportionem attenderit: mirā profecto reperiet in vtroq; / animali scilicet & mundo concordiam. videbitq; nichil vtriq; deesse: quo minus omni ex parte/ sit integra ac perfecta vtrorumq; adinuicem proportio.

Amplior analogia.

3 ¶ Solis presentia est mundi vigilia eius vero absentia/ primus est ac superficialis mundi somnus.

¶ Sol presens dicitur/ cum in nostro est hemisperio. Absens vero cum in inferiore vectitatur Sole autem presente: vigilat vterq; mundus/ & maior & minor. Nam minor maiorem sectatur: a quo & substantiam recipit & virtutem illiq; conuigilat & eo sopito cōsopit. Absente autem sole: vterq; illico mundus primo/ simplici/ superficiali & exteriore somno obsidetur

maior per phoebee lucis absentiam: que noctu inferius hemisperiū peruagatur/seq; in anthictonas transfert. minor vero siue ipsū animal: per sensitiue itidem virtutis/ ab exterioribus organis abcessum. Sensitiuā quippe animalis virtutem: solari lumini proportionabilem esse prius docuimus. Sicut enim solaris lux: interdū nostro presēs est hemisperio/interdū in occultius & inferius hemisperiū labitur: ita & sensitiua virtus/ nunc animalis exteriori hemisperio/ idest extremitati & exterioribus organis astat. nunc vero ad interius hemisperium/ idest ad internū sensorium se colligit: exteriora linquens ac deserens. Nā sicut in mūdo duo sunt hemisperia: ita & in animali duo sensoria/ interius & exterius. A tq; in solo exteriore/ contingit sensitiue virtutis vicissitudo & alterna reciprocatio.

Potentie		Obiecta		
Interior sens9	Exterior	Sol	Stelle	
Animal		Mundus		

4 ¶ Sol est vt exterioris sensus obiectum/ stelle vero vt interioris.

¶ Nam sol esse dictus est/ vt exterior mundi substātia: qua moueri natus est exterior sēsus. Stelle vero sunt vt mundi spectra & phantasmata: que sopito exteriore sensu/ ac mūdo: sese phantastice speculationi demōstrant. Sicut eni spectra diffiniūtur asseruate in interno sēsorio(vt in animalis cerebro)sensibiliū rerum species: ita & stelle/ quedam sunt mūdanarum substantiarū vitales/ vere & perfecte species: asseruate in mundi cerebro/ vt in fi mamēto.

5 ¶ Quemadmodum exterior mundi substātia/ causa est & initium spectrorum: ita & solis lux/ luminis stellarum.

¶ Confirmatur singulorum que diximus proportio: manifesta & euidenti analogia. Q ue enim animali insunt spectra: ea vis aie sensitiua ab exteriore & mundana substātia hausit. Est enim substantia accidentis/ & veritas sue similitudinis causā. pariquoq; pacto & stellarū splendores: ab solis lumine deducti/ & deriuatici sunt. Sicut enim ois substantia/ ab vna tantum substantia emersit: ita & oislux aut splendor/ vnius tantū lucis est deriuatio. Haud igitur absq; ratione dictum sit: stellas/ phantasmatis/ solem vero exteriori/ mundaneq; substantie

6 esse proportionales.

¶ Sicut exterior sensus in exteriore & anteriore animalis parte situs est/ interior vero in interiore & animalis profundo: ita & sol in anteriore est mūdi parte/ stelle vero in altiore/ remotiore & interiore.

¶ Alia iterum eiusdem analogie cōfirmatio. Nā sicut exterior sensus in extremitate est animalis/ interior vero in eius profundo: ita & sol in anteriore est & citeriore mundi parte/ ipsi animali quod degit in terra viciniore. Stelle autē i interiore/ vlteriore & altiore sunt mūdi parte/ ab animali & a terra maiori intercapedine distantes. Vnde fit vt perq; rationabile sit exteriorem & citeriorem mūdi partem / exteriori animalis parti esse obiectā: & interiorem interiori. & vt quemadmodum sol exteriores sensus aperit ac ciet: ita & stelle ipse interiorē delābant & exosculentur.



7 ¶ Sicut in animali exteriores omnes sensus terminant/ finiunturq; in interiori/ qui ideo communis & totum sensus vocitatur: ita & in mundo/ sensibilia

omnia finiuntur/clauduntur3 firmamento: quod ideo sensibile commune ac totum sensus dici potest.

¶ Vltimus/ centralis/ penitissimus3 sensus est interior. in quem exteriores omnes/ vt in medium & cōmune centrum procurrūt. & ad quem vs3/ sensibiles omnes species/ per exteriores sensus irrumpunt. qui ideo totus est sensus: id omne cōtinens/ complectēs3 quod est sēsibile. Sunt enim phantamata extreme/ vltime3 sensibiles species. quibus vlteriores & interiores nulle in animalis corpore sensuue reperiuntur. Nam si que interiores & penitiores animali insunt species/ spectris ipsis & phantasmatibus prestantiores: he nec3 sensui nec3 corpori/ insūt. sed soli animo: vt pote que intellectuales & insensibiles sunt. In mundo autē firmamentum/ eadem proportione finis est sensus & sensibiliū omnium terminus: & vt cōmune/ totum3 sensibile. cōtinens id omne quod sensu percipi possit: & in quo fixe sunt extreme & vltime sensibiles species/ vera mundi sigillaria omniū3 rerū imagines scilicet stelle. quibus vlteriores & altiores nulle sunt/ sensibus peruie. Et si quos celos altiores esse firmamēto/ non inficiabimur: sēsibiles tamen esse negamus/ sed aut rationales aut intellectuales esse fatemur. Est enim ratio sensu: intellectus vero/ ratione superior.

¶ Quopacto verus in vtro3 & animali & mundo somnus contingat. Cap. XVIII.

Verus animalis somnus: est exterioris substantie ab exteriore sesu/ & interiorum spectrorum ab interna atq3 imaginatiua vi/ discluſio & eorum inapparitio.

¶ Vero interiore/ profundo integro/ perfecto3 aialis somno: sopitū esse vtrum3 sensu oportet & exteriorem & interiorem. Illi autem sopiti/ somno3 sepulti esse nequeunt: nisi fiat ab vtro3/ proprij sui obiecti discluſio. & ni spectatiua vtra3 vis (sc) & que extrinsecus in mundo/ sensibiles substantias: & que intus in corpore/ vt in cerebro spectra & phātasmata intuetur) ab obiectiua & presentatiua potentia/ aliquo pacto discludat3 atq3 separetur. Diximus eni mundum eode modo se ad exteriorē sensum habere: quo & aialis corp9 ad interiorē. Mundū quippe sēsibiliū substātiarū prōptuariū esse: ex quo oia/ sensus exterior haurire iubetur. Aialis vero corpus/ penuariū esse atq3 apothecā spectrorū & phantasmatum: ex quo interior vis spectatiua oia desumit atq3 cōtuetur. Transfert eni exterior sens9 omnia a mūdo in aialis corpus. quevbi in aialis corpore recepta & condita sunt: ab interiore sensu int9 visūtur/ spectantur/ conspiciūtur3. Sicut igitur mūd9 omnia exteriori obijcit sensui: ita & aialis corpus interiori oia presentat. Et q̄diu illi mūdus/ huic vero aialis corpus astiterit/ illuxerit & apparuerit: tādiu vterq3 sēsus erit in actu & officio/ & mouebitur ac vigilabit animal. Necesse ita3 est ad verā/ perfectā3 aialis quietē: vt & mundus ab exteriore sēsu/ & animalis corpus/ siue interna phātasmata: ab interiore sēsu quoquopacto discludant. vt denic3 hoc modo vtra3 inspectiua/ ac sēsitiua aialis vis: conquiescat/ iterpoleť/ ac sileat.

Exterioris sensus officium.

¶ Eadē proportione verus mūdi sōnus: est & solis & stellarū inapparitio.

¶ Nam solem persimilē esse ostendimus exteriori substantie/ que exteriorē sensum ciet: aut sensitiue toti virtuti quos animales spiritus vocant. cuius presentia exteriores sensus/ cōtinētur in officio: & cuius in interiora secessu & reciprocatiōe/ itermitti coguntť. Stellas vero pari proportione spectris & phantasmatis respōdere docuim9. que absente a mundo/ nostroue hemisperio sole: nocturna visione deprehēdūtur. diciq3 possūt stelle: mūdi spectra/ phātasmata/ spēs visaq3 nocturna. Nā & ea que aiali insunt spectra: eodēmodo absente aialis sole/ id est sēsitiua virtute int9 recepta: nocte aial cient/ viq3 motitāt internā. Sicut igitur verus ac profundus aialis sōnus/ est nō modo substātie exterioris ab exteriore sensu/ sed & iternorū spectrorū ab iteriore sēsu discluſio: ita & verus/ perfectuſq3 mūdi sōnus: est nōmodo solis absētia/ sed & stellarū inapparitio. Est eni sol/ vt exterioris sensus obiectū: stelle vero vt interioris

Animal		Obiecta		
Anima	Corpus	Sol	Selle	
Sē. exterior	Interior	Subā	Spectra	

¶ Sicut in maiore mundo nubium iterstitio/ nocturnus a nobis tollitur stel/

larum aſpectus: ita & in animali/ nebularum vaporum q̄ intercapedine: ſpectra ipſa nocturna q̄ viſa/ a vi imaginatiua diſcluduntur.

¶ Ad ſuperficialem/ excutaneū & imperfectum animalis mūdiq̄ ſomnum/ ſuppetit cauſa vna quā diximus. In aiali ſcilicet ſenſitiue virtutis in iteriora receſſ9 & reciprocatio: qua exteriores omnes ſenſus interpolantur. In mundo vero: ſolis/ luciſue abſentia: que eſt iperfectus mundi ſomnus. Ad verū autem & perfectū vtriuſq̄ ſomnū: alie exquirēde ſūt cauſe quibus in mundo ſtelle: & in animali ſpectra/ ac phantaſmata/ cōuelari/ adoperiri & obnubilari queant: quominus internam intuitricē/ ſpectatricemq̄ vim fatigent eiq̄ illuceant. Heigitur cauſe/ in mundo quidem ſunt nubes: in animali vero halitus/ vapores/ ac interne nebule. quea corde ſurſū ad cerebrum illate/ cerebrum intelant atq̄ obnubilant: cunctaq̄ ſpectra/ ab interna ſpectatrice vi diſcludunt. Cum enim ſtelle ſint noſtro ſemper preſentes hemiſperio: haud aliter a nobis diſcluduntur/ noſtriſue oculis occidunt: q̄ aut ſolis/ aut nubium/ aut vtriuſq̄ preſentia. Nā ſole vt diximus preſēte: continuo diſparet earum aſpect9. Hic tamē earum occaſus contingit in ipſa mundi vigilia. Sopito autem poſt occaſum ſolis mundo: continuo micantes ſtelle/ ſeſe produnt. quoad nubium denſitudine & opacitate: etiam nocturnus earum a nobis aſpectus tollitur. & hūc ſolis per ſe/ ſtellarum vero interſtitib9 nubibus occaſum/ atq̄ inapparitionē: perfectam mundi requiē/ verumq̄ ſomnum nūcupamus. Similiter & cū aiali ſemper inſint ſpectra ſintq̄ ſemper illi preſentia (vt que nuſq̄ ab animali emigrāt: ſicut & neq̄ ſtelle a noſtro hemiſperio) haud aliter poſſūt animali non apparere/ nō illi collucere/ neutiq̄ interiori ei9 vi reuelari: niſi medium quiddā vt interſtes ſpirit9 ac vapor/ ipſa ſpectra ab imaginatrice facultate diſſociet prohibeatq̄ interna m fieri ſenſationem. Hoc igitur in animali interhyans medium: qnod internas eius partes/ ſpectatiuam & preſentatiuam/ ſiue potentiam obiectumq̄ ab inuicem diſtimit: proxima & immediata cauſa eſt/ vt vero perfectoq̄ ſomno animal potiatur. Verus itaq̄ aialis ſōuus: duabus de cauſis contingit. prima receſſu virtutis ſenſitiue/ ab exterioribus mēbris & ſenſorijs. ſecunda acceſſu & interhyantia vaporum: qui a corde ad cerebrum ſublati/ preſentatiuam internam ab intuitrice quoquopacto abducunt.

4 ¶ Interior animalis ſpectatiua/ ſita eſt in eius medio vt in corde: preſentatiua vero in extremo/ vt in capite.

¶ Statue ſpectatiuam animalis internam/ in eius medio vt in corde: preſentatiuam vero in extremo/ vt in capite aut in cerebro. Nam he animalis partes/ ſibiinuicem cōtrapoſite ſūt/ ſeq̄ conſpicātur: & diuerſiſſimarum ſūt naturarum. Omnia etenim interna ſpectra & phātaſmata: repoſita ſunt in animalis cerebro/ tanq̄ in interiore ſenſorio. Vis igitur eorū ſpectatrix & intuitiua: ſecundum rectam diſtantiam amouetur diſtatq̄ a cerebro. vt hoc pacto liberius que illi inſunt: conſpicari & ſpeculari valeat. Eſt enim cerebrum/ quiddam interni ſenſ9 ſpeculum: omnia illi obiiciens/ atq̄ repreſentans. Que autem in ſpeculo eſt imago a ſpeculo haudquaq̄ cernitur: aut cōſpicitur. ſed ab alia aliquavi/ abiuncta & ſeparata a ſpeculo: que eidem ſpeculo eminus recto ſiſtitur aſtatq̄ interuallo. Omnis quippe inſpectio omniſue intuitio/ fieri in rectam diſtantiam eſt nata: & inter ea extrema: que quadam dyametro adinuicem cōuertunt̄/ ſeq̄ reſpicīūt. Inter autem cor animalis & eius cerebrum: recta eſt & dyametralis oppoſitio. & adinuicem he due animalis partes: vt precipue & relaticie/ ſibiq̄ reſpondentes conuertuntur. Rationabile igitur eſt: vt quemadmodum ſpectrorum & phantaſmatum/ preſentatiua & ſuſceptiua in cerebro ſita eſſe dicitur: ita & eorū iudicatiua/ ſpectatrix & intuitiua: in animalis corde cenſeatur eſſe collocata. Cor aūt/ in animalis ſitum eſt medio. Cerebrum vero in extremo. Obtinet itaq̄ interna vis ſpectatrix/ animalis medium. Suſceptiua & preſentatiua/ in extremo ſita eſſe probatur. Eſt enī (vt frequēter diximus) Animal per omnia ſimile & proportionabile Mundo. vtpote cuius totūtoti & partibus partes/ rite cōgruūt ac naturaliter adaptātur. Et hac quoq̄ de cauſa fieri mōſtrauimus: vt & ipſū Aial/ Mundi & Mundus/ ipſius Aialis nomen atq̄ appellationē pmixti recipiant. dicamuſq̄ & Aial eſſe quendā Mūdū: & Mundū eſſe Aial quoddā. vel ſi cū differentia pferri malueris: dicemus ſicut Aial eſt minor mūd9 ita & Mūdus/ maius Animal.

Veri ſomni cauſe.

Inſpectiones recta linea abſoluitur.

5 ¶ Animal eſt ſpectatiua vis mundi ſita in mundi medio: cuius ſuſceptiua & preſentatiua/ eſt extremum mundi corpus: vt firmamentum.

¶Licet de his/in huius opuſculi initio (vt in quarto capite) paucula tetigerimus: tamen non incaſſum fuerit/ ad complendam & animalis & mundi proportionem/ veramq; analogiam: & ex prioribus nonnulla reſumpſiſſe/ & que omnem hanc ſimilitudinē abſoluant addidiſſe. Diximus igitur quecunq; in minore fiunt mūdo/ proportionabiliter fieri & ī maiore. In minore autem mūdo/ vt in animali: alia eſt eius pars ſpectrorū preſentatiua/ vt caput: alia eorū ſpectatiua/ ſita (vt diximꝰ) in aialis medio: vt ī corde. Nā & vera aie ſedes eſt ī corde. Senſus autē iterior/ eſt ab aīa in corpꝰ. Fit enī interior ſenſꝰ: cū aīa aut propriū corpus/ aut corporis partē: aut q̄ ī ea ſita ſūt/ cōſpicatur. In mūdo igitur proportionabiliter/ alia eſt vis preſentatiua: alia iudicatiua. preſentatiuā firmamentum eſſe/ ſepius docuimus. Supereſt vt que ſit mūdi vis apprehenſiua & intuitiua/ demonſtremus. Dictū iam a nobis eſt ipſum animal vt hominem: animā eſſe mundi. Sicut enim ſe habet animalis anima/ ad proprium corpus: ita & totum animal vt homo/ ad mundum. Atqui in animali/ preſentatiua vis eſt eius corpus: ſpectatiua vero eius anima. & ab anima in corpus/ internam ſenſationē fieri oſtendimus. Erit igitur & totum animal vt homo/ vis quedam mundi ſpectatiua & intuitiua: ſita a natura in mundi medio/ vt in terra. ſuſpiciens ad mundi extremum/ vt firmamentum ſidera & ſtellas: que ſunt velut mundi ſpectra & phantaſmata. ſicuti & vis animalis ſpectatrix (que eſt eius anima in medio/ vt in corde ſita) ſuſpicit ad ſuperiorem animalis partem/ vt ad cerebrum: repoſitas ī eo internas ſpecies cūctaq; viſa nocturna/ ſopito animali deprehendit. Sūt igitur mirabili congruentia: omnia in aiali & mūdo ꝓportionabilia.

Analogia qua vt aīa ad corpus ita totum animal ad mūdum.

¶Vnde fit vt ad verum vtriuſq; & animalis & mundi ſomnum: ſit neceſſaria caligo/ vtriuſq; ſpectatiuam a preſentatiua dirimens/ atq; diſcludens. 6

¶Ad veram vtriuſq; (animalis ſcilicet & mundi) quietem: cum primo & ſuperficiali ſomno (qui in mundo per lucis ſolaris abſētiam: in animali vero per ſenſitiue virtutis in interiora receſſum contingit) addēda eſt ea caligo: que ſummam vtriuſq;/ extremāq; partem dirimat diſcludatue a media. Nā mediam partem cor vtriuſq;: & veram anime ſedem/ ipſiuſq; ſpectantis facultatis locum eſſe docuimus. extremam vero cerebri/ capitis/ obiectiue & preſentatricis nomine in vtroq; mundo finiuimus. Sicut enim animal eſt in mundi medio: ita & aīalis anima in animalis medio. & ſicut animal vis eſt ſpectatiua mūdi: ita & aīa vis eſt ſpeculatrix aīalis. & quēadmodū ſpectāda mūdi: ī mūdi capite/ cerebro & extremo faſtigio collocāntur vt in firmamento: ita & animalis ſpectanda vt phantaſmata in ipſius animalis capite/ ac cerebro locata ſunt. Poſt igitur ſolis occaſum: ſicut interſtes nubecula/ inter animal & firmamentum: verū mūdi procreat ſomnum: ita & in animali poſt ſenſitiue virtutis occaſum/ & in intima receſſum: interhyans caligo/ inter eius cor & cerebrum: animalis ſpectatiuam a preſentatiua diſiungit/ gignitq; verum animalis ſomnum.

	Sēſꝰ iterior		Spectra			
Aial	Anima	Caligo	Cerebrū	Sēſꝰ exterior	Tenebre	Subā ſēſibilis
	Cor		Corpus			
Spectatiua	Medium	Preſentatiua	Spectatiua	Medium	Preſentatiua	

Figura veri perfectiq; ſomni in animali

Sol	Terra	Animal	Nubes	Stelle	Firmamētū
Sol ſub terra in inferiore hemiſpherio: noctis cauſa.	Mundi medium in quo ſita eſt vis ſpectatiua.	Mundi ſpectatiua ſiue mundi anima in medio.	Media nubes ſpectatiuam a preſentatiua dirimens.	Spectanda mundi nocturnaq; vita.	Preſentatiua mundi ſiue eius caput.

Figura vere perfecteq; mundi quietis.

¶ Q in vero animalis ſomno: ſomnia contingant nulla. Cap. XVIIII.

1 VErum animalis perfectumq; ſomnum: ſomnia ſequūtur nulla.

¶ Nam ſomnia dicūtur/ cum ſpectra & phantaſmata: interiori vi ſpectatiue/ ſeſe oſtentant/ atq; demonſtrant. Aſt in vero animalis ſomno: interni vapores et ſubcutanee caligines/ interiorem vim ſpectatiuā a ſpectris & phantaſmatis diducunt. In vero igitur animalis ſomno: nulla fit interior ſenſatio/ aut imaginatio/ aut ſōniorum/ ſpectrorumue apparitio.

2 ¶ In vero animalis ſomno: vis anime motiua/ in actu eſſe deſijt: vegetatiua vero/ in actu & officio perſeuerat.

¶ De vi anime ſecūdum locū motiua intelligimus. Nam animali/ ſomno ſepulto: ſenſitiua vis ab exterioribus/ receptui cecinit/ inq; parte animalis interna recepta eſt & illi inſepulta. Quo fit vt flaccidū/ elanguidūue animal: ſenſim linquere ſeſe atq; deſerere cogatur & omnem exteriorem intermittere actum. Motus autem ſecundum locum: exterior eſt animalis actus. Vis igitur anime ſecundū locum motiua: non modo in vero/ ac perfecto: ſed & in ſimplici/ ac exteriori animalis ſomno/ in actu protinus eſſe deſijt. Porro vegetatiua vt digeſtiua/ nutritiua & augmētatiua: cum interna ſit & internis fungens organis/ in actu & officio perſeuerat. Et non modo proprio non priuatur actu: verum recepta intus ſenſitiua tota & vitali corporis virtute: fortior euadit/ fitq; liberior digeſtio/ cibi cōcoctio/ animalis nutritio & augmentatio.

3 ¶ Interni vapores et fumi/ quibus animalis perfectus elicitur ſomnus: ab animalis vi vegetatiua et corde eleuantur/ ſicut et in mundo nubes a ſole.

¶ Nam hi vapores & fumi: ſopito animali/ vt plurimum gignūtur. Ab ea igitur vi eliciūtur que animali ſopito/ ſomnoq; ſepulto: in actu & officio perſeuerat. Hanc autem vim vegetatiuam eſſe diximus: que i ſomno liberior & fortior eſt/ q̄ in vigilia. Atqui vis hec vegetatrix: naturalis eſt anime potentia/ anime inſita: perinde atq; ſenſitiua. Anime vero propria/ naturaliſue ſedes: in corde eſt & in animalis medio. Sicut igitur in mundo nubes a ſole: ita & in animali/ interni vapores & fumi: a vi vegetante & corde/ ſurſum halant/ ſpirātq; ad cerebrum. Vnde fit vt rurſum dinoſcatur ſol: cor eſſe et vita mundi et vt naturalis anime mundi/ ideſt hominis ſedes. Sicut enim ſpirituum & vaporum animalis cauſa/ eſt animalis vegetatrix & vita/ in eius corde ſita: ita & halitu ū/ ſpirituūq; mundanorū ac nubiū cauſa eſt mundi vegetatiua & vita/ in eius corde locata. Et ſicut animalis anima/ naturalē habet in eius corde ſedem: ita & hominis (quem diximus verā eſſe mundi animam) naturalis ſedes eſt in mūdi medio/ ideſt in ſole & corde. Eſt enim ſol verum mundi medium. vt qui ab extremis mundi corporib⁹ firmamento & terra equidiſtare comperitur. Illatio

4 ¶ Sicut ſol eſt in mundi medio/ inter firmamentum et terram: ita & animalis cor/ eſt in animalis medio inter eius celum et terram.

¶ Precipue mundi partes ſunt tres: ſol/firmamentū/terra. que/ vt in huius operis initio docuim⁹/ his trib⁹ nominibus exprimūtur: planeta/ ſtella/ elementū. Planetes medi⁹ eſt: ſtella & elementum extrema ſunt & vltima mundi corpora. In imo ſubſidet elementū: ſtella in ſummo reſidet/ obtinetq; mūdi arcem Stella imobilis/ nūq̄ a noſtro dimouetur hemiſperio. Elementum quoq; fixū ac ſtabile eſt. ſol inter vtrūq; medius fertur: nunc in ſuperiore/ nunc in inferiore hemiſperio. Cū enim ſuperius permeat: vigilat mundus. cū vero in inferius delapſus eſt: mūdus cōſopeſcit ac dormit. In animali igitur/ cuncta mundo proportionabilia reperiuntur. habetq; pariter precipuas partes tres: celum ſiue firmamentū/ aut ſtellā: deide ſolē/ poſtremam terrā ſiue elementū. Animalis celū eſt eius cerebrum: quod viſcerū omniū excelſiſſimū eſt/ obtinetq; eius tholum & arcē: & quo venarū ac ſpirituū vis omnis/ a corde tendit ac deſinit. Animalis elementū aut terra: eſt eius venter/ aut ima pars ventris natura humida. a qua cordis calor haud ſecus q̄ ſol a terra: nubes & vapores eleuat/ tollitq; ad animalis culmen. Porro animalis ſol aut planeta/ eſt vt monſtrauimus eius cor: ſitum in ei⁹ medio/ inter ventrem & cerebrum: quas conſtat extremas eſſe animalis partes.

Proportionabilia				
		Mundus		
	Terra	Sol	Firmamentum	
	Elementū	Planeta	Sella	
	Venter	Cor.	Cerebrum	
		Animal		

¶ Sicut in mundo duo ſunt hemiſperia ſuperius & inferius/ inter que ſol natura meat/ nunc vni nunc alteri preſens: ita & in animali duo ſunt hemiſperia/ ſuperius vnū aliud inferius; inter que animalis cor conuertitur/ nunc vni/ nunc alteri preſens.

¶ Celebrata ſunt duo mundi hemiſperia: vnū noſtrū/ quod arcticū nuncupamus & vt ad nos ſuperius: aliud anticthonū & antarcticū/ quod ad nos eſt inferius. His autē duobus mundi hemiſperijs/ admirando reſpōſu: coaptātur duo animalis hemiſperia/ aliud ſuperius/ iferius aliud. Superius animalis hemiſperiū: eſt pars eius ſuperior/ a corde ad cerebrū. Inferius vero pars eius inferior/ a corde ad ima & profunda ventris. Superius animalis hemiſperium: eſt hemiſperium ſenſus/ ſiue ſenſitiue virtutis: & in quo ois exercetur ſēſatio. Inferius vero/ eſt hemiſperiū vite ſiue vegetatricis facultatis: vt in quo exercetur digeſtio & animalis nutritio. Sicut igitur ſol in mundo/ inter vtrūq; fertur hemiſperiū/ nūc arctico nunc antarctico preſens: ita & animalis cor/ nūc eius ſuperiora/ nunc inferiora reſpicit ac fouet. Cum ſuperiora intuetur/ eaq; focillat: exercetur aīalis ſenſatio/ & vigilare dicitur animal. Cū vero ſuperiora linquens/ ad inferiora/ vt ad ventrē conuertitur: conſopitur animal/ intermittiturq; ſenſatio: exercende vegetationis & nutritionis cauſa. Atq; hi duo cordis in animali reſpectus & motus: ſunt alterne/ vigilie ipſius & ſomni cauſe.



Illatio. Vnde fit vt ſuperi⁹ aialis hemiſperiū: vocari q̄at hemiſperiū vigilie/ diei & lucis. Inferi⁹ vero



ſomni/ noctis & tenebrarum. Et ex hac propoſitione plurima inferri poſſunt ab his: qui rectam animalis & mūdi proportionē ſeruare nouerint. Vt in antarctico hemiſperio/ plus eſſe

humidi q̃ ãridi & ſicci. & ſi qui in eo hoies degunt/ hos vẽtricolas eſſe: pluſq; vegetatricẽ nutritionis officium q̃ ſenſitiuam exercere: belutos demum & irrationabiles eſſe. Vniuerſum quoq; mundum/eſſe haud imerito vt quoddam animal: vita/ac ſenſu preditum. vita in inferiore hemiſperio: ſenſu in ſuperiore. Solis quoq; lationem & cõuerſionẽ/ vt cauſa eſt ſomni & vigilie mundi: ita & cordis in animali conuerſionem/ variũq; & ſuccedaneũ in vtraq; eiꝰ hemiſperia reſpectũ: ſomni & vigilie animalis eſſe cauſam. Et interdiu in animali exerceri ſenſationem exteriorem. noctu vero vegetationem/ vt nutritionem: a qua interna quoq; ſenſatio eleuatis/ denſatiſq; vaporibus: nocte occluditur/ atq; intermittitur. qua interpolata: verus/ perfectuſq; ſuccedit animalis ſomnus. Ad verum quippe perfectumq; animalis ſomnum: hec vt neceſſaria exquiruntur. Cordis catabaſis ſiue ad inferius animalis hemiſperiũ conuerſio. Exteriorum ſenſuum interpolatio/ Vegetatio ſiue nutritio/ Vaporum eleuatio ad cerebrum. Eorum concretio & incrudatio. que ſpectra a corde diſcludit/ dirimitq; preſentatiuam ab inſpectiua: qua interiectione/ verus ac perfectus oritur animalis ſomnus.

Vera ſõni & vigilie animalis cauſa



Animal			Mũdus				Animal			Mundus		
Senſus interior	Vapores interni	Phantaſmata	Senſus exterior	Tenebre	Subſtãtia ſẽſibilis		Senſus internus	Serenitas	Phantaſmata	Senſus exterior	Tenebre	Sẽſibilis ſubſtãtia
Verus animalis ſomnus							Imperfectus animalis ſomnus					

¶ Q; ratio in ſõno ligari nequeat eaq; preſit imaginationi. Cap. XX.

RAtio vis eſt animi ſpiritalis & incorporea: imaginatione penitior/ atq; interior.

¶ Sicut imaginatio interior eſt & profũdior/ exteriore ſenſu: ita & imaginatione ratio. Exterior eni ſenſꝰ fit a corpore/ i mũdũ: imaginatio vero ab aĩa/ in corpꝰ: ratio autẽ ab aĩa in aiam. ſenſim quippe ſe colligit aĩa a mũdo p corpus: in ſeipſã. q̃ ſicut exteriore ſenſu ſolũ conſpicaĩ/ mũdũ: ita & ſẽſu iteriore ꝓpriũ ſpeculaĩ ituetur corpꝰ. ratione vero ſibiipſi cõgreditur/ ſeq; ſolã intuetur/ cernit/ apprehẽdit. Quo fit vt rationis extrema ſint hec duo: anima/ anima. Imaginationis vero extrema: anima/ corpus. Exteriorꝰ autem



ſenſus extrema ſunt hec: anima corpus aut anima mundus. Nã vis extrinſecus ſenſitiua/ licet ſit anime poteſtas: exporrecta tamen eſt animalis podio & exteriori eius ſpecule: i corporis ſuperficie et extremitate locata/ qua propriã operationẽ exercet mundũq; coſpicatur.

¶ Vnde fit vt ratio i ſõno neq; ligari/ atq; intermitti: aut egeat/ aut poſſit. 2

¶ Ratio ideo ſõno intermitti & a proprio actu ſolui non eget: quia ſpiritalis/ incorporea & infatigabilis eſt: & in continuo actu/ atq; officio perſeuerare poteſt. Sola etenim ea vis/ diutino actu/ atq; officio flaccida & elanguida interpolãda eſt: que corporea & materialis eſt/ & quam contraria & aduerſãtia iugiter infirmare moliũtur. Vt vis ſenſitiua: que tametſi ſecundum ſe imortalis ſit & euiterna: corruptibilia tamen & emarcida habet organa/ que ab ea nonnunq; linquenda/ ac deſerẽda ſunt. Anima autem propria operatione: haudquaq; humilis/ ac terreſtris eſſe putanda eſt. Vt que ſe omni corpore & materia eximit: & in ſuamet ſubſtantia actionem (quam ratiocinationem vocitamus) exercet/ atq; implet. Eadem ipſa agens eſt & patiens: eadẽ intuitiua & preſentatiua: eadem oculus & ſpeculum: potentia & obiectũ. Primũ enim anime ſpeculum/ eſt mundus: ſecundum/ corpus: tertium/ ipſamet aia. Et que primitus oia videt in mũdo: ſecũdo ea in proprio corpore/ ſpeculat: poſtremo in ſeipſa. Mundꝰ autẽ & corpꝰ/ corruptibilia ſunt & ſepabilia ab anima. Aie vero ſubſtãtia/ indelebilis & immortalis eſt: & aia ab anima diſcindi/ diuelli & ſeparari nequit. Semper igit ſibiipſi preſens eſt anima: iugiter ſibi adeſt/ ſeq; intueri & ſpeculari in ſeſe oia/ ſine fine poteſt. Nullo quippe medio/ poteſt a ſeipſa diduci. Inter eius iudicatiuam & preſẽtatiuam inter oculum & ſpeculum/ potẽtiam & obiectum: interhiat nichil/ quo ipſa ligetur/ aut conſopeſcat: propria eiꝰ actione & ſpeculatione interpolata. Igitur neq; laxari eget anima/ quia incorporea: neq; poteſt/ quia medio nullo a ſeipſa diſcapedinata. Eget enit ẽſus vterq; & interior & exterior/ interpolatione: quia cor poreo fungitur organo. Et laxari poteſt vterq;/ quia inter ſpectatiuã corporis & ſpectatiuã mundi (Nã hec exterior/ illa interior ſenſus eſt) interhians mediũ/ vtrãq; a proprio diſcludit obiecto: hanc a mundo/ illam a corpore.

Eadẽ anima agens & patiens

Tria anime ſpecula

¶ Quemadmodum imaginatio in ſomno q̃ in vigilia/ ſolutior eſt & liberior: ita plerumq; & ratio. 3

¶ Rationalis anima eſt ex toto immortalis & a corpore ipaſſibilis: neq; quicq̃ corporis permutatione variatur/ aut permutatur. Siue vigilet homo/ ſiue ſomno ſeſe inueſpillet atq; ſepeliat: eius ratio in proprio nichilominus actu & officio perſeuerare poteſt. Sicut tamen in animalis vigilia/ internã ſenſationem haud ligari/ atq; impediri: ſed dũtaxat adumbrari & non apparere diximus/ ſopito autem animali/ liberior & ſerenior ſe prodit imaginatiue virtutis actio & ſpectrorum inſpectio: ita profecto & in ratione contingit. vt animali vigilante haud ſeſe deſerat ratio & interpoletur: ſed minus appareat. Rapit enim plerũq; ſenſus exterior/ ſecũ & imaginationem & rationẽ. vtraq; nichilominus in actu proprio & officio perſeuerante/ ſed minus apparente. Sicut & inferiores celi a prima/ ſupremaq; latione raptãtur vniuerſi: ſuos tamen motus haudquaq̃ ſinguli deſerunt/ licet modice pareant. Aſt vbi homo ſõno fatiſcens/ euictuſq; procubuit: ligato exteriore ſenſu/ interne imaginationis & rationis vires liberius parent/ liquidiuſq; a nobis diiudicantur.

Interior ſẽſus ab exteriore interdũ rapit

¶ Ratio imaginationis ac totiꝰ phãtaſtice iſpectiõis: cenſoria eſt & arbitra. 4

¶ Sicut exteriori ſẽſui preſidet imaginatio/ que eſt ſenſationũ exteriorum reſumptio & defecatio: ita & interne ſenſationi (quam imaginationem diximus) preeſt ratio/ illius arbitra & cenſoria. que eſt & defecatio & repetitio/ internarũ omniũ ſenſationũ: illarumq; permanentia & ſimpliciſſimus in imortalitate/ extra omne corpꝰ & materiãſtatus. Sicut igitur exteriores omnes ſenſationes/ ad internam vim ſenſitiuam (vt aque vniuerſe ad mare) decurrunt: ita & cõtinuo interior omnis ſenſatio/ verum animepulſitat/ ac ciet oculũ. ad eiuſq; rationem vt ad ſequeſtram & iudicem/ omnemq; materie hypoſtaſin liminantem: deferri a natura iubetur.

¶ Sine ratione ſõnia queq;/ nocturnaq; viſa: ita in re habere/ veraq; eſſe putantur. 5

¶Tolle rationem presidem/ab imaginatione: continuo pellax erit falsa/& pseudola imaginatio.putans in re ita habere: que dūtaxat i nocte et i somno spectantur. Visa quippe nocturna & spectra: vt veras mūdi substantias/ spectabit.Nam cum proprium sit soli exteriori sensui/ veras mūdi substantias intueri/ easq; interdiu haurire presētes:interiori vero proprium/duntaxat verarum substantiarum similitudinibus/ sensibilibusq; speciebus affici: neutri tamen sensui proprium est inter aut sua aut alterius obiecta ponere discrimen. sed sublimioris potentie/ vt rationis hoc peculiare esse et proprium putandum est. Exterior qp̄pe sensus:solas cum norit substantias:nulla spectra & phantasmata speculatur. Interiori vero spectra sola/non substantie ipse offeruntur. Rationi autem et spectra & substātie agnita sunt:nouitq; eorum discrimina/ac differitates.Censet igitur/ ac iudicat ratio:que nocte ab imaginatione spectantur/ tantū modo visa esse/ac rerum species:nō veras substantias. Eadem quoq; & exteriorem sensationem numerat ac librat:iudicatq; veram eam esse/ verarumq; rerū inspectionē. Itaq; vera hactenus est imaginatio:qua spectrorum et phantasmatum vera apparitio.Nam veraciter ab ea videntur & conspiciuntur phantasmata. falsa autem est:cum rationis absentia/ atq; defectu: putat spectra/ veras esse substantias. et que intus parent ita in re & mundo habere/ atq; esse. Ab sola quippe ratione:omne oritur discriminis/differitatisq; rerum iudiciū. a qua vnūquodq; sub propria ratione/ dinoscitur id esse quod est. Vt spectrum dinoscitur esse spectrum/ non substantia:et substantia sese eidem rationis oculo substantiam: non spectrum esse insinuat.

Nullus sēsiter aut sua aut alterius sēsus obiecta agnouit discrimen.

Quatenus vera imaginatio.

6 ¶Vnde fit vt internam animantiū brutorū sēsationē:seq̄tur olophantia.

¶Olophantia omniū mendaciū. Animantia bruta:ratione sunt destituta. Principatum in ipsis/ obtinet imaginatio:qua prestantiorem vim nullam/ habere creduntur. Nullum igit hisipsis inest rerū discriminis aut diuersitatis iudiciū:nulla ratiōe spectra a substātijs diducunt.sed visa queq; nocturna:velut mundi substantias inspectant. Et que in ipsis sola apparitione contingunt:ea vt extrinsecus in mundo contingentia & veraciter patrata recipiūt: Vniuersa igitur eis mentitur imaginatio.Nam ea vi orbata et expertia sunt: qua eius olophantiā deuitent/ putētq; spectra tantūmodo esse: que nocte visunt non veras substantias.

Hominis figura				
Ratio	Imaginatio	Spectrū	Sensus exterior	Substantia
	Imaginatio	Spectrum	Exterior sensus	Substantia

Brutorum animātium figura.

7 ¶Non modo animantia bruta|in sōno a spectris falluntur:sed & in vigilia ab sua imagine.

¶Animantibus brutis/ nullum inest discrimē imaginis & veritatis. omnem parentem/ visamq; aut suam/ aut aliorū imaginē:pro vera substantia vt diximus recipiunt. Huiusmodi igitur animātia/ non modo ab interno imaginationis speculo falluntur:sed & ab exteriore omni liquida et speculari substantia:in qua visitur queuis imago. Vt speculatus se equus in vndis:cōtinuo sua specie fallitur/ eāq; vt veri equi substātiā recipit/ inspectat prosequiturq;.



Fallũtur itaq; aiantia bruta & interiore & exteriore sẽsu / et in somno & i vigilia/ab oi specie & imagine/ Et non tantũ species/ non vt species recipiũt:sed & neq; substantias ipsas/ vt substãtias iuspectant. Neq; enim norunt/quod sit iter speciẽ et substãtiã discrimẽ. vt aut rerũ species vt spẽs:aut substantias/ vt substãtias admittãt. ied aut cõfuse vtrũq; aut i cõtraria ratione percipiunt. Itaq; sensib9 vtrisq; scilicet interiore & exteriore: in vtrisq; vt inspectris & substantiis/ ea falli ac decipi contingit

¶ Esse celum aliquod firmamento sublimius. Caput. XXI.

Omnẽ sensationẽ in capite: vitalem vero operationẽ i vẽtre pficit

MVndus est vt qdã aial:et eadẽ vtrisq; proportionabiliter insunt. 1

¶ Diximus vtrũq; & animal & mũdũ/ esse ex corpore & aia:& quod sit vtriusq; corpus/ queue aia. Quippe aiam ipsã:aialis esse aiam. Aial vero/ animã mundi. Ostendimus & duo in animali/ sicut & in mundo esse hemisperia. Superius vnũ aliud inferius:hoc vite/ illud sensus esse hemisperiũ. Nam in superiore aialis parte vt capite:ois pficitur/ impleturq; sensatio. in inferiore vero/ vt inventre:ois vitalis operatio & animalis nutritio adipleť. Totũ igit aial est proportionabile/ simileq; mũdo:& eadẽ vtrisq; insunt. Aialis aia/ similis est aie mundi:& illius corp9/ huius corpori. Superius quoq; aialis hemisperiũ:arctico mundi respondet hemisperio/ & inferius antarctico. Aialis extrema/ mũdi extrema respiciunt: illius quoq; medium / huius medio congruit. Amborum media sunt cor & sol:illud aialis/ hic vero mundi. Sol assidue vtraq; mundi perlustrat hemisperia:nũc arctico/ nũc antarctico pẽsens. Cor itẽ in aiali nũc sua lãpade / superi9 ei9 hemisperiũ opplet/ ipsosq; sẽsus i actu & officio cõtinet. nũc illud deserẽs/ ad iferi9 vite hemisperiũ cõuertitur:vitalẽ in vẽtre exercens operationẽ. Et nichil ꝓfecto est in aiali:quo mũd9 careat. Nichil in mũdo:quo exors et expers sit aial. Haud igitur absq; ratiõe/ in ore oim:vt triuiale quiddã/ ac protritum decantetur:& aial mũdũ/ & mundum esse animal quoddam.

¶ Mundus homini/q̃ cuiuis animalium simillimus existit. 2

¶ Vnicũ est aialis gen9:idq; specialissimũ & indiuiduũ. vnica itẽ hõis est species: & ea specialissima/ atq; idiuidua. Toti aialis generi/ inest sensus. vniuerse quoq; hominũ speciei/ indita est a natura ratio. Est autẽ ratio iferiorũ oim cognitionũ/ pstãtissima:cẽsoria(vt docuimus)& arbitra sens9 vtriusq;:quibus vt animi apex & culmẽ/ prouide iperitat ac pẽst. Cum igitur humana tota species haud aliter in toto sit aialis genere/ q̃ in sensu ratio:liquet hominẽ(qui sol9 ratiõis particeps est) cũctorũ quib9 adest sens9/ animãtiũ esse pstãtissimũ. Sicut eni sens9/ latior ac fusior est ratione:ita & aial in plurib9 est/ q̃ homo. & sicut rõ apex est & moderatrix sensuũ:ita & hõ culmẽ est & moderator aialiũ. Prestat autẽ semp id quod rarius & in pauciorib9 est:eo quod frequẽti9 & in plurib9 reperitur. Vnde fit vt mũd9 sit hoi q̃ cuiuis animaliũ similior: & satius hõ pro mũdi aia sumẽdus sit/ q̃ quoduis animal.

¶ Tantum est animal/quant9 est sensus:& quantũ sensibile. 3

¶ Nã sens9/ cũ aiali cõuertiť. oi eteni aiali et soli inest. & cui sẽ9 inest/ id cõtinuo est aial:cui nõ iest/ id minime aial esse potest. Sensibile quoq; tãtũ ẽ:quãt9 est sens9. Est eni sẽsibile sensus obiectũ. Ois autẽ potẽtia:proprio obiecto est adequata & cõmẽsurata. Porro ipsũ sensibile/ tantũ est quãtũ id spacii:quod a terre meditullio/ ad cõuexãvsq; firmamẽti circũferentiã Nã quicquid ab huiusmodi circũferẽtia ambiť:alicui subest sẽsui. si quid autẽ est ea sublimi9 sensui nulli reseratur atq; adaperiť.

¶ Sicut in elemẽtis tota animalis consistit vita:ita et in planetis vt in sole/sẽsus:& in stellis/imaginatio. 4

¶ Aialis substãtia/ est quedã quatuor elemẽtorũ concretio. & ex iisdẽ nutritur/ viuitq; aial: quib9 & ei9 substãtia coalita est & cõflata. Simile quippe/ a simili nutriť. Aialis igit vita i elementis cõsistit:eiusq; vis vegetatrix/ statuenda in elemẽtis. Porro aialis sensũ & imaginationẽ:sepius docuim9 in planetis & stellis cõsistere. Est eni sol vt exterioris sensus obiectũ. Stelle vero que sũt mundi spectra:sũt vt obiecta sens9 interioris. Nã stelle noctu & i quodã mũdi sõno:a nobis spectãtur. Vigilãte eni mũdo vt cõspicuus est sol:ita & eo dormiẽte conspicue stelle.

¶ Irrationale animal in quo suprema est imaginatio:firmamẽto ac sẽsibili mundo continetur/vt equale ab equali. 5

¶ Suprema quippe aialis irrationalis vis:est imaginatio. Hec autẽ finiť / terminaturq; fir-

mamẽto: vtvero proprio ac maximo ſui obiecto. Nã ſicut vite limes ẽ celi lũaris cõcauũ: ita et meta ſẽſ9 / cõcaua facies firmamẽti. Imaginatiõis vero termin9 / deuexa ac repãda eiuſdẽ firmamẽti ſupficies ẽ. Cõtineẽ igiẽ irratiõale aial (cui nullavis ieſt imaginatiõe ſupior) firmamẽto / eiuſq; repanda ſuperficie: vt equale ab equali. Nulla eteni vi / firmamentũ exterebrat

Terra	Aqua	Aer	Ignis	Luna	Mercuri9	Venus	Sol	Mars	Iupiter	Saturn9	Firmamẽtũ
Animalis vita	Eius ſenſus										Imaginatio
Irrationale animal equale ſenſibili mundo.											

illudq; tranſcendit. Senſum tamen habet firmamenti illiuſq; ſtellas intueri & ſuſpicari poteſt. quecunq; item ſunt ſub firmamento: illius quoq; mortalis oculo / facile perluſtrat / contuetur / attingit.

6. ¶Homo rationis particeps ſuperior eſt ſenſibili mundo: firmamentũ penetrans / illudq; tranſcendens.

¶Nam mõſtratũ eſt irrationale aial / equale eſſe ſenſibilis mũdi moli: illiuſq; ſenſus cõtineri et arceri firmamento. Homo autẽ rationis eſt particeps: cuius immortalis & muſibilis oculus / animalia irrationalia exuperat: & omnia mũdi viſibilia corpora tranſcendit / eaq; perfodit: ad inuiſibilia ſpectanda eſtaxillans / eleuans / traducẽſq; hominem. Sicut enim viſibilis animalis oculus / viſibilium eſt inſpector corporum: ita & inuiſibilis rationis oculus inuiſibiliũ. Ex hac manifeſtum eſt / hominem haudquaq̃ contineri firmamento / aut ſenſibili mundo: cum ſit vtroq; maior et ſuperior. Impoſſibile enim eſt vt a minore / contineatur et aberceatur id quod maius & inſignius eſt. Illatio.

7 ¶Vnde fit vt aliud ſit celum rationis inuiſibile / firmamento ſublimi9: perinde atq; et imaginatione ratio.

¶Sicut res natura perfecta & tota / ex quattuor conſtat elementis: ita & homo mundi culmen / ex quattuor cõflatur elementis: vita / ſenſu / imaginatione & ratione. Eius vita ſita eſt vt diximus in elementis: ſenſus in planetis / imaginatio in firmamento / ſiue in ſtellis. Rationautem firmamento ſublimior: ſupereſt vt in interiore aliquo & preſtantiore celo locanda ſit / natura inuiſibili: firmamẽtum / omnẽq; ſenſibilẽ mundum complectẽte. Ambit enim ratio / inferiorẽ oẽm anime vim: eiq; cognita ſunt / quecunq; & ſenſu & imaginatione capiũtur. Et ſicut in homine / ſpectra haudquaq̃ ſunt ſupreme eius ſpecies: ſed dũtaxat ſpecies & obiecta imaginationis. Alie vero ſũt animi interiores / ſimpliciores / defecatiores / verioreſq; ſpecies que ſunt rationis proprie & inuiſibiles: ita & in mundo ſtellas haudquaq̃ vltimas defecatiſſimas / ſupremaſq; eſſe mundanarũ ſubſtantiarũ ſpecies arbitramur. neq; firmamẽtum ſimpliciſſimum & puriſſimum eſſe celum. ſed vt aliud / aliquod celũ eo abditius / ac celſi9 fateamur: nos cum natura tum ratio ipſa impellit. in quo rationales & inuiſibiles nature mundiq; ſpecies aſſeruẽtur: perſimiles his ſpeciebus que ſunt in anima. Hoc autẽ celum nũcupare poſſumus rationis & animarũ celum. quo fortaſſis beatorũ anime (poſteaq̃ mortalium ſuorum corporum clauſtris / vrgente mortis neceſſitudine exceſſere) emigrare a deo iubentur. Et in quo vera beatitudine (proxime atq; attigue angelicis choris) potiuntur: iteger rimam future ſue reſurrectionis & immortalitatis ſpem preſtolantes. Veriſſime & proprie animi ſpẽs

8 ¶Sicut rationali aie / vires duas ratione ſuperiores tribuim9 intellectũ & mentem: quibus in angelum ſeſe / deumq; effaxillat: ita & rationali celo / geminos alios ſublimiores et inuiſibiles celos: abſq; iniuria aſſeuerare poſſum9 aliud intellectus et angelorum / aliud vero mentis deiq; celum.

¶Licet aliquo pacto ſecundũ anime vires / metiri vniuerſum et ipſa ingentia mundi corpora: quos celos nuncupamus. Eſt enĩ anima (precipue rationalis) vniuerſi numer9. Inſũt autem generatim / anime vires tres: ſubſtantiua / vitalis & cognitiua. Quicquid enim eſt: aut cognitione / aut vita / aut ſubſtantia preditũ eſt. Vis ſubſtantiua ſimplex & impers eſt: q̃ anima dat eſſe corpori. Porro vitalẽ / quadripartito diuidimus: in digeſtiuã ſiue corruptricẽ alimenti / In nutritiuã ſiue diſtributiuã eiuſdẽ alimẽtarie ſubſtantie per ſingula corporis mẽbra. In augmẽtatiuã et in genitiuã ſiue propagatiuam: quod eſt ſupremũ vitalis virtutis officium. Deniq; vim cognitiuã: partimur in ſenſum / imaginationẽ / rationem / intellectum et mentem: de quibus prius loquuti ſumus. Senſus autem cognitio: in quinq; ſe ramuſculos aperit / ac diſtribuit. vt in auditũ / viſum / olfactũ / guſtũ & attactũ. Cunctis tamẽ his aniGenerati tres eſſe aie vires. Vis ſubſtãtia ſimplex Vitalis q̃dripartita


Mēs
Incor cogn.
Intel lect9
Ratio
Ima gina.
Audi tus
Visus
olfa ctus
Guſt9
Tact9
Moti ua
Pro paga.
Aug mēta.
Nutri tiua
Dige ſtiua
Sub ſtātiua
Vege tati.
niue ieyit9
Dei
Ange lorū
Ani marū
Firma mētū
Satur ni
Iouis
Mar tis
Solis
Vene ris
Mer curij
Lun
Ignis
Aer
Aqua
Terra
Celi uuli
Oia mūdi cor.
elemē ta

me viribus/ vis motiua est addenda: perfecte exterioris sensationis emula/ & naturalium necessitudinū prosecutiua. Quibuscunq; enim rebus/ perfectus adest sensus: he & sese de loco in locum trāsferendi/ habent potestatem. Vniuersas igitur rationalis anime vires pen thadecadis numero emetimur: vt substātiuā/ corruptricem/ siue digestiuā: nutritiuam/ augmentatiuam/ propagatricem. Tangendi/ gustandi/ olfaciendi/ videndi audiendi. Phantaticā siue imaginatricē/ ratiocinatricē/ itellectiuā & supremā mentis portionē: qua soli deo congredi anima monstrata est. Quo fit vt ad numerū animaliū viriū/ mundi corpora metientes: a terre et mūdi medio/ ad vndecimū vsq; celū et decimūquintū mundi corpus: per uenire sit necesse. duosq; esse celos inuisibiles: supra celū rationis rationaliūue animarum. Sunt enī supra rationē/ cognitiones due spiritales & inuisibiles: intellectus & mens/ hec solius dei/ ille angelorū. Duo quoq; sunt supra rationalē animā/ beatissima entia: angelus et deus. Angelus prima creatura: deus vero increatus/ solus ab eterno subsistens/ oīm author creaturarū/ omniscq; substantie fons/ atq; initium.

Vniuerse anime vires quinque decim. Illatio

9 ¶Vnde manifestum est supra firmamentum/ tres ad minus esse celos simplices & inuisibiles: primūq; mobile esse angelorum celum.

¶Sicut trina est cognitio imaginatione celsior/ inuisibilis & incorporea: ratio/ intellectus/ mens: ita & rationabile est tres ad minus supra firmamentū/ esse celos simplicissimos/ liquidissimos & inuisibiles. Celum rationis & animarū/ Celū intelligentie siue angelorū: & extremū celū quod est mentis celū: diuine beatitudinis (si dicere licet) accubitus & humano more definita mansio. Sunt autē hi celi natura inuisibiles; vtpote simplices & immixti/ carentes actu & potentia. Ceteri quippe celi a firmamento/ ad lunē celum: differentias habēt actus & potentie: qui & suis ipsorū actibus/ mortaliū oculis pandūtur. Eorū enim potentie sunt ipsimet celi: actus vero sunt infixi illis planete & stelle. nullū quippe celū p se/ ac suapte natura spectabile & visibile est. sed videri a nobis dicuntur/ quia eorū actus vt planete & stelle a nobis spectantur. Vltra autē firmamentū: nullus aut planete aut stelle relīquitur locus. sed puri illi sunt/ simplices & imixti: visibili actu ideſt planeta aut stella carentes. Porro rationi perq̄ cōsonum est/ angelorū celū (quod a luna decimo numeratur loco) esse primū mobile. cuius motui/ inferiores oēs lationes obtēperant & ab ea raptantur. Est enim angelus prima creatura: primitus & ante omnē aliam creaturā a deo condita. cunctis creaturis eminentior/ & que post deū vniuersis presidet: ferēs/ regēsq; post deū vniuersa. Diuinū autē celū imobile esse volunt: sicuti & deus est omniū rerū eterna & immota sedes.

Qui simplices celi. Qui celi actu & potentia differentes.

Cap. XXII.

¶De successiua et permanente qualitate.

1 Qualitas que fluxa et continue succedanea est: stabili ac permanente qualitate/ est natura perfectior.

¶Qualitates fluxe: sunt vt sonus & lux. que continuo euanide disparent/ subsistuntq; dūtaxat cum fiunt. Permanentes vero sunt vt color/ odor/ sapor. Tactq; qualitates calor/ humor/ algor/ siccitas. He enim fixe sunt & in suis stabilite subiectis. quas ideo instabilibus constat minus esse veras/ minusq; perfectas: q̄ instabiles sint maioris/ liberioriscq; plenitudinis. q̄ semotiores a materia & ab opacis/ solidisq; corporibus: q̄ deniq; a sublimiore/ fortiore & prestantiore causa assidue producantur atq; reparētur. Immutabilis enim causa & que eodem semper se habet modo: singulis momentis idem potest/ cum vis ipsius haudquaq̄ lassescat atq; minuatur. Vnde fit vt semp eūdē & simul totū proferat effectum. Que autem vis/ pusilla/ terrena & materialis est sita in contrariorū loco: diuidue ac particulatim fœneratur. Sui teneī effectus priorē in subiecto/ manere iubet partē: vt posterio rum aduentu/ tota se in subiecto prolata qualitas intendat/ suoq; numero perficiatur & cōpleatur. Profertur quippe permanens affectio: ab infirma & imbecilla causa. que diuidue & secundum numerum agit/ proferens prius vnum/ posterius aliud. vt ex pluritate partium totus vnus concrescat ipsius effectus. vt ignis prius exiguum in aquā/ q̄ totum caloremin-ducit. & qui primo productus est calor/ in aqua manēs: secundi prestolatur aduentum. deinde tertia caloris pars/ duabus primis ab igni superuenit. Dein quarta: quoad tantus sit in aqua feruor/ quantus esse aut natus est/ aut potest. Euanide autem qualitates: nobiliore & prestantiore modo/ a suis prorūpunt/ educunturue causis. Nam vnice/ ac tote simul oriuntur: nō frustulatim/ secundum numerum/ aut parte post partem. Lux enim simul oritur tota: pari pacto sonus et vox. & he rursus maioris sunt plenitudinis/ amplioriscq; diffusionis q̄ ille permanentes.

¶ Fluxe qualitatis numerus/in vnitate et indiuisibiliter profertur: permanē tis vero numerus/diuisibiliter profertur & in numero.

¶ Omnis qualitas/in quodā numero consistit. Eius enim intentio: est quedam graduum & partium multitudo. Sed vt in superioris propositionis ratione dictum est: successiue & presentanee qualitatis numerus/ haud in numero: sed indiuisibiliter & in vnitate elicitur/ simul totus/non parte post partē. Permanentis autē qualitatis causa: eam numeratim & secundum vnitates elicit/ totamq; per partes intendit.



¶ Linee quibus vtraq; qualitas ab sua causa/i subiectū manat: sibiinuicem sunt perpendiculares.

¶ Ad huius intelligentiam hec tibi propone: causam efficiētē siue producentē/ Subiectum quod patitur ac recipit. Tēpus in quo fit actio. Mediū/per quod a causa ad subiectū fit ipsa emanatio. Que producūt qualitates aliā pmanētē/ aliā mometaneā. Nēpe horū vnicuiq; propriā aptabim⁹ lineā. Sit igit quadrat⁹ a b c d. cuius sinistrū lat⁹ a b/ sit linea efficiētis cause: vtrāq; q̄litatē & pmanētē & successiuā ex sese ꝓferētis. Dextrū autē latus c d ei oppositū sit linea subiecti/ qđ vtrāq; recipit qualitatē. Debet eni subiectū oppositū esse efficieti cause: eiq; secūdū rectū & ex aduerso cōstitui. vt liberā ac patulā ei⁹ i sese recipiat actionē. Superius latus a c/ sit tēporis linea: in quo fit qualitatis ꝓductio. Infer⁹ latus b d/ sit linea medij/ vt aeris aut aq̄: quo distat subiectū ab ipsa causa/ quoue ipsa qualitas manās a sua causa/ fertur deuoluiturq; in subiectū. Hoc eni quadrato perpulchre ois exprimitur/ pingiturue actio. Cū igit pmanens qualitas/ a sua causa ꝓdeat secūdū tps(vt cui⁹ pars in parte tēporis & in toto tēpore tota proferē)in eo quadrato/ permanētis qualitatis ꝓductio ac linea: pigenda est inter lineā cause & lineā subiecti/ a linea tēporis equidistans. vt cui cōmensurāda est: & tota toti eiusq; partes partib⁹ coaptāde. Sit itaq; hec linea e f. quā seco mediā pūcto g a quo in vtrāq; partē/ extēdo sup e f ꝓpendicularē/ ad fines vsq; quadrati q̄ sit h g i. quā dico esse vt lineā/ ꝓductiōis successiue q̄litatis a causa a b/ in subiectum c d. Tota quippe linea e f/ manat a causa a b: i toto tpe a c. & ei⁹ pars prior & āteriorvt g f: i āteriore & prior tpis pte/ vt i tpe h c. posterior quoq; ei⁹ ps/ & q̄ posteri⁹ a causa manat: scilicet e g: i posteriore tpis parte/ vt in a h ꝓferē. Et tota linea e f/ a linea tēporis a c equidistat & ab ea cōmensurat. Est igitur linea e f/ vera pmanētis qualitatis linea: vt ab sua causa/ in toto tēpore manat/ ꝓfertur q; in subiectū. vtue pri⁹ & posterius/ parte post partem profertur. Intenditur enim & elicit eius numer⁹ i numero: parte priore in subiecto pmanēte: quoad suprema pars iducta/ totā qualitatē intēdat/ eiusq; numerū cōpleat. Successiua autē qua-



litas/ cũ tota simul eliciatur a sua causa: eius intensio siue numer⁹/ tẽpori minime est coaptandus/ equãd⁹/ aut subijciendus. Hec eni quouis tẽporis momẽto: noua totaq; elicitur. Linea igitur h g i/ succedanee cõpetit qualitati. Nam equidistat vtrinq; & a causa & a subiecto: nullã anteriorẽ/ nullãue posteriorẽ habens partem. Tota quippe linea h g i: simul exit a linea a e b/ simulq; tota recipitur in subiecto c f d. Non eni eius pars h g ante g i: neq; g i ante h g profert. Neq; tota linea h g i/ profert in toto tẽpore a h c. sed in istãti tẽporis/ vt i h in quo solo pseuerat. in alio autẽ quouis instanti: noua alia succedit/ atq; profert. Successiua igitur qualitas/ indiuisibiliter intẽditur. eiusq; numerus haudquaq̃ in numero & tẽpore: sed in vnitate & momento elicitur. Eius itẽ linea qua exit ꝓmiturue a causa: ad ꝑmanẽtis qualitatis lineã/ est perpẽdicularis. Hec eni est quedã latitudo/ a sinistro in dextrũ. Illa vero q̃dã longitudo/ ab imo in altũ. Et ex hac propositione/ iterũ manifestũ est instantaneã qualitatẽ stabili/ ac ꝑmanente potiorẽ esse/ ac prestãtiorẽ. Instãtanea eni qualitas/ eo pacto a sua causa proficiscitur/ quo & angelorũ genus/ a suprema oim causa/ diuinaq; bonitate suã traxit originẽ. Fixa autẽ affectio/ eũ habet ortũ: quẽ & hũana species a deo. Angelorũ quippe genus/ totũ simul a deo in esse prodijt. Omnes quippe angeli in instãti creati sunt: non alius alio prior aut posterior. Humana autem species minime simul tota: sed parte post partem indies oritur & a sua causa proficiscitur. Vnde fit vt et angelorũ numerus/ vnice atq; indiuisibiliter sit productus: sicut & linea h g i/ exit ab a e b. Humanus autem numerus: multipliciter/ ac diuisibiliter secundum tempus explicatur: sicut & linea e g f/ ab a e b profecta est. Et angelorum creatio/ in lõgitudine est facta: hominum vero successio in latitudine perficitur. illorumq; linea/ ad horum lineam: rectangula et perpendicularis reperitur.

Illatio.

Illatio.

¶ Qui sensuum/ ceteris sint perfectiores. Cap. XXIII.

1 HI sensus quibus est obiecta succedanea qualitas/ his ꝑfectiores sunt a quibus permanens qualitas sentitur.

¶ Liquet hec ex precedente. Nam is profecto sensus est prestantior: cuius nobilius est & potius obiectum. Succedanea autem passio/ permanente affectu: est natura prestantior. Igitur & is sensus a quo fluxa hauritur affectio/ eum precellit: qui materialem & permanentem captat qualitatem. Vt auditus et visus/ ceteris perfectiores & potiores sunt. Siquidem sonus et lux/ inter fluxas qualitates principatum obtinent: quarum hec a visu/ illa ab auditu prehensatur. Odor autem permanens est & stata qualitas. Similiter et Sapor/ & elementaris omnis passio: Calor/ Frigus/ Siccitas/ Humor.

Son⁹ & lux fluxarum qualitatũ precipue

2 ¶ Omnis item sensus/ quanto in animalis corpore aut loco sublimior/ aut disclusiore organo fuerit: tanto perfectior.

¶ Tactus (vt dictum est) sensuũ imus est & abiectissimus: post quẽ gustus/ alimentarie substantie arbiter. Post tactum/ olfactus/ gustu & eminentior & prestantior. Olfactum superat visus: et loci eminentia & dignitate. Auditus deniq; et hunc visum & ceteros omnis: & situ et nobilitate precellit. Nam tametsi in homine videãtur auditus sensoria/ haud sublimiora esse oculis: in cunctis tamẽ animalibus secus accidit⁹ in quibus subesse auribus/ oculi liquido cõspiciuntur. Rursum & aliud recensetur/ perfectionis ipsorum sensuum iudicium: scilicet suorum organorum disclusio. Nam sicut mediati sensus/ siue qui medio aliquo (vt aere aut aqua) exercentur: ijs prestant/ qui immediati sunt & cominus sentientes/ quales sunt tactus et gustus: ita & hi sensus/ qui sensorium diuidunt: eos antecellunt/ qui coniuncto sunt et indiuiso seusorio. Primus autem qui sensorium aperit/ diuiditq; olfactus est. cuius sensoria/ perexiguo dissita sunt interuallo. visus discuneatior/ plus sese aperit. Auditus plusq̃ ceterorum nullus: dissectus/ diuisusq; reperitur. Exteriorũ igitur sensuum: trina est perfectionis aut impfectionis causa: prima ꝙ imediati/ aut mediati: secunda ꝙ indiscluso/ aut discluso sensorio: tertia deniq; ꝙ minus/ magisq; discluso.

4 ¶ Vnde fit vt auditus: sit et visu et ceteris cunctis prestantior.

¶ Nam visus & auditus licet mediati ambo & medio aliquo/ vt aere aut aqua exerceãtur: auditus tamen visu/ est & loco sublimior & organo disclusior. Est igitur & visu prestantior. Rursũ is sensus perfectior est: q simplicior/ aut simplicioris obiecti. Atqui audit⁹ est visu/ simplicior: qn̄ doq̃dẽ vni⁹ ẽ & simplicis obiecti/ & soli⁹ momẽtanee q̃litatis vt soni. Nichil eni ꝑter sonũ: subire aures/ auditũq; cicte natũ ẽ. Vis⁹ autẽ aut itermixt⁹ ẽ: aut solũ ꝑmanẽtis/ materialisue qualitatis sẽs⁹. Intermixt⁹ ẽ: si dixeris visibile eẽ lumẽ & precipuum visus obiectum

Lux visibilium actus

Si autem lucē non visibilē dicis aut visus obiectum: sed eorū que visibilia sunt/ vt colorū esse actum: erit visus tantum permanentis & imperfecte qualitatis sensus. Est eni color idip sum: quod veraciter spectabile & visibile sit. Lux autē non veraciter visibilis/ sed visum omnem exuperans: & visibiliū omniū/ vt colorū actus: colorū species/ in visum eliciens. Eteni lux in visu perinde se habet atq; in auditu motus. Siquidē motu sonus ois/ sonue species i aures perfertur. isq; cum inaudibilis sit: omniū tamē audibilium est act9. sine quo neq; son9 elicitur/ neq; in aures soni defert species. Ita et lux ē sine qua nullus visitur color/ nulla coloris species in oculis recipitur: veruscq; visibilium actus/ sicut & motus audibilium. Hebetior igitur visus/ auditu subsidentior & impfectior. vtpote qui subsidētioris & materialioris qualitatis/ vt coloris est sensus. Auditus autē verioris & nobilioris vt soni. Q; si peruicatius contenderis lucē/ veraciter esse visibilē/ & vt quoddā visus obiectum: ideoq; nobilissimū esse visum/ cuius nobilissima qualitatū lux/ est peculiaris: dico ego quoniā et hac quoq; in parte visum precellit/ audit9: vt & luce/ sonus est natura prestātior. Nam ea nobilior est qualitas: que minus frequens/ minusq; cōmunis est & a nobiliore causa proficiscens. Lux autē sono numerosior est/ pluribus sueinest: et in eis/ semper est in actu. Nēpe in sole atq; igne/ lux assidua. In plerisq; animatis/ vt in alburnis/ fungis & nonnullis vermiculis: fulgor assiduus conspicitur. Sonus autem in nullis corporibus/ est iugis atq; assiduus: sed simul vt factus est/ reperitur euanidus. Precipuus itē nobilissimusq; sonorū vt vox: a solo profertur animato corpore & ab anima. qua nichil in mundo prestantius. Hec eteni ipsos etiā celites orbes ethereosue thalamos (a qb9 in mundū spargitur lux) exuperat/ omneq; visibile corpus transcendit Est igitur sonus vt vox/ luce prestantior. vt cuius causā scilicet animā: celsiorē esse liquet sole totius lucis causa. Erit itaq; et auditus merito visu sublimior et prestantior. Omnis quippe visus clauditur/ finiturq; firmamento: quo & visibilis omnis lux et omne visibile continentur. Auditus autē firmamentū transilit: ad inuisibiles vsq; celos pertingens. in quibus rationalis anima veriſſimi soni totiusq; vocis causa: prius a nobis est collocata. Denicq; et qui doctrine sensus/ geminos esse aiunt auditū ac visum: hunc scripture/ illum vocis esse predicant. Est autem vox/ anima & vita scripture. Littera autem vocis retinimentum/ atq; hypostasis. Si igitur vox scripturā vincit: erit profecto & visu/ potior auditus. Et tanta de horum vtriusq; sensuū precellentia/ aut ignobilitate dicta sint: vt liminemus proteruam quorundam insciciam. qui ceco fascinati errore (q9 visus plures fortassis nobis/ q̄ auditus rerum differentias presentare atq; expatare videatur) visui posse gare solent auditum/ censentq; huncillo ignobiliorē. Quandoquidem minime aduertunt honestiora & prestantiora vt plurimū esse: que vsus quidē & famulatus minoris comperiantur.

Qualitas minus frequēs nobilior.

Audit9 firmamento superior

¶ De duplici discendi modo. Cap. XXIIII.

HOmo disciplīne capax: aut nature/ aut hominis alterius magisterio hausit/ didiscitq; vniuersa.

¶ Humanus intellectus (vt sepius in libro de intellectu dictū est) ab initio inanis & vacuus est/ omnis intelligibilis specierum exors. creatus enim est in ignoratiōe omnium/ tanq̄ vniuersorū spiritalis potentia: omni intelligibili specie affici/ atq; impleri nata. Coniunctus igitur intellectus sensui: vt id fiat quod natura fieri potest & fieri natus est/ sese quodāmodo corporis exerēs claustris/ vniuerso adest mundo. a quo siue a cunctis que in eo sunt substantijs/ sensuū imprimis famuletio: sensibiles captans species euadit (vt in libro de intellectu docuimus) omniformis. Et hec est primaria & antiquissima hominis eruditio a mundo/ siue ab ipsismet sensibilibus substantijs/ siue a natura. Quippe naturā appellare possumus/ quicquid est extra hominē: vt mundum/ aut mundanā omnē substantiā. Affuit itaq; primitus homini mundus/ aut natura: cuius magisterio hausit/ didiscitq; vniuersa sine voce/ sine scriptura: sensibili contēplatione mundi & rerum omniū que sub celis visuntur aspectu. Earū quippe ductas/ receptasq; species: intus retentat/ continet/ seruatq; in memoria. et quarum numerus/ habitus/ plenitudo: hominis est scientia doctrina & perfectio.

Quid natura

¶ Vt homines primi omnia a mundo didicere: ita & secundi a primis.

¶ Homines prisci/ haud immediatiores/ propiores & cognatiores mundo extitere secūdis hominibus. vt hi dūtaxat ab ipsis/ ipsi vero a mundo/ omnia hauserint atq; didiscerint. sed quia eis hec necessitudo icubuit: vt hominū penuria/ ab solo mūdo edoctitarent euaderētq; seipsis perfecti. Posteri vero ac nostrates homines/ vtroui9 modo aut inquā priscorum mo-

numẽtis/ siue ab hoīe: aut animaduersione & speculatiõe mũdi/ siue a natura edoceri atq; erudiri possunt. Non enim plus abest ab eis mũdus/ q̃ a patribus abfuit. aut minus nostros ciet sensus/ in eosq; sensibiles propagat species: q̃ illorũ motitauit. Sed eodẽ tenore & mũdus & mundana rerũ species perseuerantes: hodie quoq; hominem vt affinẽ norunt/ vt minorem mundũ/ minorisq; mundi filium: vt spiritalem suam potentiã/ suiq; capacem/ facultatẽ: vt ea illa impleatur/ perficiatur/ fiatq; omnigena. Assunt igitur homini indies (vt & prius) vniuerse sensibiles substantie. illum circunstant/ ferunt/ saluant/ nutriunt/ vegetãt seq; illi expatando erudiunt. Vnde fit vt maior posteris & nostratibus/ q̃ illis priscis insit cautela: & pene de disciplinis facultas. Illi nãq; vt qui hoīb⁹ caruere: ab sola natura edocti sũt. Nos vero q̃cũq; ab antiquis illis manarũt & ipsa erudiũt. & presentẽ habem⁹ naturã/ a qua vt rerũ magistra & sapiẽti opifice: singula ipsi scrutari & reqrere possum⁹/ vniuersa sensu hauriẽtes.

Mũdũ eo mõ nobis adesse quo & priscis affuit.

Illatio.

¶ Hominis doctrina ac scientia/ haud est in mundo: sed i eius mente. neq; i

3 sensibilis speciei habitu: sed in intelligibilis plenitũdine consistit.

¶ Hominis disciplina/ ac scientia: neq; i mũdo est/ neq; in exteriore sensu neq; in interiore/ siue imaginatione. quandoquidẽ hec aut materialia & corporea sũt: aut materialib⁹ corporeisue funguntur organis. Hominis itẽ scientia/ minime sensibilis species est. Supereſt igitur vt hec/ sit intellectualis & defecatissima rerũ naturalium species: in hominis mente/ atq; intellectu recepta. Hic enim mentem/ intellectũ & rationem: pro eadem spiritali/ inuisibili/ imateriali/ incorporea & icorruptibili hois potentia aut cognitiõe/ sumi volum⁹. Sicut enī hois sciẽtia icorporea & incorruptibilis est: ita & eãdẽ i imortali & icorruptibili ei⁹ vasculo recipi & cõtineri oportet. Nichil autẽ est i hoīe imortale/ nichil pereuũ/ nichil sẽp. idẽ: ꝑter eius mentem/ siue intellectum/ siue rationem. Nam licet vis sensitiua & imaginatiua/ sint immortales & ab anima inseparabiles: organis tamẽ fungũtur corporeis. hec enim corpore/ illa in mundo exercetur. Sunt autẽ & corpus & mũdus corruptibilia: & que corruptione ac mortis interitu/ ab aīa facessere eamq; linquere cogũtur. qua demũ organorum abiunctione propriã vtriusq; sensus actionẽ interpolari/ atq; itermitti necesse est. qñdoquidẽ separata potẽtia ab actu/ siue ꝑsẽtatiua a iudicatiua/ aut spectabili obiecto a se spectãte facultate: nulla possibilis/ aīe supereſt actio. Propria autẽ aīe opatio/ organo exerceẽ imateriali & icorporeo: fit enī ab aīa/ i aīa. Presẽtatiua ẽ aīa: et iudicatiua siue speculatiua itidẽ aīa Actus est aīa & potentia aīa. Similiter & potentia aīa & obiectũ aīa. Speculatur enī anima in seipsa omnia: eiusq; speculationis actus/ aīa est & pars eius impassibilis/ quem agentem intellectum vocant. Eiusdem vero speculationis potentia/ in qua reseruantur omnes intellectuales species & a qua ipsi presentantur/ obijciũturue actui: iterũ anima est & pars anime possibilis/ quem patientem/ possibilẽue intellectum siue intellectualem memoriam nuncupamus. Cum igitur inter agentem anime partem & possibilem/ siue inter propriũ eius actũ & organũ (Est enim possibilis intellectus agentis organũ) interhiare possit nichil nilue hãc ab illa discludere/ atq; disiungere: hinc tota anime substantia/ perhibetur esse imortalis & indiuidua/ sẽper sibi presens. dicitur q; in actu continuo/ iugiter posse versari & propriã operationem exercere: siue sit in corpore/ siue extra corpus. Vt que in propria memoria/ gestat sua omnia: habetq; iugiter presentes & obiectas rerũ omniũ species. que sunt imortales ei⁹ diuitie: a quibus ipsa sciens/ contemplatiua & perfecta censetur.

Quid i homie morta le

Causa vna imortali tatis aīe

4 ¶ Hominis scientia/ est tertie speciei habitus: ab anima immobilis.

¶ Prima qua homo fertur/ cieturue species: est mũdi/ mũdaneue substãtie species. a mũdo in exteriore sensu recepta: in qua minime consistit hominis doctria. Secunda est ea species que i iteriorem sẽsum/ ab exteriore penetrat & in interiore asseruatur: vt spectrũ/ siue phãtasma/ in qua neq; sciens homo nominatur. Tertia est que defecatior in aīe potentiã & interiorem memoriam/ ab interiore sensu manãs: in ea recipitur & a qua nusq; emigrat/ nũque dimouetur. Quandiu enim saluatur interna anime memoria: tandiu & que in ea reposita sunt/ salua inuiolataq; perdurãt. nil ab ea interit/ nichil obliuione deteritur: quod semel est facta (vt in libro de intellectu diximus) sempereſt. Fidelis enim est: & fidele eius promptuarium. Quicquid illi commit̃itur in prõptu est/ in propatulo est. omnia ipsa promit/ refert presentatq; speculatiuo intellectui: quicquid ab illo primitus captauit. Hominis igitur scientia: haud in prima/ neq; in secunda: sed in tertia & rationali consistit specie. que recepta est in eius interna mẽoria: & que non minus est imortalis/ q̃ aīe mẽoria/ pãssibili/ siue intellectus. Prima siquidem qua afficitur homo species: est inter mũdum & eius corpus. Secunda inter

prima hominis spẽs. Scda spẽs. tertia spẽs

Fidelis memoria.

corpus & animã. tertia inter animam & animã: id est inter anime actũ & eius potentiam. Sed & mundus a corpore & corpus ab anima/ separari possunt: aia vero ab anima ideſt eiꝰ actus a potentia: nullo discludi/ aut separari potest interitu. Et hec vna causa est: perpetuitatis & humane totius anime & omnis eius disciplinę/ vniuersarumqꝫ virtutũ. prima eteni species/ cum in mundo sit: cum ipso mundo interit. secunda vero/ que spectrũ & phãtasma

Sẽsibilis spẽs	Spectrum	Rationalis	
Mundus	Corpus	Anima agens	Anima possibilis
Pria spẽs	Scda species	Tertia species	

dicitur eũ sit in corpore/ vt in cerebro: corporis quoqꝫ resolutiõe/ resoluitur/ disperitqꝫ. Tertia vero perpeti sede/ in aia locata: interire aut oblitterari nequit. Hominis itaqꝫ vera perfecta & immortalis sciẽtia: neqꝫ est sensibilis species/ in sensu: neqꝫ in imaginatione/ phantasma. sed rationalis species/ in anima: similis his mundi speciebus/ que supra firmamentũ in rationali celo continẽtur. & que sunt vere mundi species: prestãtiores stellis/ & in quibus est verior q̃ in stellis mundi essentia.

¶ Sicut homo a mundo ancillante sensu doctus euasit: ita & hominem homo neminem, haud aliter q̃ sensus famuletio erudiuit. 5

¶ Cõstat ex his que prius dicta sunt/ geminos esse hũane eruditionis modos. primum quo homo a natura & mũdo haurit vniuersa. Secũdum quo homo/ ab homine. In primo igitur docẽdi modo: dissimilia sũt extrema/ mũdus & humana mens. In secũdo vero extrema sũt similia: hois inquã & hominis mẽs. Atqꝫ in illo primo/ vacuã hominis mentẽ/ mũdus p medios sensuũ tubulos ipleuit. proferens sensibiles species/ quarũ defecatione: orta est intellectualis/ siue rationalis species: cuius habitus & plenitudo in humana mente/ dicitur homis virtus & disciplina. In hoc vero secũdo quo hoiem homo erudit ac docet: plena perfectaqꝫ mens/ hominis a natura primitus eruditi: vacuã alterius hois/ implet animã similesqꝫ ijs quos a natura hausit & in mẽte seruat cõceptus/ notiones & rationales species: in eius mẽtẽ transfert. Atqui trãsferri neqt aut ꝓpagari de aia in animã/ de mẽte in mentẽ conceptus: nisi sẽsuũ medio & adminiculo. quãdoquidẽ mẽs mẽti/ reserari & manifestari neqt attigua ac nuda. vt pote que interstitibus amborũ hoim corporibꝰ: adinuicẽ discluse/ dissiteqꝫ cernũtur. Et eo pacto quo rationalis species/ orta est in mente pria: eo quoqꝫ mõ in scda mẽte oritur atqꝫ profertur. In prima autẽ mẽte eius qui nature magisterio doctus euasit: eadẽ species sesuũ orta est famuletio. Orietur igitur & in scda mente/ a prima mẽte: sesuũ admiculo.

Mũdus	Medij sensꝰ	Prima mens	Medij sesꝰ	Secũda mẽs
Primus docendi modus		Secundus docendi modus		

6

¶ Secundus docendi modus: primo est liberior & vegetior:

¶ Nã propior & cognatior est homini hõ: q̃ mũdus hoini. igit & liberius ac vegetius hoiem homo: q̃ mũdus instruit/ ac docet. Rursũ si (vt in hoc opere diximus) homo est anima mũdi erit vtiqꝫ & reliquus mũdꝰ vt hois corpꝰ. At qui aia/ vita est corporis/ eiusqꝫ nũerꝰ & ratio. vegetior itaqꝫ & prõptior est is modꝰ quo homo docet ab homie: q̃ quo eruditur a mũdo. docetur eni a mũdo/ tãq̃ a corpore. Ab hoie vero tãq̃ ab aia Demũ verius omnia in mẽte/ q̃ in mũdo subsistunt. Sunt eni in mente tãq̃ in idea/ identitate/ quidditate vnitate: simplicia/ coniuncta/ defecata & sine materia. In mũdo vero sunt in nũero/ in alteritate/ participatõe: composita/ dissita intermixta & in materia. Verius igitur/ ac liberius a mente exprõptrice: mens alia recipiet/ percipietqꝫ vniuersa q̃ a mundo.

¶ Quibus mediis: mẽs mẽti exprimitur/ paratqꝫ disciplina. Cap. XXVI.

Ius que in mente/ siue in anima est notionis/ que & hominis sciẽtia vocitatur: gemina est expressio vox & scriptura. 1

¶ Interior notio que mẽti/ siue aie inest: secũdũ se icõmunicabilis & insensibilis est. Nullo eteni sensu: neqꝫ aie substantia/ neqꝫ vniuersa que in ea sunt hauriunt. Ea igitur conceptio/ notio & intellectualis siue rationalis species/ que est anime/ mentisqꝫ plenitudo/ que & lux hominis/ habitꝰ & scientia vocatur: cũ sit anime peculiaris & propria & ab anima in animã de mente in mentẽ traduci/ aut emigrare nequeat: haud aliter q̃ sẽsibilibus mediis/ voce & scriptura/ fit extra animam: alijue anime reseratur & adaperitur.

¶ Vox anima est scripture & succedanea: scriptura vero vt vocis corpus & 2

fixa. Est et hec vísibilis & absentium: illa vero audibilis & presentium.

¶ Vox anima est/ spiritꝰ & vita scripture: perinde atq; aia/ corporis est vita. Scriptura autē vocis est retrimentum/ fex/ subsidentia/ hypostasis/ corpꝰ & oim vltimum. vox succedanea qualitas est: & est solum cū fit/ atq; profertur. Scriptura stata fixa & permanēs est. Illa ciet duntaxat presentes & loco & tēpore. Hec longo etiam & loci & temporis interualio/ dissitos/ distantesue motitat/ docet/ erudit. Illa auditu/ hec visu percipitur. Vnde fit iterum vt auditus/ sit visu longe prestātior. Est enī auditus aie sensus: visus vero sensus corporis. Nam si quē profecto fateamur esse anime sensū/ hūc necesse est esse auditū: qui solꝰ e cūctis supest/ & corporis non est. corpꝰ siquidē inanimatū: & attactu & gustu & olfactu prodit sese/ ac manifestū facit: auditu vero nusq̄. Non enim sine motu/ vox aut sonus vllꝰ elicitur. Anima autem motus est & vita corporis: illud quatiens in eoq; vt naturali organo tonās: sonū vocemq; eliciēs. hic autē sonꝰ & vox: haud corporis est aut a corpore: sed aie propriꝰ. prolatꝰ ab aia in corpore: quo aia sese ꝓdit facitq; suo ī vasculo audibilem. Est igitur aia: tāq̄ idipsum quod proprie ac veraciter est audibile: cuius naturalis sonꝰ & vox in corpore/ vt organo exauditur. Et cū neq; tactu/ gustu/ olfactu aut visu sit aia sensibilis: superest vt solū exaudiatur. sitq; verꝰ ac ꝓprius eiꝰ sēsus auditꝰ: euadatq; auditꝰ haud imerito oim pstātissimꝰ.

3 ¶ Anima primitus est & subsistit: deinde insemetipsa simplicem & inuisibilem notionem & conceptionem profert: hinc in proprio corpore vocem/ deniq; scripturam extra corpus in mundo.

¶ Hec sūt aie pecularia & ꝓpria. Esse/ intelligere. Vocē edere: scripturas exarare. Est per se secūdū se: primo & ante omnē sui actū. Primꝰ autē eius actus: est intellectio siue rationalis intellectualisue spēi in seipsa imateriale & inuisibile opificiū. Rationalis intellectualisue species: profertur quidē ab aia & residet i aia. Initiū habet in anima: & finem in aia. Aia q̄ eandem notionē excudit: eā extra sui gremiū abire nō patitur: sed recipit eamdē conseruat representatq; sibimet in contēplatione. Secūdus aie actus: est vocis prolatio que prima est interne notionis expressio. hanc autem vocē edit aia haud in propriis finibus: sed extra semet in corporis cōcauo & claustro. Est enī aia efficiēs & ꝓducēs vocis causa: eā tñ neutiq̄ cōtinet/ sed extra se in corpꝰ dimittit. habet vox initiū ī aia: finē vero in corpore. Eius actꝰ est aia: potentia vero & susceptiua pars corpꝰ. Tertius deniq; anime actus: est scriptio. quā anima neq; in semet neq; in corpore: sed extrorsus in mundo vt in mundana materialiue substantia exercerere probatur. Vt in petris chartis: phyluris cunctisq; papyris. q̄ disiuncta sūt & ab anima & a corpore: atq; a tota hois substantia separata: & que penitus in mundo cōsistūt. Et hic vltimus est aie actꝰ: suprema & hypostasea mentis expressio. qua sese vltra seipsā vltra deniq; suum corpꝰ: in mundum vsq; explicat & a qua stabilitur in mundo. Vnde fit vt anima mira proportione deprehēdat suo similis esse principio: sueue originis fōtaneq; substātie emula. Est enim vna atq; trina. vna essētia/ actu vero trina. cum sit vnius & indiuidue essētie: trine tamen litterarie operationis. Est enī aia: intelligit/ vociferat/ scribit. Est simpliciter/ intelligit ī se: vociferat in corpore/ Scribit in mundo. Est simpliciter & vt anima: intelligit vt Anima Anima: loquitur vt anima corpus: Scribit vt anima mundus. Est in essētia/ intelligit in se: Auditur in corpore/ videt in mūdo, Est secūdū se/ Intelligit ratione & cōceptu: Auditur voce/ videtur scriptione. Est vt deus: Intelligit vt angelꝰ. loquit vt aia siue hō: scribit vt corpus/ incurua vt belua. Hec enī Deus/ Angelꝰ/ Aia/ Corpꝰ siue deꝰ angelꝰ/ hō aial: aut Mēs/ itellectꝰ/ ratio sēsꝰ: siplici aie essētie & trinis eiꝰ actibꝰ sūt proportionabilia. Exterior itē sensus/ scripture: Interior siue imaginatio voci/ ratio cōceptui respōdet. Nā rationē diximꝰ exerceri ab aia in aia: imaginationē ab aia in corpore. Sensum ab aia ī mūdo/ siue circa mūdū. Et vt ab eodē aie fōte rationē/ imaginationē/ & sensū deriuari docuimꝰ: ita & cōceptꝰ/ vox scriptura: eodē aie iterno abditoq; latice oriuntur. Diffluitant tamē: manātq; ī tria labra. cōceptꝰ ī aiam: vox ī corpꝰ/ scriptura in mūdū. Eadē enī est simplex & idiuidua aie essētia/ fons vnꝰ/ idē initiū: qđ trino fine clauditur/ exprimit/ finitur: conceptu/ voce/ scriptura.

Primꝰ aie actus.

Secundus

Tertius.

Illatio

4 ¶ Anima haud in proprie essentie/ neq; in vocis aut scripture: sed in notionis et conceptionis habitu/ docta scienscq; putatur.

¶ E quatuor que diximus aie elementis essentia/ conceptu/ voce/ scriptura: duntaxat vniꝰ habitus & plenitudo aie scientia/ doctrinaq; dicenda. Aliud quippe est anime esse/ aliud eiꝰ

cire. Alia eius simplex/prima & propria essẽtia: alia scientia. Quandoquidem omnem sui actum antiquior aia precellit: & prior ipsa subsistit/q̃ intelligat/ loquatur/ aut scribat. Et cũ a natura vacua sit omni spiritali & interna notione destituta: aduentãte rationali specie & conceptione/ eaq; introrsus in proprio aie vasculo susceptа: huiꝰ demũ habitu/plenitudine & possessione sciens anima/ docta/ perfectaq; dicitur. Ab ea vero conceptione ꝓfluit atq; deriuatur vox: a voce deniq; manat scriptura. Hec autem duo citima aie opificia cum sint extra aiam: vox scilicet i corpore/ scriptura vero i mũdo: minime cẽsẽtur aie habitꝰ. sũt enĩ vniuersi animę habitus illi inditi: & qui ab ea neq; separari neq; dimoueri queant. Vox autẽ & scriptura: quandoq; anime adsunt/ quãdoq; non adsunt. Vnde fit vt solus conceptus sit prorius/ peculiaris & incõmunicabilis anime habitꝰ: soli aie peruiꝰ/ ac notus. Vox vero & scriptura/ habitus sũt quos cõmunes facere licet. & quibus aia extra se facta: alteri anime/ ac menti cõgreditur/ eãq; erudit: dum quã intus habet notionem/ in eãdem (vocis ac scripture medio) cõmode traducit. Et qui profecto ex his blitteis & hecte ferme ac papipendendis: & propter que vis captandus est stilus/ vix labia motitanda: rectã intelligentie normam secutꝰ/ philosophari nouerit: maxima queq; & preclara sensa eliciet. noscetq; iprimis cur incorporeus sit angelus: & extra corpus subsistere natus. Cur anima corporea: haud aliter subsistere nata/ q̃ in corpore. Sicut enim humane mẽtis/ simplex & vnica est essẽtia/ omni suo actu natura antiquior: eius vero actus sunt trini. Primus incorporeus/ spiritalis/ inuisibilis/ qui est ipsius conceptus ab aia in anima immateriale opificiũ. Secũdus corporeus/ manans ab anima in corpus: quẽvt loquutuleia & vocalis aia profert. Tertius secundo corpulentior & materialior & aie vltimum/ vt scriptura: ita & diuine eminẽtissime mẽtis vnica simplicissima & ipers est essentia. actus tamẽ eius trini: actibus anime proportionabiles. Primꝰ diuine illius antiquissime eterneq; mẽtis actus: est diuina cõceptio diuinarũq; inuisibilium notionum/ supra corpꝰ emersio: quã immaterialium angelorũ creationẽ vocamus Secundus diuine mentis actus/ est diuina locutio/ diuinarumq; vocũ/ id est rationalĩ animarum/ in organo corporeo expressio. Sicut enim vox est corporis/ ab anima collisio: & haud aliter vox proferri/ q̃ ab anima in corpore potest: ita & secunda diuina actio/ animarumue nostrarũ creatio: cõpleta/ perfecta & absoluta est in corpore & materia. Tertius autẽ diuine mẽtis actꝰ/ est scriptura: que est mũdi/ corporis/ materie oim sẽsibiliũ & eorũ q̃ extra animam sunt/ a diuina mẽte manatio/ creatio/ & productio. & in his cõtingit vltimũ: & diuine totius omniũ creatricis/ opificisq; mentis status. Et sicut aie essentia/ eiusq; cõceptus insensibilia sunt/ vox vero audibilis/ scriptura visibilis: Ita & diuina substantia & vniuersi angeli: omnem sensum supereminent. Anima vero (vt diximus) audibilis est/ (Est enĩ anima vox quedam corporis) corpus autem visibile est/ vt & scriptura.

Illatio.

Trini diuine mentis actus.

¶Vnde fit vt non minus sit anime doctrina & scientia immortalis: q̃ ipsius anime essentia. 5

¶Hec ex libro de intellectu/ statim diluescit. Nã in eo libro docuimꝰ geminas esse animi partes intellectũ & mẽoriã. Intellectũ quo itellectuales species: in aĩ triclinia & penetralia introducũt: Memoriã vero partẽ esse animi possibilẽ/ ac fidele huiusmodi specierũ armariũ: in quo eedẽ species/ ad futuri totꝰ incõsũmabilis eui mẽsurã reseruãtur. Mẽoria quippe (vt illic diximꝰ) imutabilis est: quod semel est facta sẽper est futura. Si igĩt aie doctrina & sciã/ est itellectualiũ specierũ plenitudo: erit ois aie doctrina & sciã/ haud minꝰ imortalis/ q̃ ipsa aie essentia. Aliã tamẽ eiusce rei/ ex nũerorũ analogia rationẽ adhibemꝰ. vniuersa nũerorũ series/ expressio est & explicatio eui. vt q̃ orta ab vnitate/ sine modo & fine ꝓpagaĩ. Ois autẽ intellectualis spẽs/ que aium p itellectũ subit: dũtaxat scdm vnitatẽ/ est & subsistit in intellectu. a quo pergẽs in mẽoriã: sub oi deiceps nũero/ in meõria reseruaĩ atq; pseuerat. Atq nũerus infinitꝰ est/ nullusq; nũerꝰ est supremꝰ. Si igĩt ois itellectualis species/ dũtaxat vnice & sub ratione vnitatis stat i itellectu: pluriter vero & sub ratione totiꝰ numerorũ series/ stat saluaĩq; in meõria: cũ nũerorũ series sit infinita/ ipsa quoq; nũq̃ desinet esse in memoria. Habet equidẽ ipsa essendi initiũ in aio: quẽ subiit & in quo esse cepit per intellectũ. Nullũ tamen essendi in aio finem/ est habitura: in cuius parte possibili/ quã mẽoriã vocamꝰ) perpetuo & per omnem numerorũ progressũ residebit: sicuti & in eũdẽ itellectũ/ primitꝰ sub ratione vnitatis irrupit. Que igitur simpliciter & vnice stetit in itellectu: omni deiceps numero stabit in meõria. Et profecto dicere tẽporaneã esse speciei in memoria mansionẽ: eãq; sicut nõnunq̃ orta est & cepit esse in aio/ ita & quãdoq; ab animo exterminãdã finẽq; in eo subsistendi habituram: est arbitrari numeros esse finitos numerũue aliquem esse supremum.

Alia ratio ex nũero & analogia.

¶Qualiter anima tribus est inuestita & circumuallata orbib⁹: proprio/ corporeo/ mundano. Cap. XXVI.

1 RAtionalis anima licet impers & indiuidua sit: quia tamen illā & in orbe creatā & in seipsa sine corporis vsu/ tam esse q̄ intelligere asse/ ueramus: aliquo pacto totam illius substantiam/ in centrum & circumferentiam partimur.

¶Rationalis anima hac merito naturali dote/ inferiores animas sēsitiuā vitalemq; precellit: q̄ congredi sibi ipsi seq; ad propriā colligere vnitatem illi indultum est: q̄q; & substantiam & intelligentiā habet immaterialem. Ceteris autē animabus/ nullo pacto in seipsas curuari sibiue congredi permissū est, vtpote qne tote materiei addicte: & substantiam habēt a corpore & materia inseparabilē: & omnē sui actū/ in materia & corpore exercere iubētur. Vnde fit vt tam sensitiua/ q̄ vegetatrix anima: in rectitudine rectaue linea create dicantur. Rationalis autē aia in orbe/ in circulo & identitate: creata & facta pronūciatur. Eius quippe & substātia & intelligentia: a materia & corpore abiūgi & separari possunt. Huiusmodi igit̄ anima tametsi impers & indiuidua sit: quia tamen & in orbe creata est & in seipsa sine corporeorum organorū functione/ propria & substantia & intelligētia potitur: vniuersam illius substantiam/ aliquo pacto in centrū circunferentiāq; partimur. Nā centrū anime/ vocamus singularem quādā eius essentiā: natura priorē & abditiorem/ propria ipsius intelligentia. Anime vero intelligentiā: primos eius centri fines primāq; circūferentiā nūcupam⁹. Competit siquidē ipsi aie/ indiuisibile esse: cū per eius esse/ nulla explicetur ipsi⁹ actio. Intelligere autem illi cōpetit in dyade & in quadā linea curua: que prima substātiale aie cētrū inuestit/ ambit/ circūuallat. Est enī intelligere prim⁹ aie act⁹/ primaue substātie ipsius motio: natura posterior ei⁹ subā. Ois quippe mot⁹ & act⁹: aliquo pacto posterior est/ eo cui⁹ ē mot⁹ & act⁹. Illatio.

2 ¶Fons eorum omniū que anime competunt/ est anime substantia. Primus vero anime finis primusue eius limes: est propria eius intelligentia.

¶Hec ad maiorem precedētis explanationē adiecta est. docuit enim precedēs/ aie substātiā congrue centro esse exprimendā. Eius vero intelligentiā (que est prima & suprema vis animi) per primā eiusce centri circūferentiā esse explanandā. Atqui centrū/ fons est & initium eorum oim que circa ipsū sunt. omnesq; suos terminos/ ex intimis & abditis profert explicatq; in lucem. Est enī mediū omne: initiū quiddam/ fons/ ratio & species extremorū: quib⁹ omne obtegitur queue illi circūponūtur. Est igitur & anime substātia/ quoquopacto natura prior cunctis ijs/ que illā ipsam inuestiūt atq; circūstant. Vnde fit vt ex intimo & arcano aie fonte ideſt ex ipsius esse & substātia: ois eius terminus & act⁹ deriuetur. sitq; aie substantia fōs & conceptionum & vocū & scripturarū. Nichil enim est in intelligentia: quod non sit in priore essentia. Nichil est in voce: quod non sit in conceptione/ seu nichil in ore quod non sit in intellectu. nichil deniq; est i scriptura: preter axioma ideſt preter effatū & proloquutū: quodue non ab alicuius ore manauerit. Explicatur etenim aie substātia/ in intelligentiā. Intelligētia soluitur i vocē: vox deniq; exprimitur figiturq; scriptura. Intelligim⁹ postea/ quod antea sumus. id deinde eloquimur/ quod intelligimus: id demum scribimus aut scribunt alij quod eloquimur aut eloquuti sumus. Medium omne extremorum

3 ¶Anime essentia & eius intelligentia: abinuicē & inseparabiles sunt & vna tota anima.

¶Quāq; aie essentiā centrū appellemus/ eius vero intelligentiā circunferentiā: tamen neq; animam diuiduam/ neq; vtramuis ab altera separabilem: sed ambas vnam totā esse animā profitemur. Eteni nunq; est aut subsistit anima sine intelligētia. Nunq; intelligit/ sine essentia. Essentia tamen eius: & potior & natura prior est intelligentia. quandoquidem prior est anima/ q̄ intelligentie vllum actum exerceat. Et ab eo quoq; momento quo esse cepit anima: semper est semperq; futura est. vt cuius essentia immortalis: nulli interitui/ euadit obnoxia. Incipit autem anima posterius intelligere/ q̄ esse. & ab eo instanti/ quo primus illi affuit intelligentie actus: haud semper necesse est vt intelligat/ vtue actum exerceat intelligentie. Eum quippe actum/ libere & expropria voluntate aia exercere probatur. Ipsa vero essentiam/ haudquaq; libere aut suapte ipsius voluntate: sed voluntate & bonitate dei sese in omnia propagantis accepit. & in eadem quoq; substātia/ neq; rursum propria: sed diuina

Aie essētiā coactā inesse intelligētie vero actū vltroneū esse.

dumtaxat voluntate perseuerat saluaturq; immortalis.

¶ Anime substantia est vnitrina: vna essentia/ actibus trina. 4

¶ Hec propositio de litterarijs ac doctrinalibus anime actibus/ est intelligenda. Nã vnica est & impers rationalis anime substantia: cuius litterarij doctrinalesue actus/ sunt trini: intelligentia/ loquutio & exaratio scripturarum. Hi enim tres actus/ eodẽ modo ad impertem anime substantiam spectant: a qua velut natiuo fonte oriuntur seq; propipiũt/ eodẽq; fonte copulãtur. Prima eteni litteraria anime vis/ est intelligentia: qua notiones intellectuales in semetipsa gignit. Secunda doctrinalis aie vis/ est edende vocis facultas: qua proprias alij menti/ exprimit referatq; notiones. Tertia vero supremaq; litteraria vis animi: exaratio est scripturarum. quibus axiomata queq; autorũ/ doctorumq; virorum effata & proloquia: ad posteros reseruantur.

Tres doctrinales aie vires.

¶ Vnde fit vt rationalis anima/ in trino orbe resideat: sitq; trinis inuestita & circunuallata orbibus: intellectuali/ vocali & scripto: seu proprio/ corporeo mundano. 5

Anima ante omnem sui actũ habet esse: vtpote cuius substantia/ vim ipsius omnẽ natura precellit. Haud enim simpliciter eadẽ sunt/ anime substãtia & aie vis. quandoquidem secũdum substantiam/ nichil operatur aia: nulla illi sub proprie essentie ratione/ cõpetit naturalis actio/ Prima eteni aie actio/ ẽ itellectio intellectualiũue notionũ sublime & imateriale opificiũ. Hec aũt actio ipsi aie/ haudquaq; sub simplicis essentie: sed sub itelligẽtie ratione ẽ ascribẽda. Quippe que ab anime substantia/ mediante intelligentia proficiscitur. Primus itaq; anime orbis/ quo ipsius circũscribitur essentia: vis est intelligentie. qua primitus explicari/ dinosci & extra seipsam fieri incipit anima. siue per quam primus illi actus intellectualiũue specierũ partus/ adesse cõperit. Scd9 q aie essetiã circũscribit cõplectiturue orbis/ globꝰ ẽ corporis: quẽ vocalẽ aie orbẽ nũcupam9. Nã quẽadmodũ aia/ intellectuales notiões lõge supra corp9/ i semetipsa seu in ꝓpria itelligẽtie officina excudit: ita & cũctas voces ipsa in corpore profert. Sicut congrediens proprie intelligẽtie/ intellectualiũ notionũ est opifex: ita & proprio congrediens illisaue corpori/ voces elicit fitq; vocalis/ sonora atq; audibilis. Tertiꝰ denicq; qui anime ambest quicq; illã circũscribit orbis: mundꝰ est mũdanaue sphera/ quem scriptum scripturarũue orbem nuncupare licet: q; mundo cõgressa anima/ huiusmodi scripturas eliciat. Nã neq; i seipsa/ neq; in ꝓprii corporis vasculo: sed i exteram aliqua mũdana substantia/ scripturas anima promit. Perpulchre igit trinis in orbibus/ cõsidere rationalis anima probatur: proprio/ corporeo/ mũdano siue intellectuali/ vocali & scripto. In proprio siquidem intelligẽtie orbe/ intellectuales notiones: in corporeo/ voces: in mundano & vltimo/ scripture ab illa gignũtur. Illisa sibimetipsi anima/ intelligit. Allisa corpori/ loquitur: cõgressa veromũdo/ scribere ꝓnũciat.

Primꝰ aie orbis.

Secũdus.

Tertius.



6

¶ Anime substãtia/ trinis cõsidens in orbibus: pingẽda & subijcienda oculis est.

¶ Scribatur primꝰ intimusue orbis A: cui tres circũducantur orbes b/ c/ d. Intimus mimusue orbis A: substantiam exprimit anime/ cũctis suis & viribus & actibus natura priorẽ. Anime nãq; substantia: cunctis suis actibus tempore prior est. proprias tamẽ vires naturales sue facultates: haudquaq; tempore sed dumtaxat natura precellit. Affuerunt enĩ illi simulatq; creata est/ naturales omnes vires

ſtarum tamen actus/aliquanto poſt ſui ortus ſueue creationis tẽpora:exercere incipit. Totus itaq; interior orbis/qui eſt a centro ad circunferentiam A:anime nobis exprimit eſſentiam. Secundus vero orbis/ qui eſt ab A ad b:pro anime intelligẽtia ſumend⁹ eſt. Porro tertio orbe/ cui⁹ ſpiſſitudo eſt bc:corporea tota mõles(quem vocalem anime diximus orbem) explanatur. Quartum deniq; orbẽ/ cuius ſpiſſitudo c d:mundanã machinam ſcriptũue aie orbem nuncupamus. Hic enim extremus aniniã complectitur/ ambit inueſtitq;. Circa eteni mundum nichil eſt:mundus in loco non eſt. In mundo vero ſtabilitum eſt corp⁹:in corpore intelligẽtia. In intelligẽtia reſidet aie eſſe. Pingẽdus eſt autẽ iterior orbis A/ vacuus atq; ifecũdus:perſimilis igni qui nichil gignit. Hoc enim orbe/ primaue(vt dixim⁹)exprimitur aie eſſentia. que velut natura prior cunctis naturalibus ſuis viribus: per ſe/ vt huiuſmodi nuda & proprijs nondũ viribus inueſtita/ nichil parit nulliuſq; eſt opifex ſpeciei. Secundi autem orbis a b ſpiſſitudo/ per quam ſublimis & immaterialis anime exprimitur intelligẽtia: intellectualibus notionibus(que ſunt precipue & primordiales animi ſpecies)eſt vndecunq; referciẽda. He etenim ſpecies/ ſemper aſtãt anime: inſeparabiles ab aia. earumq; immortalis habitus veraq; plenitudo:aie ſciẽtia nũcupatur. primus quoq; anime actus: part⁹ eſt huiuſmodi intellectualiũ ſpecierũ. q̃ haudquaq̃ i ſubſtãtiali:ſed itellectuali aie orbe/ velut i imateriali & incorporeo ſubiecto ſunt collocande. Tertij autem orbis b c ſpiſſitudinẽ vocibus adimplendam ſtuduimus:q⁹ in eo primũ orbe/ anima loquutuleia vocaliſq; euadat. Eſt enim vocis editio/ actus anime ſecundus. Quarti autem orbis c d ſpiſſitudo:exigit vt ſcripturis oppleatur. In eo quippe orbe/ anima mũdo congreſſa/ ſcribit figitq; vocũ impermanentiã: qui ſupremus eſt anime actus.

¶ Vnde fit vt haud abſq; ratione/dixerint nonnulli Pythagoricorum: ignẽ
7 eſſe in medio/terram vero in extremo.

¶ Nam minor mundus/ cum ſit maioris mundi tranſſumptio: maiori euadit oppoſitus. In maiore autẽ mundo/ ignis ſitus in extremo eſt:terra vero in medio. In minore igitur mũdo ideſt in anima/ecõtrario accidit:vt ignis medium & centrum/ terra vero extremũ obtineat locum. Eſt enim in anima/ignis:interior orbis/ quo anime eſſentiam exprimi diximus. Aer vero orbis ſecundus:intellectualibus notionibus plenus. Aqua/ orbis eſt tertius: quem vocibus refercimus. Terra vero orbis vltimus / ſcripturis plenus. Anima in interiore orbe/ dumtaxat eſſe & nichil agere dictitatur. In ſecundo orbe/ intelligit. In tertio/ loquitur. In quarto ſcribit. Rurſum eſt in igne:intelligit in aere. In aquis loquitur/ in terra ſcribit. Eſt tãtum vnum/ tria profert. vnica illi & ſimpliciſſima adeſt eſſentia:ſed trinipara/ triũue ſpecierum fecunda:conceptuum/ vocum/ ſcripturarum. In ſuapte quippe eſſentia ſiue(vt dixim⁹) in interiore orbe:nichil parturit. Porro cõceptiones/ in orbe gignit intelligẽtie:voces in orbe corporeo/ ſcripturas in orbe mundano.

Minor mundus maiori oppoſitus.

¶ Quæ quattuor anime orbibus/duo primi abinuicem ſeparari nequeant: duo vero poſtremi & abinuicem & a duobus priori bus diſſocientur. Cap. XXVII.

1 SEcundus anime orbis/quem intellectualem nuncupam⁹:ab intimo & ſubſtantiali eius orbe diſſociari nequit.

¶ Nam vis intellectiua/ ſemper anime adeſt ſemperq; ſubſtantiam ipſius comitatur. Eo quippe modo/ſe habet intellectrix facultas ad toti⁹ aie ſubſtantiã: quo ferme intellectualis notio/ad ipſã itellectricẽ facultatẽ. Pauxillum quidem diſtant:q⁹ intellectualis notio/ opus eſt intellectiue poteſtatis:vt que ab ea gignitur atq; profertur. Vis autẽ intellectrix:haudquaq̃ partus eſt aut effectus ſubſtantie animi. Ipſa ſiquidem aie ſubſtãtia: nulli⁹ eſt primeuarũ ſuarũ viriũ/ naturaliũue facultatũ opifex. ſed vniuerſe nature dotes illi ab ſue creationis initio:ſimul cum ſubſtantia/a deo indulte & impartite ſunt. Atqui intellectualis notio:ſimul atq; edita eſt/ſẽper animo aſtat/ nunq̃ue ab animo dimouetur. Si igitur anime ſubſtantia/ euiterna eſt & in euo creata:erit & vis intellectiua euiterna. Et nõ modo vis anime intellectrix:ſed & omnis ei⁹ naturalis facultas atq; potentia(vt ſepius docuim⁹) ẽ euiterna. Diſtãt dũtaxat/ q⁹ corporee aivites:iteritu & corruptiõe corporis/ a ſuis actib⁹ iter mittuntur manentq; ad tẽpus ocioſe atq; inanes. Intellectrix autẽ facultas/ vbi in actu eſſe cepit:vbi ꝓprijs operatiõib⁹/ cepta eſt defũgi:poteſt i actu eſſe cõtinuo. nec q̃q̃ corruptiõe

corpis: aut imutat aut ab actib⁹ solui atq; intermitti cogit. Intimi igit anime orbes/ substātialis & itellectualis: semper ad inuicem cōiuncti sunt seq; mutuo in euū comitantur.

¶ Ambo citimi postremiue anime globi: & ab inuicem & a duobus primis/ dissociantur suntq; corruptioni obnoxij. 2

¶ Statuēda coram oculis est/ superioris capitis figura: in qua ad elementorum numerum/ quattuor esse animi orbes liquido monstrauimus. Hec autem orbium quaternitas: bignera duplicisq; nature euadit. Nam intimi orbes/ substantialis & itellectualis: nullā corruptiōem expallent. sunt eni immortales & euiterni. Ambo vero citimi & extremi/ vocalis scilicet & scriptus siue corporeus atq; mundanus/ sunt & corruptioni obnoxij: & abinuicem & a duobus prestantiorib⁹/ dissociantur atq; separantur. Corruptione siquidem anima/ sine vlla sui demutatione: e corporis finibus facessit. cū qua & intelligētia & vis omnis ipsius: corporeos linquere thalamos cogitur. Corpus vero postq̄ ab eo vitalis animus abcessit: illico tabescens/ in atomos euanuatur atq; resoluitur. nec ea qua pri⁹ integritate priorisue sui decoris harmonia/ mundo adesse probatur. Etenim tametsi nulla nostri corporis itereat atom⁹: sed omnis eius impe.s & inscissilis glebula/ in mūdo mūdanoue orbe saluetur: nōnunq̄ eiusdē numero corporis harmoniā/ formam decoremq; resūptura: separari tamē a mundo/ mūdanoue orbe corpus dicitur: q̄ mortis corruptione/ desinat esse corp⁹. Haud enim materialiū atomorum multitudo/ illico corpus est: nisi in corporis formā coaluerit. nisi aut a substātiali aut a vitali aut a sensitiua aut a rationali forma sibimet agglutinata: vnam aliquā substantiam efficiat. Sunt igitur ambo citimi ac postremi anime orbes/ vocalis & script⁹/ corpore⁹ & mundanus: & abinuicem & aduobus primis dissociabiles.

¶ Sunt & intimi ambo anime orbes/ immateriales & insensibiles: duo vero citimi/ & materiales & sensui peruij. 3

¶ Non modo autime substātia: sed & eius intelligentia/ imaterialis & insensibilis est. Quicquid euim fit ex materia: aut corp⁹ est aut corporeum quiddam. Nulli insuper sensui/ neq; anime substantia neq; eius intelligentia expanduntur & adaperiuntur. Licet autem & oīs animi vis imaterialis/ incorporea & insensibilis sit: intellectrix tamen facultas/ est & substātia & actione imaterialis/ incorporea/ insensibilis. cetere autem vires/ duntaxat substātia & quatenus ipsi animo insunt & potestates animi sunt: incorporee/ imateriales & insensibiles vocant. cetera vero ex parte/ idest actu & operatione: materiales/ corporee sensibilesq; euadunt. Nā licet naturales huiusmodi facultates/ site sint in animi substantia: nec vllā extra animi thalamos/ indepte sint sedē: nichil tamen in exedris animi operantur/ nullo intra animi fines actu splendescunt. sed omnis illarum actio/ extra animum proficiscitur: seq; aut in corpus aut in mundum explicat. vocis quippe editione/ fit anima in proprio corpore audibilis. Exaratione vero scripturarū: in mūdo visibilis fit. Sunt enim concept⁹/ vox & scriptura quedam animi species: quibus animus aut in mente aut in corpore aut in mūdo pellucet atq; explicat. In mente siquidē anim⁹ explicat cōceptu: in corpe vocib⁹/ in mūdo scripturis.

Vires aīe corporeas nichil itra animum operari.

¶ Vnde fit vt quattuor anime orbes: sint per omnia similes elementis. 4

¶ Nū quaternus elementorum ordo bipartitus est: in ea que suapte natura leuia sunt superioraq; petessūt. & in ea que suopte pondere atq; grauitate: ad inferiora raptāt. Duo eni ignis & aer leuia: sursū agūtur. Duo vero aqua & terra: deorsū raptant. Ignis insuper & aer: visū omnē subterfugiūt: persimiles substātie & conceptui aī: que carneorū oculorum exuperāt aciē. Aqua vero & terra/ cū visu percipiantur: cetera doctrinalia signa vocem & scripturā (que sensibilia sūt) rite emulari videntur: Sunt igitur animi orbes: per oīa similes elementis.

¶ Anima trinipara triumue fecūda litteralium signorum: his ipsis litterarias sui vires atq; facultates pascit. 5

¶ Diximus animam triniparam esse/ triumue fecūdam: Notionum scilicet/ vocū/ scripturarum. His autem tribus signis/ quorum ipsa est opifex: pascit alitq; semetipsam. Nam itellectualibus notionibus: propriam pascit intelligentiam. Vocibus vero/ pascitur eius auditus. Visus scripturis enutritur exatiaturq;. Sunt enim ad normam & examen litteraliū obiectorum: litteralesquoq; anime facultates/ numerate & pense: a quibus tria huiusmodi obiecta captentur. Quotquot enim anima fructus parit/ totidem ora/ illi natura indidit: in que iidē fructus a propria radice immittantur.



9 ¶ Vniuersum anime litterarium opificium /eius item litterarij partus/potētie & organa: orbiculariter pingi & sensibiliter exprimi petuntur.

¶ Scribantur ad idem cētrum: quattuor orbes concaui seq; complectentes .sitq; vt prius: primus/ minimus & intimus orbis/ anime designans essentiam: cunctis suis naturalibus viribus natura priorem: actibus vero suis & natura et tēpore antiquiorē. Secundus autē orbis/ sit orbis intelligentie: quē & insensibilē & immaterialem & a substantiali orbe inseparabilē esse primus docuimus. Tertius porro orbis: vocalis/ corporeus/ vocūq; susceptiuus appelletur. Quart9 quoq; extremus ue orbis (vt prius) scriptus vel mundanus dicatur. Inter primū itaq; mediū ue orbem & secundum: statuo imprimis ipsos conceptus/ quos albicantibus orbiculis exprimi volo. Hi etenim conceptus/ primi sunt anime partus primūq; eius opificiū: quos & sine corporeo organo & extra materiā profert. Et hac de causa/ ad interiorē essentialēue anime orbem: nullā adiecimus corporeā appendicē: nulli sue organis anime essentiam/ sumus in conceptuū opificio dispartiti. Nā neq; corpori/ neq; mundo: sed sibimetipsi soli intellectualiter congressa anima/ notiones intellectuales edit. Quia vero editi ab anima conceptus/ haudquaq̄ ad corpus neq; ad mundū spectant: sed ad partē aie intellectiuā/ que & ipsos recipit hisq; vt proprijs obiectis afficitur eaq; speculatur: ideo in superficie concaua secundi intellectualisue orbis/ cōplures vultus depingi volumus. quibus interna & spiritalis anime speculatio: qua vndecunq; proprias notiones intus perlustrat/ designetur. In deuexa autē superficie eiusdē secundi & in-

tellectualis orbis: per vniuersum ambitum/ prominentes linguarum appendices collocantur. quibus secundarū anime specierum/ id est vocum: a secundo orbe i tertium editio/ secū dusue anime actus innotescat. Est enim lingua/ organum vocis edēde. Orbiculi vero partim albi & ex parte nigri/ qui iter secundū ac tertiū orbē disponūtur: secūdas anime species ideſt voces/ exprimunt: que in aures/ vt proprias sui potentias recipiuntur. Idcirco enim tertij corporeiue orbis concaue superficiei: aures ipsas adaptauimus/ que vocibus pascuntur. Demum ad tertij orbis conuexam superficiē/ spectant manuū appendices: que sunt extima & suprema anime organa. quibus scripturas in mundano orbe siue in extera mundana ue substantia: exarare contendit. Orbiculi vero ex toto nigricantes seu(quod malueris) simpliciū litterarū figure ac note/ quas inter tertiū & quartum orbem proposuimus: tertiū anime opificium ideſt scripturas nobis exprimunt. Cūcti autem oculi/ qui quarti extremiq; orbis concauam superficiem obsederunt: ipsam videndi facultatem representant. que scripturis/ vt proprijs & litterariis obiectis it obuiam. queue suprema anime auturgia ideſt manuali operatione pascenda est. Porro ad conuexā quarti & mundani orbis superficiem/ nichil adiecimus. cum q; hec superficies/ nobis ignota maneat. Tum q; mundanus orbis/ extremus animā ipsam complectatur: nichilq; sit circa mundum/ in quo & mundus & anima esse predicentur. Mundus quippe in loco non est/ mundanusue orbis cunctorū orbiū supremus/ maximus & extremus esse conspicitur. Vltra quem neq; anime vires/ neq; vllus eius actus vllūue opificium protenduntur. Funditur enim panditurq; prima vis anime/ in aiam Secunda in corpus: Tertia in mundum. Vltra vero mundum/ cum forte nichil sit: nulla etiā ineſt anime facultas/ qua mundanum orbem exterebret penetretq; vltra mundum aut qua aliquid infra mūdum operetur. sed omnis eius actus: finitur clauditurue in mundo. Prim⁹ enim eius actus/ finitur in anima. Secundus mediusue/ corporea mole arcetur atq; continetur. Tertius vero imus vltimusq;: in orbe mundano perficitur. Omnes tamen in mundo fieri dicuntur: cum quicquid fiat in contento/ fiat & in continente. Continetur enim anima a corpore. Corpus vero & anima/ in mundo sunt & continētur a mundo. Vniuersum igitur anime opificium triniue litterarii eius partus/ totidem potentie & organa: congrue i quattuor orbibus expressa cernuntur.

¶ Ab his tribus anime opificijs/ trinam hominis pendere vitam: contemplatiuam/ actiuam factiuam. Cap. XXVIII.

AB huiuscemodi trinis anime opificiis/ trina hominis pendere dinoscitur vita: contemplatiua/ actiua/ factiua.

¶ Sicut anime substantiam trini(vt diximus) vallant circunsidentq; orbes intellectualis/ corporeus/ mundanus: ita & ipsi anime in trinis huiusmodi orbibus: varius tribuitur viuendi modus. nec ijsdem legibus/ nunc proprie intelligentie/ nunc corpori/ nunc mundo adesse eorumue regere orbes: aut eadem in ipsis moliri atq; operari predicatur. Mouet enim anima/ proprie intelligentie orbem per se: eumq; sine corporei organi interuentu/ notionibus(vt diximus) intellectualibus opplet. Corporei autem organi orbē seu concaua palati/ oris ac faucium latera: haudquaq; per se/ sed vtens interno lingue adminiculo motitare eaq; vocibus opplere conspicitur. Pari quoq; pacto & ipsa mundanum orbem/ haud per se motitare sueuit: sed fungens extimis manuum organis/ per quas in mūdana substantia exarat scripturas. Ab his igitur trinis anime opificiis: trina totius hominis pendet vita: contemplatiua/ actiua siue practica & factiua: quā vt plurimum illiberalem et mechanicā vocant. Et de his paucula in sequentibus propositionibus dicemus.

¶ Contemplatiua vita: sese intra animi fines abdit. Actiua/ extra animi lares profecta: corpus mouet. Factiua vero/ extra totum hominem se fundens circa mundum mundanasq; substantias negociatur.

¶ De triplici totius hominis vita; eadem ferme & que de trinis anime litterariis facultatibus & earum actibus/ dicenda sunt. Sicut enim conceptus nusq; extra animi fines digreditur: sed sese iugiter intra animum continet seq; in immateriali & incorruptibili vasculo abdit: ita & contemplatiua vita/ intra eosdem animi fines sese coercet: nichil disquirens eorū que aut corporis aut mundi sunt. Est enim contemplatiua vita/ aut ipsarum intellectualiū notionum arcanum opificium: aut euiterna & extrinsecus incognita earum speculatio.

Actiua autem vita ſecundo anime opificio/quo vox ab ea profertur ſimilis euadit. In vocis quippe prolatione/indiget anima corporeo organo eliciturq; extra ſeipſam. Ita & in actiua hominis vita(quam practicam nuncupamus)exercenda: neceſſe eſt animam/ haud ſolis meditationibus affigi:ſed corpori congredi/ corporeiſq; & viribus & organis vti. Factiua deinceps vita/eadem lege tertio anime reſpondet opificio/ quod ſcripturas molitur. Sicut enim ſcripture neq; in anima/ neq; in corpore:ſed extra totum hominem/ in mundo mundaniſue ſubſtantiis exarantur:ita & factiua vita/ ſeſe vltra animum & corpus/ intra mundum fundit mundoq; cōmiſcetur: circa mundum negociatur/ mundi finibus coercetur.

Quidcontēplatiua vita.

Actiua.

Factiua.

3 ¶Contemplatiua vita/omnium preſtātiſſima eſt & prima: Actiua media Factiua illiberalis/abiecta & extrema.

¶Nam preſtantior eſt animus/humano corpore. Humanum quoq; corpus/mundo preſtātius. Eſt enim(vt in libro de intellectu docuimus)anima humani corporis:humanum vero corpus/mundi finis. Factus quippe eſt maior mundus/ propter minorem. Minoris autem mundi/pars ea quā corpus vocamus: propter eam facta eſt/que animus appellatur. Atqui contemplatiua vita/eſt animi vita. Actiua/corporis:factiua mundi. Eſt & animus primus medium/corpus. Extremus/mundus. Eſt itaq; cōtemplatiua vita/ omnium preſtantiſſima et prima: Actiua media/ Factiua illiberalis abiecta & extrema.

4 ¶Philoſophia ad contemplatiuam vitam:oratoria ſiue Oratio/ad actiuam ad factiuam vero/Mechanica ſpectare probatur.

Quid philoſophia

Phia tripartita

¶Philoſophiam nuncupamus/que proprietatum rerum ſiue ſubſtantiarum ſiue accidentium ſapientiſſima indagatrix:nichil inde q̄ ſolum mentis paſtum. q̄ ſimplicem huiuſmodi proprietatum ſpeculationem molitur preſtolaturq;. Et hec tripartita eſt: in Mathematicā/ Naturalem & ſupramundanam Mathematice ſiquidem diſcipline: accidentia numerum magnitudinēq; rimantur. Naturalis philoſophia/ ſenſibilibus ſubſtantiis/ ſeſe deuouit. Supramundana vero:intellectuales ſubſtantias diuinaſq; proprietates indagatur. Sermocinales autem diſcipline:haudquaq̄ ſub hac philoſophie ratione clauduntur. Ad practicam enim actiuāq; vitam ſpectant. vtpote que licet proprietates ſcrutentur ſermonis:aliud tamen ex eo/ipſum ſcilicet ſermonis vſum preſtolantur. Inſuper & philoſophie toti & contē platiue anime partifamulantur. Excudunt quippe parantq; ſermonem:quo rerum proprietates/quo intimi mentis conceptus referentur. Que autem ad contemplatiuam vitam ſpectant:propter ſe ſunt/nec aliis famulari nouerunt. Sicut enim corpus anime famulatur: ita et rebuſ ipſis/ancillatur ſermo. Et ſicut corpus animam obtegit illaq; ſub corpore delitescit:ita & vox intellectualē inueſtit operitq; notionem/ que aliquo pacto intra vocem/ arcana & abdita conditur. Eadem itaq; eſt ſermonis/ que & corporis ratio. eoq; modo ſeſe ſermo ſiue oratio ad mentis notionem ſe habet: quo & corpus ad animam. Erit igitur & actiua vita/eodem modo & corporis et ſermonis:& que de ſermone negociantur artes/ practicum actiuāq; finem habere probabuntur. Ad factiuam demum vitam/ mechanice pertinent artes/que poſtq̄ anima naturaliter corpore obtecta/ corporeoue orbe iueſtita eſt: ipſum corpus aut mundano orbe/ aut mundanis ſubſtantiis circūtegunt inueſtiunt ac ſaluant. Sicut enim intellectualis notio/ duplici veſte obtegitur:prima vocis ſecunda ſcripture: ita & anima pari proportione/ veſtimenta recipit duplicia. Primum corporis/ quod illi a natura circundantur. ſecundum mūdane ſubſtantie/ quam ad corporis habitum ac formam: mechanica ars intexit/ totiq; homini ad eius ſalutem circunponit. Philoſophia igitur ad contemplatiuam ſpectat vitam. Sermo ſiue oratio & negocioſe ſermonis artes/ad actiuam. Mechanica vero ad factiuam. Intelligere etenim:ſpeculatiuum & contemplatiuum eſt. Docere/ practicum & actiuum:ſcribere factiuum.

Sermocinales ad practicam ſpectant.

Analogia

5 ¶Factiua vita/latiſſima & q̄ plurimorum eſt:actiua pauciorum/contemplatiua vero/rariſſima et q̄ pauciſſimorum.

¶Nam ſicut mundanus orbis/corporeo orbe euadit longe maior:corporeus quoq; orbis/ intellectuali maior orbe eſt:ita & mechanica vita que mundo copulatur/ ſuppoſitorum hominūq; pluritate actiuam & contemplatiuam tranſcendit eſtq; cunctarum latiſſima. Eadem quoq; lege actiua/que in corporeo reſidet orbe:q̄ cōtēplatiua amplior & latior eſt. Eſt eni mūdan⁹ orbis capaciſſim⁹. Corporeus min⁹ capax: Intellectualis minime capacitatis.

Complures insuper hominũ: facilius in mundano orbe velut belue curuari atq; desidere/ q̃ se ad preclarũ humani corporis statũ ac rectitudinẽ attollere sufficiũt. Et plures iterum sũt quibus corporeo in orbe residere eoq; suffulciri sat perfectiõis est: q̃ qui se ad animi colligere vnitatem & intellectualis orbis penetrare angustias: preclaris laudatisq; sudoribus contendant atq; enitãtur. Vnde fit vt hi tres viuendi modi/ rite pyramidis figurã imitẽtur cuius apex situs in contẽplatiua vita/ basis vero in autur gica & factiua. Et quẽadmodũ ad contẽplatiuã spectat animus: ita et ad actiuã (que vt plurimũ in sermone et oratione consistit) spectant os & lingua. ad factiuam vero pertinent manus: quibus mundane substantie a nobis motitantur tractanturq;.

Triplex vita in pyramide.

¶ Factiua vita/ ceteris tẽpore prior ẽ: actiua media/ cõtẽplatiua postrema. 6

¶ Nam sicut mundus/ creatus est ante humauũ corpus & humanũ corpus ante animã: ita et factiua vita/ actiuã: actiua vero contẽplatiuã/ tẽpore precellit. Est enim factiua vita/ q̃dã mundi vita: actiua corporis/ contẽplatiua animi. Et sicut corporis domiciliũ est mundus: ita & anime domiciliũ corpus. Mundi finis/ est humanũ corpus. Humani vero corporis finis/ anima. Ois autẽ finis/ natura quidẽ prior est: eo cuius est finis/ tẽpore tamen posterior. Quod eni natura primũ est: tẽpore vltimũ perficitur. Quod vero tẽpore oritur primũ: natura numeratur extremũ. Anima natura prima & propter seipsam futura: omniũ vltima a deo condita est. Mundus autẽ qui natura vltimus & nulla ex parte propter seipsum/ sed propter hominẽ factus est: anteq̃ fieret homo/ est a deo ad esse productus atq; absolutus. Quo igit ordine hec tria anima/ corpus mundus: sibiinuicẽ aut natura/ aut tẽpore succedũt: eodẽ et vite tres contemplatiua/ actiua/ factiua numerãtur.

¶ Q; sicut vox docendi: ita et scriptura discẽdi sit mediũ. Cap. XXVIII.

AB ea notione que est in mẽte: vox ois nostra/ sermo et oratio pẽdet. 1

¶ Sicut ab anima/ primo loco deriuatur simplex & incorporea conceptio: que est propria anime species/ qua seipsam in seipsa speculatur: ita & ab eadem cõceptione atq; notione (vt ab interno et occultissimo fonte) vox omnis nostra sermo & oratio sumit initiũ. Est enim vox omnis/ earũ que sunt in anima notionũ: excutanea sensibilisq; expressio & aut naturale aut vltroneũ ac voluntariũ/ earũ signũ. omne autem signum recentius ac posterius est: eo cuius est signũ. Licet enim signa ipsa/ sensu & cognitione priora sint: vtpote que preuia & in propatulo exposita/ prima nobis occurrant/ nosq; ad ea quorũ sunt signa manuducant: hec tamen illis/ natura sunt et priora & prestantiora.

¶ Vnde fit vt sterilis inanis ac vacue mentis sermo: aut nullus sit/ aut penitus irrationabilis/ perperus/ stolidus et sine doctrina. 2

¶ Nam ab interioribus manant exteriora: ab intelligibilibus/ sensibilia: ab signatis signa. Illa horũ sunt idee/ veritates/ metra/ initia/ mensure/ exẽplaria & principia. que si nulla sunt: aut nulla extrisecus subsistunt/ aut falsa/ inordinata & preter naturã sunt. Si igitur nichil est in mente: erit & in ore nichil. Si nulla intus conceptio/ nullus erit sermo. Q; si secus euenerit: necesse est omnẽ a sterili/ deserta ac vacua mente prolatã orationẽ: in ventũ proferri/ stolidãq; esse/ incõpositã/ irrationabilẽ/ pseudologam ac falsam: et que nullius erit rei expressio ac signum. Omnis enim sermo & oratio: ad eius que in mente est notionis et idee prospectum/ ad intelligibiliũ instar et imitationem: cõponẽda est/ limitanda atq; numeranda.

¶ Sicut anime notio medium est essendi: ita & vox docendi. 3

¶ Anime duplex est esse. Aliud primũ/ quod ẽ ipsius simplex & naturale esse. Aliud secũdũ qđ est bene esse & scire. Est enim anima omnia/ et sciens est. Est simpliciter/ per se/ ante cõceptum. Est vero sciens: ipsius notionis & conceptionis habitu. In hac autem propositione/ de anime esse secundario loquimur: quẽ appellamus conceptũ/ siue internã ipsius notionem. Est enim hec notio litteraria aie essentia/ siue ipsa scientia: et qua aia docta scienscq; vocatur. Vt igitur hec notio medium est essendi: ita & vox docẽdi. Nam primã illam notionem/ format cuditue anima ad semetipsam. qua sibiipsa se offert seq; collabellat/ presentat/ exprimit/ seq; nouit/ intuetur/ speculatur. Vocẽ autem haud ad seipsam: sed ad alium extrinsecus profert. eiusq; medio pedotribatum exercet: dũ quã intus habet notionem/ in alteri? deriuat/ traducitq; mentẽ. Sicut enim anima/ est docta in conceptu/ non docet in conceptu; ita & docet in voce et non est docta in voce/ siue in habitu vocis. In quo enim docta censetur/ docere nequit: et in quo docet docta non est.

Vox ad alium pfert.

¶ Scriptura: verum est dicendi medium. 4

¶ Qui doctus est & mente plenus: neq; vt loquatur neq; vt scribat eget. Seipso etenim perfectus/ sibiq; sufficiens: voluntarie & naturali dūtaxat proximi amore extra se fit. eamq; quā intus habet conceptionē/ voce expressam: alteri offert/ pandit referatq;. Porro labilis fluida/ & euanida vox: ab eo qui docetur/ scripturarum monumētis mandatur atq; asserua tur. vt presentanee vocis/ frequēs apud eum iteratio fiat/ atq; resumptio. Hac enim crebra & iterata scripturarū lectione: in eius qui discit mente: solidus/ ac firmus paratur discipline habitus: ei similis/ qui mēti prius inerat docentis. Vnde fit vt sicut qui docet/ scriptione nō eget: cum sue mentis conceptus sufficientius voce/ sermoneq; alteri adaperiat: ita & acu sticus siue auditor/ qui adhuc & docetur & discit: loqui non possit. Nondū enim vocalis/ aut loquutuleius (inani adhuc sterilique mente) factus est: cū vox omnis/ interne sit notionis ex pressio. Tādiu eteni qui discipulatui subest/ echemitiā Pythagoricā seruare iubetur: quoad mens ipsius spiritalibus notionibus ditata/ habeat quod cōmode & rationabiliter eloquat. quoad eius oratio/ sit internarum animi diuitiarum exprōptrix. Cuius autem mēs notionū est inops: hic merito labia digito supprimat.

5 ¶ Scriptura est vocis continentia perseuerantia/ iteratio/ frequentia resump tio: qua in eo qui discit paratur disciplinę habitus.

¶ Vnico actu: nulla in nobis paratur disciplina/ nullus gignitur habitus. Vox autem est vt vnicus actus/ ad momentū euanida: que simul atq; facta est vanescit resoluiturq;. Simplici igitur voce in eo qui discit: nullus disciplinę formaī habit⁹. sed necessaria est imprimis scrip tura: qua vox excepta/ apud eum reseruetur qui discit/ iteretur resumatur. eaq; frequentia & consimiliū actuū numero: perfectus euadat atq; eruditus. habitu specierū/ iternarūue no tionū ei equalis: q se docuit. Est enim scriptura: vocis memoria/ reseruatio/ numerus & ite ratio. Nam sicut in libro de intellectu docuimus/ intelligibilē notionē momentaneam esse i intellectu: fixā vero/ ac statam in memoria: ita & vox per se momentanea & initerabilis est. Quod enim (vt aiunt) semel dictum est/ amplius resumi non potest. Scriptura vero quedā est vocis collectio/ numerus/ memoria/ resumptio: ad formandum in nobis discipline statum perneccssaria. Et vt docentis proprietates/ sunt locutio & status (Nam liberius stantes lo quuntur) ita & dicentis propria sūt: Echemitia siue taciturnitas Silentium/ Sessio/ Scriptio Silētiū quia mēte vacui atq; ianes: necdū q̄d dicturiāt aut rationabiliter eloquanī idepti sūt Sessio propter scriptionē: que sedentaria est & quā sedendo exercere solemus. Et qui docet vt intellectus est: qui vero docetur/ vt memoria. Transfert enim omnia intellectus in memo riam: & inanis ab initio memoria/ ab intellectu impregnatur/ fecundatur/ perficitur. ita & is qui docet/ ab initio plenus est & mente diues: qui vero docetur inops & vaeuus. Hic autē/ ab illo sicut & memoria ab intellectu ditatur/ eruditur perficitur.

6 ¶ Vnde fit vt inter eum qui docet quiq; discit: cōtingat circulus/ a conceptu in vocē/ a voce in scripturā/ a qua in cōceptū/ a quo rursus in vocem.

¶ Circul⁹ est ab eodē in idē pgressio: idē pricipiū/ idē finis: ab eodē i idē reuerti. In hūana eruditione initium motus: fit ab eius notione & conceptu qui docet. Eo enim conceptu: vocem elicit/ primam sue notionis expressionem. Ex hac autem voce is qui eruditur/ doce turue: profert apud se scripturam. qua vocem contineat/ firmet pluriesq; resumat. Hac vero



Figura humane eruditionis qua de mēte in mentē: per sensibilia media notio transfertur.

repetitione paratur in eo disciplīe habitus. subitq; mentē eius interna notio: similis eī notioni que prius extitit in mente docentis. & in ea demū notiōe: disciplīe periodus/ gyrus ciclusue absoluitur. Vt enim cepꝰ erat motus/ ab ea conceptione que erat in mente docentis: ita & in ea clauditur finiturq; notione/ que posterius discentis mentem perficit opplet/ consumat. Eius autem notionis media: sunt vox & scriptura/ illa docentis/ hec discentis mediū atq; instrumentū. Per hec enim duo sensibilia media: mēs menti referatur/ atq; adaperitur. isq; conceptus qui est in mēte docentis: in discentis mentē transfertur atq; deportatur. Is vero qui iam edoctus & consummatus est/ cū par ei qui se docuit factus sit: tū primum interruptis silentijs/ liberā habet edendę vocis facultatē/ euasitq; vocalis & loquutuleius: Rationabilis atq; emeritꝰ suarū notionū eloquutor: internicq; thesauri buccinator & pius (aliorum instructionis gratia) propalator.

¶ Quis disciplinarium actuum ordo. Cap. XXX.

ANime/ que ad aliam pedotribatu ac ludimagisterio fungitur: propria sunt esse/ scire/ loqui.

¶ Esse anime: est anime substantia prior oī eius actu. quippe que est omnis sui actus initiū. Scire: est interne/ inuisibilisq; notionis habitus. loqui vero vocis est prolatio. Eius igitur anime que ad aliam animam/ pedotribatu & litterario ludimagisterio fungitur: tria sunt inprimis propria. Esse/ scire/ loqui. Esse secundū se/ & ante oīa. Scire idest internam notionē habere: qua sciens anima/ perfecta & cōsummata cēsetur. Loqui cū quecunq; ipsi insunt: voce/ oratione/ sermone alij exprimit omnēq; mentis thesaurū adaperit. Scribere (vt ostendimus) haudquaq; eius est: proprīū: quandoquidē pedie exercende/ referendeq; menti/ ac promendis eius notionibus: cōpetenter suppetit oratio.

¶ Inconsummate mētis & que tenero adhuc discipulatu/ ad vere disciplīe magmēta proficit: propria sunt essētia/ ignoratio/ silētiū/ profectus. 2

¶ Nam incōsumata mens: substantiā habet a natura/ qua simpliciter esse dicitur: & cuiꝰ habitus/ est simplex eius essentia. Est autem a natura inanis/ vacua/ in tenebris: omni interno lumine/ ac intellectuali specie orbata: quā specierū priuationē appellamus cunctorum ignorationē. Et si priuata est specie/ nullā introrsus gestās notionē: quomodo rationalē/ aut significantē elicere poterit vocē? Est enim vox interioris conceptionis signū: interior vero notio/ totius vocis initiū. Et que a sterili/ atq; indocta mente profertur oratio: blittea est irrationalis/ nullius expromptrix/ aut significatiua. Eius igitur mentis que tenero adhuc discipulatu fouetur: & ad vere disciplīe magmenta/ maioraue incrementa sensī prouehitur: hec sunt peculiaria & propria/ Essentia/ Ignoratio/ Silentium/ profectus. Est etenim/ ignorat/ silet/ discit sēsimq; proficit.

¶ Inconsummate mentis discipulatus his adipletur & perficitur: Auditione/ Scriptione/ Lectione/ Intelligentia/ Essentia. 3

¶ Si prima mentis reseratio/ vox est ludimagistri: necesse est vt & primus discipuli actus/ sit eius vocis perceptio atq; auditio. Secundus vero est eiusdē vocis retentio/ continentia & statꝰ: q scriptione adipletur. Diximus eni scripturā/ perseuerantiā esse vocis/ eiusq; numerum/ iterationem & frequentiam: ad formandā/ atq; apparandā in nobis disciplinam. Scriptioni succedit ipsa lectio: qua ipsi chartas tractantes/ phylurasq; sedulo voluitātes: que litteris mandata sunt/ oculis haurimus. Porro lectio/ intelligentiam parit: eūq; proficienti adhuc menti infert conceptū/ qui prius cōsummate menti inerat. & quē consūmata huiusmodi mens/ pedotribatu perfuncta: voce primitus expresserat. Denicq; intelligentia/ mentis est cōsūmatio: & quedā secūda illius essentia/ prime naturalis & antiquioris essētie pfectio.

Progressio in eruditione discipuli						
Discipulus	Audit	Scribit	Legit	Intelligit	Scit	Est

¶ Vnde fit vt vniuersi humane eruditionis & doctrine actꝰ sint hi Esse scire Loqui Audire Scribere Legere Intelligere Scire Esse. 4

¶ Statue extrema humane eruditionis mentē & mentē: illā primitus per se aut a natura edoctā: hanc vero ab illa eruditā: inter vtrāq; mentē (vt hec discipulatu/ illa vero pedotribatu defungitur) vniuersa hec cōtingūt. Esse/ Scire/ Fari/ Audire/ Scribere/ Lectitare/ Intelligere/ Scire Esse. Essea natura/ qbꝰ ābe mētes/ abiuicē dissite sunt: hec proficiens/ illa eruditi-

ens ac docēs. Nā ante oīa/ docta mēs: naturalis essētie participatione/ esse ac subsistere dicit Interna vero notiōe & cōceptiōis habitu: scire pronunciatur. Hāc deinde notionē/ dū voce exprimit: loqui fariq; dicit. Et hic vltimus est pedotribe actꝰ. Primꝰ autem discipuli actus:



est auditio/ ipsiusq; vocis sēsꝰ. Secūdꝰ scriptio: & vocis apud se cōtinētia. Tertiꝰ scripture ocularis lustratio: q̄ & lectitatio vocat. Quartꝰ itelligētia: q̄ (frequēti lectitatiōe) cōceptꝰ i mēte gignit: cuiꝰ habitꝰ ē mētis plenitudo & sciētia q̄ scire sciēsue eē mēs ipsa dicēda ē. Post scire vero relabimuri eē eiusdē mētis: qđ ē eiꝰ primū & vltimū. Et hec ē absolutio cicli hūane eruditiōis: qua mēs a mēte pficit: cuiꝰ initiū est cōsūmate mētis eē: finis vero incōsūmate mētis esse. Et ab essentia prime docteq; mētis/ ad vocis vsq; plationē: a pfectis ad ipfecta ab iterioribꝰ ad exteriora/ ab itelligibilibꝰ ad sēsibilia/ a signatis ad signa descēdētes mouemur. Ast ab audītione vocis/ ad inerudite mentis (que tamē in fine docta euadit) esse: scādimꝰ ad intelligibilia ad interiora ad perfecta & signata: ab ijs que contrariis rationibus finiuntur.

¶ Sicut is qui alium erudit/ ab interna notione siue scriptura/ vocē profert: ita et qui cōsumat/ e demū littera siue voce elicit conceptum.

¶ Interna notio q̄ est i mēte docētis/ fōs est (vt diximꝰ) & vocis & scripture: vt a qua tā vox/ q̄ scriptura deriuant. Vox autē prima est eiꝰ notiōis exp̄ssio: & q̄ sine scripture medio/ a docta/ cōsūmataq; mēte (pfectiōis mētis alteriꝰ causa) profert. Que autē pficit mēs: fluxā vocē littera excipit/ cōtinet figit/ & apud se retētat. cuiꝰ frequēti lectitatione/ sine vllo vocis medio gignit in ea spiritalis notio/ quē cōceptū dicimꝰ. cuiꝰ habitus est ipsiꝰ mētis cōsūmatio. In eo igit q̄ docet: cōceptꝰ sine scriptura: vocis est initiū. In eo vero q̄ docet: littera sine voce: gignit cōceptū. Vnde fit vt & cōceptio/ sit cōceptiōis: & sciētia sciētie: & lumē lumis causa. Est eni cōceptio vocis causa: vox vero scripture. Scriptura cōceptiōis: in ea mēte que proficit: atq; erudit. q̄ etsi postq̄ cōsūmata ē: alteriꝰ eruditioni p̄sit: rursū eiꝰ cōceptio piet vocē: vox scripturā: scriptura cōceptū. & ita deiceps: ad vltime vsq; mētis cōsūmationē.

¶ Sola voce/ sine scripture medio: mēs rite cōsūmari ac perfici nequit.

¶Nam vnico actu/nullus in nobis formatur habitus.sed frequenti eiusdē iteratione: qua firmatur in nobis interna notio/fitq; immobilis a mente. Simplex autē/fluxe/euanideq; vocis prolatio:est vt vnic⁹ disciplineactus vnico momento perseuerans.qui seipso iterari/ figi et contineri nequit. Scriptura autem & littera:vocis est numerus/ permanentia & iteratio.qua inoritur indocte menti/procita et expetita conceptio. Sola igitur voce siue scriptu re medio:is haudquaq; facile in mente paritur conceptus/ qui mētis est habitus/ plenitudo veraq; disciplina.

Scriptura vocis nūerus

¶Q; sensus disciplīe sunt quattuor. Cap.XXXI.

Disciplīe sensus sunt quattuor: auditus/visus/gustus/tactus. 1

¶Vulgatissimi sunt gemini disciplīe sensus/qui a cunctis litterarū presides celebrantur:auditus/ac visus:hic scripture/ille vocis.qui cuminter exteriores sensus/primatum obtineant:summo animalis culmine atq; fastigio/cunctis sublimiores & eminentiores resident. Auditus tamē & ipse visum precellit: quemadmodum & anima corpus. Est enim auditus(vt ostendimus)vocis & anime sensus:visus vero corporis ac scripture. Vox autem & scriptura:sensibilia media sunt/parande in nobis disciplīe. qb⁹ et internus consummate mentis promitur/ reseruaturue thesaurus . & ea que inops que exors et expers est disciplīe/omniq; conceptione vacua:ditatur/ impletur/ consumatur. Sicut igit duo sūt disciplīe sēsus:alius quo sermones & voces/ ali⁹ quo scripturas ipsas haurimus:ita & alij duo sunt disciplīe sensus/ qui auditui visuiq; famulantur. alius qui voces proferat vt gustus:alius qui scripturas exarare/ac pingere soleat: vt attactus.Nā licet(vt dictū est)tact⁹in toto sit animalis corpore:vera tamē & peculiaria eius organa/ea nūcupare possumus:que a cunctis organorum organa censentur/sicut & tactus sensus sensuū nūcupatur.Vt lacerti/manus/digiti:que toto exeruntur corpore/illi extima sunt:& circunferi eidem possunt.adeo vt nulla sit corporis pars/que manuū fugiat attactum.

Auditusvisu pstātior exors

¶Auditus & visus actiui:Gust⁹ & tactus/factiui & illiberales sunt. 2

¶Auditus & visus in cōparandis disciplinis/actiui & practici sunt. vt quib⁹ sensibiliū rerum ab vniuerso mundo/ hauriuntur & expetūtur species. que in imaginationem primum deinde in intellectū/defecatissime penetrant.Gustus autē & attactus neq; vocis/ neq; scripture sunt arbitri:& perpaucas nobis sensibilium rerum species demōstrant.illius tamē famuletium/voces edit:huius vero facultas litterarū notas pingit/exaratq; scripturas.Vt igitur auditus & visus actiui/aut si mauis speculatiui sunt(Nam visus speculatur scripturas auditus arbiter est vocum)ita & gustus & attactus factiui & illiberales sunt: hic scripture/ ille vocis opifex.

¶Vt superior gustus/superiorem auditū: ita & inferior tactus inferiorem et ignobiliorem/pascit visum. 3

¶Gustus vocis architectus/pascit auditū:tactus vero littere exarator alit visum. Omnē vocem/presentat os auditui.Manus vero litterā omnē/ocellis infundit. Pascitur auditus vocibus/visus vero scripturis.Omnis quippe sensus:suo obiecto/suiue obiecti specie pascitur/fouetur/enutritur. Et sicut gustus nobilior & eminentior est tactu:ita & hic rursum cōijcere licet/auditum prestantiorem esse visu. Huic enim alendo natura abiectiorem:illi vero confouendo prestantiorem aptauit/obiecit/presentauit.

¶Os est quiddā ipsius auditus obiectū:manus vero oculorum. 4

¶Nam os aīalis/est ipsum primū & precipuū vocale:in quo formaī oīs vox/a quo oīs oratio profertur& manat.Oīs autē effect⁹/primit⁹ sue cause inest:& excellētius in causa/q; i seipso subsistit. Eadē eni causa plures potest & gignit effectus.Ipsa & ante est & sublimiore modo est:quicqd est eius effect⁹.Os autē/vocum oīm est causa.Man⁹ vero scripturarū.Et vox oris:scriptura vero manuū/q̄dā est extima & sensibilis explicatio. Si



Si igitur antea ori omnis vox/ omnis quoq; ſcriptura manibus ineſt: erit os vt omnis vox/ & manus vt omnis ſcriptura. eruntq; rurſum manus vt oculorũ obiecta/ veraq; viſibilia: in quibus a natura ſcripta ac depicta ſunt omnia. os vero verũ vocale & aurium obiectum. Vnde fit vt auditus & viſus/ ſint vt potẽtie: guſtus vero & tactus/ vt eorum obiecta. & videatur animal perpulchre conuerti/ ac flecti in ſeipſũ: cũ pars ipſius/ parte diiudicet ſitq; pars parti a natura peruenuſte preſentata. os inquam auribus/ oculis vero manus. Illatio.

5 ¶ Auditus & viſꝰ/ ſunt perſe diſcipline ſenſꝰ. Guſtꝰ & tactus ſecũ dũ quid.

¶ Nam auditus vt auditus/ ſenſus eſt diſcipline. Itidem & viſus/ vt viſus. Eſt enim auditꝰ vt auditus/ vocis arbiter/ ac iudex. viſus pariter vt viſus: intuetur perluſtratq; ſcripturam. Et vox vt vox eſt: audibilis eſt. Scriptura quoq; vt ſcriptura/ viſibilis. At guſtus & tactꝰ vt ſenſus & paſſibiles ſunt (omnis enim ſenſꝰ vt huiuſmodi paſſibilis eſt & ſpeciei ſuſceptiuus) neq; hic ſcripturarũ/ neq; ille vocũ eſt ſenſus. Eſt enim tactus prime & elementarie qualitatis/ aut loci ſenſus. Guſtus/ vero ſenſus eſt ſapidi ac inſipidi. Sunt igitur auditus & viſꝰ p ſe diſcipline ſenſus: Guſtus vero & tactus ſecundum quid. hic vt opifex ſcripturarũ: ille vocũ & orationum miniſter. Os ſenſꝰ vt huiuſmodi paſſibilis

6 ¶ Olfactus inter hos & illos medius: neuter eſſe perſpicitur.

¶ Auditus & viſꝰ liberales & perfecti ſunt: vocis & ſcripture arbitri & vt anime ſenſus. Guſtus autem & tactus: & illiberales & corporis ſenſus dicuntur. Olfactꝰ inter hos/ illoſue medius: partim anime/ parti corporis & aliquopacto (vt ſuperius docuimus) totius eſt ſenſus vt qui ſimpliciter neq; vtiliũ/ neq; honeſtorum: ſed mediorũ & delectabilium bonorũ eſt. Diximꝰ enim vtilia bona/ corporis eſſe propria: anime vero honeſta. Supereſt vt bona media/ ac delectabilia: aut in neutram/ aut in vtrãq; partem flectantur/ atq; ipſi toti accõmodentur. Et cum extremi ſenſus ſeſe reſpiciant: auditus guſtum/ viſus tactum: & alij aliorum ſint arbitri/ ac iudices: Alij eorum miniſtri/ preſentantes/ atq; offerentes ſeſe (Eſt enim os audibile: manus vero viſibiles) Medius olfactus/ aut deniq; ſeipſum reſpicit: aut exteriorem mundum. Nullus enim ſupereſt in hũano corpore/ exterior ſenſꝰ: qui illi preſentetur/ obiiciatur/ offeratur. Aut igitur eidem exterior mundus obiectus eſt/ aut ipſe ſibiipſi: aut fortaſſis (quod & verius & rationabilius dicitur) abdito/ interno/ comuniq; ſenſui obijciendus & preſentandus erit. Sicut enim olfactus/ ſuperior eſt guſtu/ ita & comunis ſenſꝰ/ ſuperior auditu/ ſitus in cerebro. Itaq; & perq; rationabile eſt: olfactum eſſe/ vt quiddam iterni/ abditiq; Rationabilior de olfactu opinio.

ſenſus obiectum. Nam & ipſiꝰ olfactꝰ ſenſoria/ ad cerebrum ferũtur. & ſpiritus quem trahimꝰ/ ſpiramuſq; naribus: ad cerebri temperamentum penſatus a natura deputatuſq; eſſe cẽſetur. Quippe cerebrum ipſum paſcitur/ nutritur/ foueturq; odoribus. & vniuerſi odores: vt plurimum in calido/ ſiccoq; conſiſtunt. & ab ſolo igni ex oi odora ſubſtantia/ quedam ſuaueolentia ad nares elicitur: que inde ad cerebrum trãſit illiꝰ frigiditatem/ atq; humiditatem reſolutura. Vnde fit vt animal totũ in ſe conuertat: & admirabili cõcinnitate/ e ſex animalis ſenſibus/ vno interno & exterioribꝰ quinq; ſuperiores tres/ ad inferiores tres conuertantur/ ab eis foueantur/ paſcantur/ & enutriãtur. Cerebrum ſiue ſenſus cõmunis/ ab olfactu. Auditus ab ore/ ſiue guſtu. Viſus ab attactu & manibus. Et miniſtrãt hi illis



Cerebrum paſcit odoribus.

Illatio.

Olfactus cerebro/sensuiue cõi odores presẽtat. Os auditui/voces: Manꝰ/oculis scripturas. Et illi horũ sũt iudices/ac arbitri: hi vero vt illoꝝ obiecta. Et finiũt terminãturue hi illis hiqꝫ ad illos vt potiores defluũt. odores ad cerebrũ ab olfactu: voces ab ore i aures feruntꝫ. Scripture e manibus visui psentantur. Et vt olfactus in aere cõsistit & aereus est sensus: ita & gustus in aq̃/tactus in terra. Ois enī odor/i aere & spiritu esse natus est. vox i aqua/scriptura in terra. Et qđ presẽtat tactus visui: terra est. Qđ gustꝰ auditui/aqua. Qđ deniqꝫ olfactꝰ cerebro/aer. Est enī scriptura vt terra & imobilis: vox vt aqua/fluxa & sonora: odor vt aer.

¶Quis eius qui docetur sensus: moueatur primus. Cap. XXXII.

HOminis qui ab homine docetur primus mouetur auditus. 1

¶Nam ipsa hominis/ab hoie eruditio: voce (vt diximꝰ) perficitur. cum vox sit ipsum docendi mediũ: sitqꝫ prima eius que in mẽte abdita est notiõis expressio. Ipsa igitur vox/ab eo qui discipulatui subest: imprimis est auribus hauriẽda & excipiẽda. quare & ipsius sensus/qui primꝰ mouetur: est auditus. Et hoc rursũ aliud est signũ/auditũ visu & natura priorẽ & prestãtiorẽ esse. vt q̃ vero/ac pfecto docẽdi/discendiqꝫ modo (quo simile a simili mouetur homo ab hoie/mens a mente) primꝰ cietur/moueturqꝫ.

¶Eius itẽ q̃ docet auditus/ciet manꝰ: manꝰ oculos/oculi mẽtẽ i qua fit statꝰ.

¶Is enim qui recipit disciplinam: auditã vocem/scriptura cõtinere nititur. Scriptura vero/eius oculos mouet. Oculi mentẽ: cum frequenti lectione/ex scriptura (vt diximus) sine voce eliciatur/penetretqꝫ in eius mentem conceptus in quo fit status: & eius qui discit vltimum eiusqꝫ consumatio. Eius igitur q̃ discit: auditus mouet manꝰ. Manꝰ oculos/oculi mẽtẽ. q̃ cũ nichil vlterius/aut abditius sit: vltima mouetur/fitqꝫ in ea status.

¶Ludimagistri mens prima & a seipsa motitat: que & ipsa eius ipsius os referat/ac mouet: os vero ipsius ciet auditum: in quo ipsius motꝰ vltimum. 2

¶Ludimagister/pedotribes/siue qui alterius eruditioni preficitur. Ab eius mente fit totius motus initium: vt que prima & per se/referande sue notionis causa a seipsa mouetur. Mota vero/os iprimis ciet ac aperit vocis prolatione: qua primitus interna eius notio alteri exprimitur. Os vero ipsiꝰ mouet & auditũ: cum & is qui aliũ erudit/suosquoqꝫ sermones proprio auriũ iudicio metiatur. Attamen non eodẽmodo sermo siue oratio: auditũ mouet docentis & discentis. Sed auditũ docentis/dũtaxat secundũ accidens: per se vero discentis auditũ. Nã qui docet/sermone proprio minime est erudiendus. Qui vero docetur/ad orationẽ docentis attendit: vt ab ea eruditur/perficiaturqꝫ.

¶Vnde fit vt discipulꝰ/solo ore nõ moueat: pedotribes vero manibꝰ & visu.

Echemitia taciturnitas.

¶Discipulus/pluſq̃ ludimagister mouet. Nã ore solo nõ mouetur: vt qui mẽte vacuꝰ/echemitistas esse & silentia seruare cogitur. Ceteris vero cunctis discipline sẽsibꝰ mouetur: insup & mente. Mouetur enī imprimis auditu/deinde manibus/hinc oculis/postremo mẽte. Pedotribes autẽ mente mouetur/ore & auditu. non enī scribere eũ oportet. neqꝫ scripturarũ incumbere lectioni. Non autẽ manibꝰ/aut visu mouet. Neqꝫ rursũ mouetur mẽte atqꝫ auditu sicut & is qui discit. Nã nichil in mẽte recipit. Et minime a sua/ipse oratione eruditur. Vnde fit vt proprie & perse/ore solo moueatur. 3

¶Fit iterum vt humane eruditiõis/qua ab homine homo docetur: omnis motus/his contineatur. mens/os/auditus/manus/visus/mens. 4

¶Nam mens docentis/per se interna notione plena/docta/atqꝫ perfecta: ore seipsã aperit referatqꝫ quẽ intus habet doctrine thesaurũ. Ore igitur iprimis mouetur fauces elidẽs/vocẽqꝫ proferẽs. que eius qui docetur aures ciet/hinc manus: quibus eduntur scripture. scripturis vero afficiuntur oculi/qui illico mentem motitant/gignũtqꝫ in ea interne notionis habitum. cuius plenitudine consumata/prius vacua mẽs: in statu cõtinetur/seipsa contẽta/sibi sufficiens. & cui (vt diuus Areopagita testatur) iamiam superfluunt/cũ corpore sẽsus.

Docentis		Discentis			
Mouet	Mouet	Mouet	Mouet	Mouet	
Mens	Os	Auditus	Manus	Visus	Mentẽ
Potẽtia	Organũ	Potẽtia	Organũ	Potẽtia	Potẽtiã
Rectus humane eruditionis motus a mente in mentem					

¶Quot suscipiende/aut tradende discipline sint modi. Cap. XXXIII

1 QVi a natura/nullo quattuor doctrine ſenſuum preditus eſt: is neq; erudiri/neq; docere poterit.

Nã e quattuor doctrine ſenſibus: duo ad recipiẽdã duo vero ad tradẽdam alijs diſciplinam accõmodantur. Siquidem auditu diſcim⁹ & viſu: hoc ſcripturas/illo vocem & orationem hauriẽtes. Ore autem/voces eliduntur. Manu ſcripture parantur. que ſunt doctrine media: quibus arcana & incognita mens reſeratur. Si igitur auditus & viſus ſenſus ſunt diſcipline ſuſceptiui: Guſtus vero & tactus/ diſcipline traditiui: liquet eum quẽ natura his quattuor ſenſib⁹ fefellerit/ ac diſtituerit: neq; ſuſcipere ab alijs neq; tradere aliis poſſe doctrinam. Et nõmodo alium/ qui huiuſmodi eſt non docebit/ neq; ab alio erudietur. ſed neq; a ſeipſo/ neq; a mundo doctrinam capeſcet. Eius eni anima perpetuo corporis carceri mancipata/ac mole carnis obruta: congrediendi mũdo haudquaq; liberam habet facultatem. nullũq; cum mũdo/ aut homine alio habebit cõmercium. Omni quippe organo quo ſe corporeis clauſtris exerere valeat priuata eſt. Et omni deſtituta ſumibulo ac tubo: quo ſenſibilibus ſpeciebus a mundo inſpirari/ feriri & affici queat.

2 CVnde manifeſtum eſt animam ſine ſenſuum preſidio: nullã neq; ſenſibilium/neq; intelligibilium adipiſci poſſe diſciplinam.

Obiectio. CFortaſſis dicet quiſpiã: Aĩa omni ſenſuũ preſidio deſtituta/ dũtaxat ſenſibiliũ ſcientia carebit: nõ intelligibiliũ. Nã itelligibiliũ null⁹ eſt ſẽſus. & ad ea ſola capeſcẽda / ſuppetũt ſẽſque ſuapte natura ſunt ſenſibilia. Ad ea vero que omnẽ ſupereminent ſenſum: & quorum nulla hauriri poteſt ſenſibilis ſpecies/ haudquaq; ſenſus cõgruũt/ aut expetẽdi ſunt. ſed ea fortaſſis alio quouis modo (vt ſuapte natura/ per ſe/ inſenſibiter & int⁹) menti ſeſe prodũt atq; inſinuãt. Poterit igitur & anima omni ſenſuũ preſidio a natura deſtituta: ſaltim intelligibiliũ ſciẽtiam nanciſci: que eſt vere ſcientia & verior/ ac prior ſenſibiliũ ſcientia. Ad hec dicimus: cum intelligibilia & ſuperceleſtia/ ſup̃ma ſint & veriſſima nature entia ſenſibiliũ & ſublũariũ exemplaria/ veritates/ forme & idee: ſenſibilia vero ſecũda & imperfecta nature entia ſimilitudies & ſigna: haud nature ordine poſſe humanã aĩam: i carnis domicilio ſine horũ ſciẽtia illorũ vllã rationẽ et notitiã cõſequi. quãdoqdẽ nata eſt aĩa: ab extra ad itra a ſẽſu ad itellectũ ab iperfectis ad perfecta/ et a ſignis ad ſignata et expreſſa moueri. Rurſũ aĩa ſine ſpecie/ itelligere nõ eſt nata. In hoc eni ab angelo differt: q⁹ hic ſimpliciter & ſine ſpecie/ illa vero cũ ſpecie & imagine cũcta apprehẽdit. Si igitur haud aliud eſt aĩam aliquid ſcire & noſſe/ q̃ illi internam & propriam eius quod ſcitur ſpeciem ineſſe: vtiq; & ſine intelligibilium ſpecie/ anima nullã eorum cõſequetur ſciẽtiam. At qui nata eſt anima & a natura iubetur: ab ſolis ſenſibilibus/ eorũ que veraciter intellectualia & ſupramũdana ſunt/ exhaurire/ elicere/ & abſtrahere veras/ proprias & intellectuales ſpecies. quarum habitu & plenitudine anima non tam ſenſibilium/ q̃ ipſorum intelligibilium ſcientiam & diſciplinam dicitur indepta Impoſſibile autẽ eſt vt a ſenſibilibus intelligibiles ſpecies eliciat anima: ſine ſenſuum preſidio. Sine igitur ſenſuũ preſidio: anima neq; ſenſibilium / neq; intelligibiliũ ſcientiã nãciſcetur. nã & eadem profecto eſt ſenſibilium/ atq; intelligibiliũ ſcientia. & eadẽ intellectualis ſpecies in anima: que & ſenſibilis & intelligibilis ſubſtantie/ eſt ſpecies: & verius ipſius intelligibilis/ q̃ ſenſibilis. Quemadmodum & mens que alij mẽti/ vocis prolatione reſeratur/ vocem imprimis in alterius ſenſum profert. Ex ea autem voce/ que erudit mens: intelligibilem abſtrahit ſpeciem. que haudquaq; tam vocis ſpecies eſt/ q̃ prime intelligibilis ſpecies: que a prima mente ipſius vocis medio/ ſenſibiliter & in ipſa voce/ indocte menti reuelat. Sicut igitur intelligibilis ſpecies/ quã mens ſecunda ab ipſa elicit voce: haud vocis ſpecies dicitur/ ſed ſpecies eius notionis que eſt in prima mente: & eius habitu/ ſecũda mens non tam prolatã vocem/ q̃ expreſſam vocẽ internam prime mentis notionẽ ſcire dicitur (Ipſa etenim ſcientia ad precipuũ & primũ: non ad ſecundũ & ſignum eſt referẽda) ita & cũ ſenſibilia ſint intelligibilium ſigna: intellectuales notiones quas a ſenſibilibus ipſis humana mens abſtrahere ſolita eſt: plus ad ipſa intelligibilia / vt ad exẽplaria q̃ ad ſenſibilia ſunt referende dicẽdeq; notiones/ ratiões & ſciẽtie intelligibiliũ. Nã & ſẽſibiliũ: nulla eſt ſcientia: cum ois eorũ ſcientia/ ſit intellectualis notionis abſtractio: que notio eſt vere & intellectualis ſubſtantie: & ſciẽtia vere/ p̃cipue & intellectualis ſubſtantie/ in ſenſibili mũdo huſq; ſubſiſtentis. Vnde fit vt verius ſubſiſtat ois ſẽſibilis ſubſtantia i mẽte/ q̃ extra mentem & q̃ in ſeipſa/ ſiue in mũdo. Nã in mẽte ſubſiſtit vt in veritate & imagine: q̃ veritati pxima & q̃ ſimillima eſt: ſine differentia/ numero alteritate/ tempore loco & materia. In ſe autem & in mundo: differt / numeratur alteratur/ mutatur/ in loco eſt/ in tẽpore & i materia. quibus

Alia ratio.

Senſ⁹ itelligibilium ſciẽtiã nõ confert.

Reſponſio.

Senſibiliũ. ſpecies ſũt & itelligibilium.

a veris & intellectualibus substantijs: terrena & sublunaria entia distare cognoscuntur.

¶ Qui susceptiuis disciplinę sensibus a natura priuantur: hos & traditiuorum officio/destitui oportet: At non ediuerso. 3

¶ Susceptiui disciplinę & precipui sensus/ sunt auditus & visus: quibus discimus vniuersa. Traditiui vero sunt adminicularij/ Gustus & tactus/ os & manꝰ. Quibus autem non insunt a natura auditus & visus/ vt surdi a natura & ceci: hi & oris ac manuū/ litterario priuantur officio. Nā & vox illis & scriptura negant. neqꝫ fandi neqꝫ scribēdi illis adest facultas. Nā tametsi sana illis & inipedita adsint vtriusqꝫ organa vtlingua & manꝰ: exignorātia tamē nūeri discretiōis & rationis vocis/ que solo auditu hauriū: & exignorātia figure & litterarū/ simpli ciūue elemētorū: quibus coalescit visu pceptibilis scriptura: vt & vocis & scripture p̄sidio ca reant oportet. Vnde fit vt geminis causis homines mutescāt/ vel quia natura surdi: aut quia licet audiētes/ sint tamen ipedito organo. Similiter & qui scribere nequeāt: gemini sunt. alii quia a natura ceci/ alij vero quia licet videntes: manci tamē sint manibusue capti.

Illatio.

¶ Discere & erudiri ab homine potest: cui alter tantum susceptiuorum sēsuum adest. 4

¶ Homo ab homine: aut simplici voce discit/ aut scriptura. Et per vocem quidem sine scriptura: & per scripturā sine voce. Cui igitur aderit aut solus auditus/ aut solꝰ visus: is ab homine erudiri poterit. licet neqꝫ vocis/ neqꝫ scripture edende ipsi adsit facultas. Nam licet dictum sit prius/ simplici voce sine scripture medio erudiri posse neminē: de perfecto eruditionis modo loquebamur. dicentes scripturam numerum esse/ resumptionem & permanentiam vocis: qua disciplinę paratur habitꝰ. Eandē quippe vocem resumi nō posse: atqꝫ vnico actu nullā parari disciplinam. Eadē tamen vox/ vt secūdū speciem resumitur/ pluriesue auribus inculcatur: scripture officium/ ac necessitatem tollit. facitqꝫ vt sine scripture medio/ voce simplici: possit quispiam erudiri.

¶ Docere potest: cui traditiuorū alter/ cū alio susceptiuorū eiꝰ arbitro adest: 5

¶ Cum docendi gemini sint modi alius vocis/ alius scripture medio: manifestum est eū cui edende aut vocis aut scripture adest facultas: posse alteriꝰ eruditioni preesse eumqꝫ proprie mentis & internarum suarū notionū facere participem. Qui igitur aut ligua & auditu/ aut manibus & visu preditꝰ est: is profecto pedotribatui ludiue magisterio aptus esse potest. Est enim auditꝰ/ arbiter lingue & vocis: visus vero censor manuū & scripturarū. Traditiui autē sensus (vt iā ostendimꝰ) sine susceptiuis/ in actu & officio esse nequeūt. Susceptiui tamē sine traditiuis possunt. Nam susceptiuus traditiui arbiter est & eius alma directio/ censor & iudex. Et cui aderit solū traditiuorū alter/ cum suceptiuorū altero non eius arbitro: vt manꝰ cum auditu/ aut lingua cum visu: is quoqꝫ neminē hominem/ docere poterit. 6

¶ Vnde fit vt docēdo/q̄ discendo: sit pluribus sensibus opus.

¶ Nam altero tātum susceptiuorum sensuum/ siue traditiuorum vllo: doceri & erudiri quispiam poterit. vt aut auditu solo/ aut visu preditus. docere autē nemo homo potest sine traditiuorū altero/ cū eo susceptiuorum: quem natura illi constituit censorem. vt sine manibus & visu: aut sine lingua & auditu. Vt igitur quisq̄ erudiatur/ vno tantum opus est sensu/ vt alio traditiuorum. vt vero doceat/ duo sunt perneccssarii: traditiuorū alter & susceptiuorum alter/ hic illius arbiter. Omnes autem modi quibus aut docere aut discere contingit hi sūt. Cui vniuersi quattuor disciplinę sensus adsunt: is q̄ facillime & erudietur & docebit. Cui aut solus auditus/ aut visus solus: aut auditus & visus sine ceteris/ is erudiri potest: docere non potest. Cui ligua & auditꝰ aut manꝰ & visꝰ sine: reliqs is aptꝰ ē vt doceat: itidē vt discat. In ceteris āt modis quibꝰ doctrie sēsꝰ aptāt neqꝫ cōmode traditio/ neqꝫ susceptio disciplie pficit.

Modi qbꝰ aut docere aut discere contingit.

¶ Quicunqꝫ docere potest & erudiri potest. & quicunqꝫ inerudibilis est: is nec docere quemq̄/ poterit vnq̄. 7

¶ Nā ei qui docere potest adest aut vocis/ aut scripture facultas: id est aut lingua & auditꝰ aut manus & visus. Traditiui quippe sensꝰ: in actu esse nō possūt/ sine susceptiuis & arbitris. lingua sine auditu: manus sine visu. Cui autem adest susceptiuorum sensuum alter vt auditꝰ aut visꝰ: is docibilis et erudibilis est. Et cui eorū vterqꝫ a natura defuerit: is omino inerudibilis est. Omnis igitur qui docere potest/ potest & erudiri. Et quicūqꝫ inerudibilis est neminem docere poterit aliquando.

Doctri na lium ſen ſu um ada pta tiones.

1	Auditus	o	o	o	Diſcit	Vo		o			
2		Viſ9	o		Diſcit		Sc	o			
3	Auditus	Viſus	o	o	Diſcit	V	S	o			
4	Auditus	Viſus	Lingua	Man9	Diſcit	V	S	Docet	V	S	
5	Auditus	Viſus	Lingua	o	Diſcit	V	S	Docet	V		
6	Auditus	Viſus	o	Man9	Diſcit	V	S	Docet		S	
7	o	Viſus	Lingua	Man9	Diſcit		S	Docet		S	
8	Audit9	o	Lingua	o	Diſcit	V		Docet	V		
9	o	Viſus	o	Man9	Diſcit		S	Docet		S	
10	Audit9	o	Lingua	Man9	Diſcit	V		Docet	V		
11	Audit9	o		Man9	Diſcit	V		o			
12	o	Viſ9	Lingua	Man9	Diſcit		S	Docet		S	
13	o	o	Lingua	Man9	o			o			
14	o	o	Lingua		o			o			
15	o	o	o	Man9	o			o			
16	o	o	o	o	o			o			

¶Q viſus vt a natura doceamur auditu vtilior. Cap. XXXIIII.

Viſus plurior eſt auditu plureſq; nobis rerũ differentias demõſtrat.

¶Nã vt ſomnus & vox rarior eſt colore: ita & audit9 viſu infrequẽtior Cuncta quippeque ſub celo ſũt: aliquo pacto colore affecta ſunt & a natura oculis preſẽtata. Somnum autẽ: vel per q̃ pauca & rarenter edunt. Eſt igitur viſus latior & vniuerſalior auditu: & vt toti9 ſenſibilis mũdi ſenſ9 / qb9 ſenſibiliũ omniũ ſubſtãtiarũ / notis differentie reſerantur. Et ipſa eni cernimus elementa aquã terrã / fumũ / ignem. & que cũq; ſub terris & in terre ſupficie / in aquis / in aere degunt / motitanturue animãtia: oculis lustramus / haurimus & conſpicamur. planete quoq; & ſtelle & que a terre centro ad ambitum viſq; / ſupremãq; firmamenti ſuperficiem: pari oculorũ iudicio a nobis deprehendũtur. 1 Que viſibilia.

¶Modus quo a natura eruditur / doceturue homo: eſt vt a ſcriptura.

¶Ois quippe doctrina: aut vocis aut ſcripture medio parat. A natura aũt hõ ſine voce: ſola rerũ ſpeculatione erudit. Is igitur hũane eruditionis / a natura mod9 eſt: vt a ſcriptura. Diuina nãq; altiſſima & incõprehenſibilis mẽs: oia in ſenſibili mũdo / ſiue firmamẽto / quod eſt ſenſibilium vltimũ maximũ & finis) propriis manib9 digitiſue deſcripſit. atq; vniuerſa humanis oculis: ad noſtram ipſorum eruditionem oppoſuit / obiecit / preſentauit. 2

¶Vnde fit vt in eo quo a natura docemur modo: ſit nobis viſus auditu accommodatior. 3

¶Nã ſcriptura viſu ſolo / nõ auditu percipit. Modus antẽ quo a natura edocemur: eſt vt a ſcriptura. Sunt enim nature voces (vt poſtea oſtẽdemus) ſublimiores firmamẽto & eo oi quod oculis ſubeſt. Nulla nature vera & ſubſtãtialis vox: ſub firmamẽto auditur. ſed ſublimior eſt firmamento verarum vocũ locus. perinde atq; & auditus in animalis corpore: viſu ſublimior & eminẽtior eſſe cõſpicitur. Vt igitur a natura eruditamur: auditui preſtat viſus.

¶Firmamentum eſt celum ſcriptum: finis & obiectum viſus. 4

¶Nam a terre cẽtro ad deuexam vſq; firmamenti ſuperficiem: vniuerſa ſunt oculis perſpicua. Nichil autẽ ſupra firmamẽtũ & ſtellas videri contingit. Omnia illic abdita ſunt oculis & aut omnino nobis incognita: aut alia q̃ oculorũ nobiliore & preſtantiore vi perluſtrãda Eſt igitur firmamẽtum oculorum viſuſq; vltimũ: maximum & finis. Atqui omnis alicuius cognitiue potentie finis terminus / ac meta: eſt & verum ac propriũ eius obiectum. quando quidem omnis cognitiua potẽtia: ſuo finitur terminatur & limitatur obiecto. Propria autẽ ac veriſſima viſus obiecta ſunt ſcripture: quarum perlectitatione eruiendus eſt homo & paſcendus eius animus. Eſt igitur firmamentum vera nature totiuſq; mundi ſcriptura ſiue celum ſcriptum: finis & obiectum viſus.

¶Primum inuiſibile celum / nonum a luna: eſt ipſum celum vocale / verarũ mundi vocum & aquarum locus: & vt id quod vere eſt audibile. 5

¶Terra/aqua/aer/ignis:ſcriptura/vox/cõceptus/mens ſiue aĩa aut aĩe eſſentia:geſtans & continens omnẽ cõceptum.ſcribere/loqui/intelligere/eſſe:viſibile/audibile/intelligibile. Eſſentiale:corpus/aĩa angelus/deus:horum omniũ vna eſt ſcientia/ratio vna/idẽ numerus/eadem proportio/idẽ de cunctis philoſophandi modus. Scriptura terra quedam eſt:& vt terra fixa immobilis & ypoſtaſea quedã vocisſubſidẽtia. Vox vt aqua & quedam aqua: que eo pacto ab ore/cum ſono deriuatur/fluit/proceditq;:quo & e ſuis fõtibus/leni cũ murmure proripere ſeſe ac manare aque cõſpiciuntur. Rurſum prima in aquis reperitur vita:in quibus & primꝰ motus. Vox autẽ vita eſt & anima/ſcripture:& in aqua vt in interno oris ac lingue humore profertur. Si igitur firmamentũ eſt ipſum celum ſcriptum/totiuſue mundi ſcriptura & terra: erit proximũ quod illi circũfertur celum/vocale celũ: verarum mũdi vocum locus/& vitaliũ aquarum fecundiſſima inundatio.in quibus primũ intellectualis mũdi murmur/primaue Pythagorica harmonia exauditur: vt proprĩũ/ac peculiare veri & defecatiſſimi auditus obiectũ. Nam ſi in animalis corpore/auditus eſt viſu loco ſublimior: ita profecto & in mundi corporibus eueniet.vt& verũ auditus obiectũ/ſit naturali viſus obiecto ſublimius/illi proximũ & attiguum: ſicut & auditus/vicinus eſt & proximꝰ viſui. Atqui verum viſꝰ obiectũ:eſt ſideratum/ſtellatumue celũ. in quo vt etherea quadam & veriſſima mundi charta/ac ſcriptura:varie ex ordine ſtellarũ cernũtur imagines/diuerſe animalium figure.quibus pro litterarum elementis & ipſis rerũ monogrammis:pleriq; patrum & antiquorum autorũ vſi traduntur.Erit igitur verum auditus obiectũ/idq; quod vere & ſubſtãtialiter eſt audibile:idipſum celũ/quod firmamẽto attiguũ ei circunfertur/quodue nono a luna loco numeratur. Et hoc ipſum celum merito celũ rationis/aquarũ:vocum/aĩarũ/vite veraq; mundi vox nuncupari poteſt.

Firmamẽtum celum ſcriptum.

¶Tertium a firmamento celum: eſt intellectuale celum/vera & ſubſtantialis mundi conceptio. 6

¶Firmamentum mundi ſcriptura eſt:celũ rationis/vox mundi.celũ angelorum/tertium a firmamento: eſt intellectuale celũ/vera & ſuſtãtialis mũdi cõceptio:ſimilis ei conceptui qui eſt in mente/ſiue ĩ anima.Diximus enim in homine/tantũ hec quattuor litteraria reperiri elementa:ſcripturam vocẽ/conceptũ & mentem ſiue aĩe eſſentiam: geſtantem/ferẽtem & cotinentem in ſeſe omnẽ cõceptionem/internamue notionẽ:abditiorem interiorẽ & ſuperiorem voce. Eſt enim ſcriptura vt terra:vox vt aqua/cõceptus vt aer:Aĩe eſſentia ſiue mens/proferens & cotinens in ſe cõceptũ/vt ignis. Succedit igitur haud ĩmerito aquarũ celo/intellectuale celum:verarum mũdi conceptionũ/vt angelorum locus:abditior/interior/ſuperior & preſtãtior vitalibus iſs aquis:que iugiter incubant firmamento/illud irrorant/fouẽt fecundant vniuerſamq; eius faciẽ operiunt. quas vitales aquas/diuidit diſcluditq; firmamentum(vt ſacra canunt eloquia)ab iſs aquis:que ſunt ſub firmamento.

Sacra eloquia.

¶Supeſt vt celum quod quarto loco a firmamento numeratur/ſit eſſentiale celũ & precipuum:geſtans & continens vniuerſa. 7

¶Hec liquet ex precedẽtibus.Namſurſum a terra pergentibus/quarto loco occurrit ignis. A ſcriptura vero mens identidẽ/ſiue aĩe eſſentia:quarto diſtat numeraturue loco.Succedit enim ſcripture vox:voci conceptus.conceptui nichil ſupereſt/preter ipſam mentẽ/ipſamve anime eſſentiam: ferentẽ/ambientem & continentẽ omnẽ conceptũ/vocem omnẽ/omnẽq; ſcripturã. Id igit celũ/quod quarta latione firmamẽtum ſuperat. neq; ſcripture/aut voci/aut conceptui:ſed ipſimet mẽti & eſſẽtie ipſiꝰ anime reſpondere credatur: vocẽturq; celum eſſẽtiale/igneũ/ſiue(vt aiũt)empyreũ cũctis pſtãtiꝰ:geſtãs

Pro	por	tio	nabi	lia
Eſſentiale	Ignis	Mens	Vndecimũ	Deus
Intellectuale	Aer	Conceptus	Decimũ	Angelus
Audibile	Aqua	Vox	Nonum	Homo
Viſibile	Terra	Scriptura	Firmamẽtũ	Beſtia
Cognitione differentia.	Elemeuta nature	Elementa doctrine	Celi ſupremi	Precipua entia

in ſeſe/ ambiens/ continens & ferens vniuerſa.

¶ Q omnis humana eruditio: ſit vt a mente in mētem. Cap. XXXV.

Mnis humana eruditio: fit a mente in mentem.

1 ¶ Nā ſi ab homine eruditur/ edoceturue homo: ipſa diſcipline traditio/ fit a mēte ludimagiſtri in mentem diſcipuli. Mens quippe ludimagiſtri: profert imprimis in ſeſe conceptum. quem vocis & ſcripture medio in eius mentem tranſfert: qui diſcipulatu fouetur/ ſpiritaliue alimonia paſcitur. In hocigitur eruditiōis modo: liquidus fit a mente in mentē motus. diſtantq; due mentes/ notionis/ vocis & ſcripture medio: quito abinuicē loco diſcapedinate/ atq; diſcluſe. perq; ea ſēſibilia media imbecillam/ indoctam/ rudemq; adhuc mētem: ſcādere/ ac ferri oportet: vt ſublimiori/ cōſumate & erudite menti/ q̄ſimilis euadat/ eiq; vniatur/ atq; inſeratur. In reliquo autem modo quo ipſi a natura/ ſenſu ſingula haurientes edocemur: ipſa quoq; eruditio/ a mente in mentem perficitur. quippe a diuina/ ſubſtantiali/ veriſſima & precipua mēte: in humanam. Nā diuine/ altiſſime mentis pedia/ recta ue & apſeuti inſtitutione: omnis ab initio in humanā mentem/ effluxit largiſſima doctrine & ſcientie inundatio. qua vitaliter affecte/ atq; irrorate humane mentes: ex naturalibus tenebris & innata ignorantia: ſenſim in omnem cognitionis lucē prouecte/ diuine menti pro modulo ſuo ſimiles euaſerunt: illiq; cōiungi/ vniri & iſeri meruerunt. Eſt enim ſcientia (vt diui areopagite teſtimoniū citem⁹) cognoſcētium & cognitorū coniūctrix. Ignorantia vero tōtius diſtantie/ diuiſioniſq; cauſa. Ignorātia quippe: diuiſio eſt & diſtantia mentis a mente: ſiue a diuina/ ſiue ab humana. Scientia vero/ lux rerumue cognitio: menti/ mentis eſt inſitio/ vnitas & coniunctio. Diu⁹ Dionyſius.

3 ¶ Eadem coſpiciuntur eſſe media quibus humana mens & ab humana & a diuina mente eruditur.

¶ In ea eruditione/ qua hūana mens ad humanam mētem pedotribatu fūgitur: media vt diximus ſunt cōceptus/ vox/ ſcriptura. quib⁹ ambe mētes/ quito abinuicē diſtant loco. Habet enī imprimis docta mēs/ intellectualem in ſe notionē: cuius reſerāde cauſa elicitur vox/ hinc ſcriptura: cuius ſpeculatione/ mens que eruditur vocem elicit & inde ex voce/ cōceptum. quo ad prioris mentis vnitatem & equalitatē ſubuecta illi iſeritur. Eadē enī ſūt media/ q̄ ſenſim a pedotribe mēte proferunt/ quibuſue ad indoctā vſq; ſe deiecit/ demittitq; mētem: & quibus inerudita mēs (veluti gradibus) ad eā nititur: ferturq; ad vere lucis & ſcientie culmen. Ita & diuina illa ſuperſubſtātialis cunctis celſior ſublimior & eminentior mēs: eadē noſtris mētib⁹ propoſuit media: eadē ex ſeſe p̄tulit noſtre eruditionis elementa nobis ab ipa obiectata & p̄ſētata. Veras inquā & ſubſtātiales ſcripturas: precipuaſq; & altiſſimas mūdi voces: intimos & abſoluti ſſimos cōceptus. quibus & ipſa diuia mēs: benigniſſime extra



se/ ad nostra vsq; humilia proficiscitur seq; nobis insinuat. quibusue nos in illã sustolimur/ similes illi efficimur/ perficimur & cõsumamur. Protulit eni imprimis diuina mẽs/ mũdi cõceptus: hinc voces/ deinde scripturas. Que eni erat ab eterno: intelligere cepit in intellectuali celo: loqui in rationali/ scribere in firmamẽto. Nos vero illius scripturas/ vt firmamẽti stellas oculis perlustrãtes: ex eis mũdanas elicim9 voces/ rapimurq; a firmamẽto ad ratiõis celũ. deide ex vocib9/ ad ittimiores/ sublimiores q; cõcept9 assumimur: trãsiliẽtesq; ipsũ ratiõis celũ ad itellectuale celũ subuehimur. tãdẽq; sũpiores cõceptu effecti: diuine inseremur mẽti/ illiusq; celo assumimur Et hec vera ẽ hũane mẽtis/ a diuia mẽte eruditio/ pfectio & cõsumatio.

Diuĩe mẽtis opificia

¶ Mens omnia est: cõceptus idẽtidẽ omnia/ vox omnia/ scriptura omnia. 3

¶ Hec ꝓpositio q̃latissima & fecũdissima est: ijs qui norint quopacto quodlibet sit qdlibet/ aut in quolibet. Et de vtraq; mente siue diuina siue humana: eadem seruatur propositionis equalitas. Nãeodẽ modo se habent maioris/ vt & minoris mũdi elemẽta. Minoris aũt mũdi elementa: sunt mẽs hũana/ siue aie essentia/ conceptus/ vox/ scriptura. Maioris vero mũdi/ siue vniuersi/ siue diuine mentis elemẽta: sunt diuina mens siue deus/ angelus/ aia/ corpus. siue celũ diuinum/ angelicũ/ rationale/ firmamẽtum. Est enim firmamentũ mũdi scriptura: rationale celum mũdi vox. Angelicũ & intellectuale celum/ eius est conceptus: diuinũ vero celum mẽtem exprimit animeq; essentiã refert. Cũ igituris cõceptus/ qui humane ineſt mẽti: sit interna eius & propria species: qua seipsã intuetur/ sibiq; ipsi iugiter presens efficitur: erit is cõceptus aliquopacto vt tota aia & secunda quedã anima. quippe cũ sit vera anime imago/ animã sibimet representãs. Est itaq; huiusmodi cõceptus oia & referens omnia que sunt in anime essentia. nichil enim est in veritate: quod nõ suo quoq; modo sit & in imagine & si omnia est veritas/ erit & eius imago omnia. Atqui aie essẽtia siue mens omnia est. Eius itaq; cõceptus/ quo primitus ipsa exprimitur: est & oia. Rursum is cõceptus: totus voce reseratur/ fitq; audibilis & extra mentem. Vox itaq; qua quicquid est in mente/ foris publicat omnia est. Omnia quippe vox enũciat omnes mẽtis notiones exprimit/ omnia auditui presentat. Deniq; & scriptura/ cum sit vltima mentis expressio/ vocis status/ finis & cõtinentia: quicquid i voce est/ est & in scriptura. Omnis eteni vox scriptibilis est. omnis sermo/ omnis nostra oratio: pingi in phyluris scribi & figuris exprimi potest. Oia igiur est anima/ siue aie essentia/ siue mens: omnia cõceptus/ vox oia/ omnia scriptura. Quandoquidem a superiore causa & suo initio/ intimoq; fõte: omnia equa lance/ aduso; vltimũ manant atq; deriuãtur: ab anima in conceptũ/ a quo in vocẽ/ a qua in scripturã. Et quanta est aia/ tantus & conceptus: vox tanta & scriptura tãta. Tota anima est essẽtialis: tota intelligibilis/ audibilis tota/ tota visibilis. Essentialis in se/ ante omnẽ conceptum. Intelligibilis in notione. Audibilis in voce/ visibilis in scriptura O ia est ignis/ aer omnia/ omnia aqua/ terra omnia. Omnia i igne in aere/ in aqua/ in terra. In celo diuino/ maximo & suprenio omnia. In intellectuali & angelico omnia: omnia in rationali/ oia in firmamento. Nam de diuina mente/ eiusue elemẽtis: perinde atq; de humana/ eiusq; elementis dicendũ est. diuina etenim mens (vt in libro de intellectu docuim9) ante omnia & ab eterno omnia est. deinde in angelo/ fecit & creauit omnia: In anima omnia/ In corpore itidẽ omnia. Oia est deus: omnia angelus/ oia anima siue homo: omnia corpus/ sine mundus. Prima diuine/ substãtialisq; mẽtis expressio & antiquissima imago/ primaq; species: est vniuerse nature conceptus quẽ vocam9 angelum. Secunda ei9 expressio imago & species est anima: diuina vox/ in corpore audibilis. Est enim anima/ vox quedã & son9 corporis. Tertia vero diuine expressio mentis/ y postasea & vltima: est id totum quod corp9/ aut mũdum/ aut materiam nuncupamus: quod ab anima regitur/ & i quo illa subsistit i quo deuehitur atq; defertur Et hec est vera/ diuina & substantialis scriptura.

Deriuatio oim a primo in vltimum.

Diuĩe mẽtis ibãtiale op9 trinũ



¶ Anima cũ sit vt diuina vox: corpore/ mũdo/ omniq; materia/ materialiue creatura: prior est intẽtione & natura/ exequutione vero & opere posterior. 4

¶ Dicet fortassis aliquis: anima est vt diuina vox. Vox autem secundus est anime actus: vt que secundo loco/ ab anima profertur. Nam primo conceptum/ secundo vocem/ tertio & vltimo scripturã edit ac profert. Erit igitur & anima secundus diuine mẽtis actus: quod &

alibi(vt in quinto & vicesimo capite quarta propositione)diximus: in quo trinã diuine mẽtis operationem/ trinũue actum esse docuimus. Primum angelum incorporeum: simile ei conceptui qui est in anima. secundũ animam/ voci persimilem atq; respondentem. Tertiũ corpus siue mundum/ aut materiam/ omneue mundanã/ materialẽ/ corpoream & sensibilẽ creaturam propter hominem creatã. Si hec itaq; se ita habent/ vt sit anima diuina vox dicenda/ secundusq; diuine mentis actus: erit anima prior omni sensibili creatura. ante mundum/ ante corpus/ ante materiã creata. quam in libro de intellectu suprema & nouissimã esse creaturarum diximus: totiusq; diuini operis consumationem & finem. Vt enim cepit deus ab intellectu angelico: ita & opus proprium consumauit in humano. vniuersã mundi machinam geminis cingens intellectibus: binisq; lampadibus sole & luna/ illi irradians/ ei incubans/ atq; sulfulgens. Est autẽ huiusce dubietatis/ prompta & expedita ratio. Humanam animam natura/ intentione & proposito: secundum esse diuine mentis actum omni materia/ corpore/ & sensibili creatura priorem. Opere tamen & executione vltimum/ actertium: posteriorem materia/ corpore/ omniq; sensibili creatura. Nam cum anime natura sit esse in corpore/ & haud aliter proferri/ creari/ ac produci nata sit q̃ in corpore: creandum imprimis a deo fuit corpus in quo sisti anima et proferri posset: que sine corpore/ natura subsistere non poterat. Itaq; & materia & corpus & mundus & omnis sensibilis/ materialisue creatura/ que est propter animam)creata sunt ante animam illico post angelũ. eorũq; creatio: exequutione & opere secundus est diuine mentis actus: ratione tamen intentione natura & proposito/ tertius. Vnde fit vt & anima/ inter creaturas: eum sit locum sortita/ quo nõ exequutione & opere sed intentione & proposito numeratur. Est enĩ secũda ab angelis: illis attigua & ꝓxima/ paulocq; min⁹ ab eis(iuxta sacrũ eloquiũ)sublimata: ante & supra oẽm materiã & sensibilẽ creaturam. que si & ꝓposito & ope/ creatura vltima & nouissima extitisset: totis ab angelo discluderetur creaturis: esseteq; oi & materia & sensibili creatura inferior.

Dubitatio nis solutio

Ordo nature & intẽtionis	Deus	Angelus	Anima	Corpus
Ordo operis & exequutiõis	Deus	Angelus	Corpus	Anima
	Diuina essentia	Trini diuine mentis actus		

5 ¶ Vñ fit vt eadẽ sit aie vociq; ratio: sitq; vox omnis post scripturã et anima post corpus creationis ordine locãda.

¶ Nam sicut est eadem angeli & conceptionis nostre ratio: ita & eadem anime/ nostreq; vocis. Est enim angelus diuine mentis conceptus: cuius vox est anima. Sicut enim nostra mens/ per se & sine corpore: omnem inuisibilem profert notionem/ que est primus & simplicissimus eius actus: ita & diuina mens per se/ extra corpus & ante omnem materiam/ suos edidit protulitue conceptus: quos angelos vocamus/ primarios/ precipuosq; diuine mentis actus. Et quẽadmodum humana mens/ nullam per se sine corporis organo gignitvocem/ Omnis quippe vox est corporis allisio & in corpore proferri nata)ita & diuina mens nullam extra corpus profert animam. Si igitur sine corpore/ vox nulla edi & proferri potest: necesse est vt & omnis vox sit corpore tempore posterior & subsistat prius aliquod corpus: q̃ vox vlla edi & exaudiri possit. Et eadem dicito de anima (cum haud aliter queat anima q̃ in corpore fieri & produci)creatam prius esse a deo post angelum/ omnem materiam/ omne corpus/ omnem sensibilem creaturã: & quicquid ad animam/ corporis rationem obtinet. Animam vero tempore & creationis ordine/ nouissimum tenuisse locum. Sicut enim vocis editio/ materialis est & corporeus humane anime actus: ita & anime creatio materialis est et corporeus diuine mẽtis act⁹. Et quẽadmodũ hũana mẽs nullã nisi in corpore vocẽ edit: ita & diuina mẽs/ nullã nisi i corpore aiam ꝓcreauit. Est enĩ aia diuina quedã vox i corpore a diuina mẽte prolata. Et sicut hũane mẽtis aliqs est actus imaterialis & internus vocis editiõe anterior & prior q̃ est intellectualis notiõis ꝓlatio: ita & diuine mẽtis aliqs est act⁹ imaterialis aiarũ creatiõe lõge antiqor/ quã icorporeorũ angelorũ creationẽ nuncupam⁹.

Sine corpore nullã vocem edi.

¶ De cõiunctione sẽsus & intellect⁹ in medio eorũq; differẽtia in extremis.

¶ De cõiunctione sẽsus & intellect⁹ in medio eorũq; differẽtia in extremis. (Cap. XXXVI.

1 SEnsibilis mũdus: est intelligibilis mũdi mediũ.

¶ Nam intelligibilis mundus: ambit/ gestat & cõtinet sensibilem. Est autẽ sensibilis mũd⁹: quicquid est a terre centro/ ad cõuexã vsq; firmamenti superficiẽ in qua finit oculus & vis⁹. Intelligibilis autẽ est quicquid oculis abditũ & excellentius firmamento: quod est vniuersi scriptura et intelligibilis mundi terra. a qua ad celum vsq; diuinum/ atq; essentiale: quattuor numerauimus elementa terrã/ aquã/ aerem/ ignem

Vnde fit vt in vniuersa maximorũ mundi corporũ penthadecade: elemẽtorũ ratio quaterq̃ternis ordinibus numeretur. Nam a nostra elemẽtari et hypostasea terra/ad lunę concauum: prima numeramus elementa quattuor: terrã/aquã/aerẽ/ignẽ. A luna vero ad solẽ/eodem calle secunda elementa numerãtur: terra luna/Mercurius aqua/Aer venus/sol ignis. A marte rursꝰ ad firmamẽtũ: tertia eodẽ ordie elemẽta occurrũt. Mars ignis/iupiter aer saturnus aqua/firmamentũ terra. Deniqꝫ a firmamento advltimũ & essẽtiale celũ: quartus reperitꝫ elemẽtorũ ordo. Firmamẽtũ terra/Celũ ratiõis aq̃/itellectuale celũ aer/essẽtiale ignis.

Pẽthadecas maximorũ mũdi corpoꝝ	15	Essentiale	Ignis
	14	Intelligibile	Aer
	13	Celum rõis	Aqua
	12	Firmamentũ	Terra
	11	Saturnus	Aqua
	10	Iupiter	Aer
	9	Mars	Ignis
	8	Sol	Ignis
	7	Venus	Aer
	6	Mercurius	Aqua
	5	Luna	Terra
	4	Ignis	Ignis
	3	Aer	Aer
	2	Aqua	Aqua
	1	Terra	Terra

¶Cuiuscunqꝫ est sensus eius est & intellectus/at non ediuerso 2

¶Nã sensibilis mundus/est & intelligibilis: intelligibilis autẽ/insensibilis est. Quippe ex sensibilibus et inferioribꝰ substantijs: humana mens intellectuales/propriasqꝫ notiones abstrahit. quibus quoad fieri potest/omnis sensibilis substantia in mentem/citra materiã penetrat/fitqꝫ intellectualis. Cũ omnis igitur sensibilis substantia in intellectualẽ substãtiã hũane mẽtis opatiõe & actu resoluatur: fit vt cuiuscunqꝫ sit sensus/eius sit & intellectus: ediuerso autẽ minime contingat.

¶Vnde fit vt intellectus et sensus sint in medio cõiũcti: ĩ extremis discluſi. 3

¶Hec illatio vtrobiqꝫ se verã ostendit: scilicet & in potentijs et in earũ obiectis. In potẽtijs dico/id est in intellectu & in sensu. In obiectis vero id est in re intelligibili & sensibili. Nã & gemini sunt intellectus: & intelligibile idẽtidẽ bipartitũ. Alius est separatus intellectꝰ cuiꝰ sedes est in extremo & circũferentia mũdi. Alius intellectus cõiũctus/qui ĩ medio & cẽtro mundi sedet: hunc autẽ humanũ/illũ angelicũ vocamus. Aliud itẽ est intelligibile separatum: vt extremũ mundi & quicquid est supra primũ celũ. Aliud intelligibile coniunctum vt mundi mediũ/totiusqꝫ moles sensibilis mundi. Igitur siue ex parte potentiarũ/siue parte obiectorũ: intellectus & sensus/in extremo mundi abiuicẽ discluſi sunt et in medio solo coiuncti. Nam extrema mundi/intelligibilia quidem sunt: non tamen sensibilia. Media vero mundi: et sensibilia et intelligibilia sũt. Vnde fit vt similia similibus/sint a natura obiectata et presentata, separato inquã intellectui/Intellectualis vera et separata substantia. Cõiuncto vero coniuncta: partim sensibilis partim intellectualis. Fit etiam vt pleraqꝫ sint insensibiliavt mũdi extrema: iintelligibile autem nichil. Est enim sẽsus factus in medio: et mediorũ tantum. Intellectus vero & mediorum est & extremorum.

Illatio.

¶Sicut alius est intellectus separatus/alius coniunctus: ita & sensus & coniunctus et separatus reperitur. 4

¶Intellectus angelicꝰ/separatꝰ est a sensu. Humanus vero coniũctus sensui. Sensus autem humanus/cõiunctus est intellectui: ceterorũ vero animaliũ sensus/separatus est ab intellectu. Et hic abiectissimus est sensus: quẽ diximus & in vigilia & in somno/plerũqꝫ circa ꝓpria obiecta falli ac decipi. Et sicut separatus intellectus est primus intellectus/primus a deo factus/diuini operis initiũ: ita & separatus sensus/est primus sensus: cõiũcto sensu prior/separato tamen/angelicoue intellectu posterior. Coniũctus autẽ intellectus/est intellectus secũdus: Sensus quoqꝫ coniunctus/est sensꝰ secũdus. Vnde fit vt extrema sint prius a deo creata separatus intellectus/separatusqꝫ sensus. Deinde media facta sunt: coniunctus vterqꝫ/sẽsus scilicet & intellectꝰ. Sunt autẽ coniuncti sensus & intellectus/vna numero rationalis aia cuius alia vis est sensitiua/que sensus dicitur: & alia intellectiua/que intellectus. Et sensituã quidẽ nata est in corpore exercere: Intellectiuã vero in se/extra materiã. Sẽsitiue quoqꝫ virtutis operatio: intellectiue actũ/tẽpore precellit. Hic autẽ intellectũ vocamus: omnẽ immaterialẽ ase cognitionẽ. Sensum vero omnẽ corporeã/ac materialẽ.

Illatio.

Angelicus	Intellectus	Separatus	A sensu	
Humanus	Intellectus	Coniũctus	Sensui	
Humanus	Sensus	Coniũctus	Intellectui	
Animalis	Sensus	Separatus	Ab intellectu	

5 ¶ Vera ſenſus et intellect⁹ cõiũctio eſt in angulo recto: eorũ vero diſſociatio/ in extremis angulis.

¶ Nã rectus angulus: neq; in magis/ neq; in minus dicitur Cĩs quippe rectus angul⁹ rectiſſimus eſt: & omnes recti anguli/ equaliter recti. Ipſa etenim anguli rectitudo: dũtaxat in vnitate & indiuiſibili eſt participabilis. qua ex cauſa accidit: vt oẽs recti/ indiuidue & ſũme ſint recti: non alius plus/ ali⁹ vero minus. In extremis autẽ angulis acuto & obtuſo: plus minuſue contingũt. Siquidẽ acutorũ alius acutior/ alius minus acut⁹. Obtuſorũ etiã obtuſior ali⁹ alius minus obtuſus: donec ad extremos & indiuiduos/ acutiſſimũ atq; obtuſiſſimũ: vtrinq; a recto & medio pueniatur. in quibus ſit ſũma acutiei & obtuſitatis ratio proprieue rationis participatio. Eſt enim acutiſſimus: quo acutior nullus. Obtuſiſſim⁹/ quo null⁹ obtuſior. Et iuxtrinq; a recto/ ſũme diſtare cõperiũtur. Acutiſſimus angulorũ eſt minimus: obtuſiſſim⁹/ angulorũ maximus. Rectus amborũ medi⁹: equis vtrũq; diſterminat interuallis. Attamen extremi anguli/ acutiſſimus & obtuſiſſimus: nuſq; ſenſui ſed ſoli itellectui patent. Eſt enim vterq; linea vna: que haud aliter q̃ ad intellectũ exprimit/ clauditue augulũ. At rectus/ mediuſue angulus: & ad intellectũ & ad oculũ/ angulus eſſe conſpicitur. Ad intellectũ vt qui eſt ſupreme imultiplicabilis & idiuidue rectitudinis. Eſt eni intellectus indiuiſibiliũ: & eorũ que ſuprema ſui ratione & quidditate finiuntur. Ad ſenſum vero/ quia & duab⁹ lineis clauditur: & ſenſibili/ ac diuiſibili ſpacio continetur. Sed vt hec euadant clariora. Sit recta linea a b c/ cui inſit perpẽdicularis d b. erunt anguli a b d & c b d equales/ & ambo recti. partior angulũ a b d linea b e: erit vterq; angulorũ a b e/ & e b d recto minor & acut⁹: ſitq; e b d acutior: quẽ ſeco linea b f. eritq; & angulus f b d/ acutus: acutior angulo e b d. Augeaturq; hunc in modũ acuties: donec intellectuali modo (Nã ſenſibiliter et ex continui diuiſiõe id fieri nequit) linea f b/ excluſo omni ſpacio iungat linee b d ſintq; linea f b/ & b d linea vna: que eſt acutiſſimus angulus. Et ex oppoſito fieri itellige: de ſẽſim obtuſiore/ vſq; ad obtuſiſſimũ: que eſt linearũ ad ſeinuicẽ directio. Nã f b c/ obtuſ⁹ eſt: e b c/ obtuſior: a b c/ obtuſiſſim⁹. Dico igitur ſenſum & intellectũ/ cõiungi in angulis medijs & rectis a b d & d b c diſcludi vero/ ac diſſociari ambos in extremis/ acutiſſimo b d & obtuſiſſimo a b c. Oſtenſus eni eſt b d acutiſſimus: & a b c obtuſiſſimus. Nã anguli b d & a b c/ haud ſenſibiles ſed itellectuales ſunt. quandoquidẽ ſenſibili diuiſione cõtinui: neq; continue acutioribus/ ad b d/ neq; aſſidue obtuſioribus ad a b c/ peruenire contingat. Itaq; angulus b d intellectualis eſt: oĩm acutorũ finis. Angulus quoq; a b c intellectualis omniũ obtuſorũ meta. Anguli autẽ vtriq; recti a b d & c b d: patent & ſenſui & intellectui. & ſiue ad ſenſum/ ſiue ad itellectũ: & angulorum & rectorum & rectiſſimorum ratione finiuntur.

Omne rectũ rectiſſimũ eſſe.

Acutum & obtuſũ magis miuſq; dicuntur.

Intellectũ indiuiſibiliũ et ſimpliciſſimorũ eſſe.



6 ¶ Vnde fit vt ſenſus ſit medium intellectus: Intellectus vero ipſius ſenſus initium & finis.

¶ Hec illatio multis rationibus diluceſcit. Nam ante ſenſum creatus eſt intellectus/ vt angelicus. & poſt ſenſũ creatus intellectus: vt humanus. In duorũ igitur intellectuũ medio/ creatus eſt ſenſus: cepitq; ſenſus ab intellectu & deſiit in intellectu. Rurſum itelligibilis mũdus/ eſt ſẽſibilis mũdi extremũ: ſẽſibilis vero intelligibilis mũdi mediũ. Atqui extrema ſũt duo: initiũ & finis. Si igitur intelligibilis mundus/ ſenſibilis mundi initiũ & finis eſt: erit & intellectus initiũ ſenſus & finis. Demum reuocata ad oculũ prioris propoſitionis figura: Aio hunc in modũ. linea b d: acutiſſimus eſt angulus & acutorũ minimus Igitur & rectus a b d acutorum maxim⁹. Nam ſicut ab a b/ ad b d/ deſinũt minui in b d: ita & a linea b d/ ad lineã a b: ſenſim augeri & aperiri incipiunt/ deſinuntq; augeri in a b Et ab angulo b d/ ad angulum a b d: omnis fit acutorum variatio/ in maius aut minus. ita vt omnes ſenſibiliter acuti/ ſint medij inter b d acutorum minimum: & inter rectũ a b d/ acutorum maximum: in quo deſinit & ipſa acuties/ que ſuprema eſt & ſumma in linea b d. Acutorum igitur angulorum: alius eſt minimus/ alius maximus/ alius medius. Minimus eſt tantum vnus b d. Maximus tantũ vnus/ a b d. Medij vero ſunt innumeri. Cõſtat itaq; omnẽ ſenſũ eſſe intellectuũ mediũ



et finiri vtriq; intellectibus. Nam b d/ & a b d: sunt intellectuales acuti/ quibus medii & sensibiles acuti qui sunt absq; numero vtrinq; finiuntur. desinunt quippe augeri acuti/ in maximo acuto/ vt in recto: minui quoq; desinunt/ in acutorū mimo vt in b d. Et eodem modo de obtusis dicendum/ angulis est. Nā rectus angulus ediuerso est obtusorum minim⁹ a quo illico augeri & expatari incipiūt obtusi: vsq; ad linearū directionē/ duorūue rectorū spaciū, que linearū directio vt linea a b c maximus obtusorum dicitur. Itaq; cunctis obtusis angulis initium est a recto obtusorum minimo. finis vero in obtusissimo. que linearum est directio. Omnes autem sensibiliter obtusi qui infiniti & absq; numero sunt: extremis minimo/ ac maximo obtusis/ intercipiuntur. Vnde fit vt vnusquisq; angulus & rectus & acut⁹ & obtusus: trina ratione finiatur/ sitq; trinus: maximus/ medius & minimus. Minimus acutus b d: Medij acuti vt f b d/ & e b d: maximus acutus a b d rectus. Minimus obtusus d b c rectus: Medij f b c & e b c. maxim⁹ obtus⁹ a b c que est linea vna. Rectus vero/ idem est & maximus & medius & minimus. Omnia quippe in medio coincidunt: que in extremis/ differētia varia atq; diuersa sunt. Et extremorum angulorum/ acuti & obtusi: extrema finita/ certa/ stata & intellectualia sunt: que scilicet in eorū speciebus aut maxima aut minima dicuntur. Media autem: & sensibilia sunt & infinita: que & in plus & minus sunt. Ex quo liquet & intellectum certum finitumq; esse: sensum vero quodāmodo infinitum. & sensibilum nullū esse numerum/ scientiam nullam: & omnia perpulchre/ numero claudi ternario. Atq; vt sūt tres angulorum species ita & vnumquēq; angulum esse trinum. Extremorum insuper angulorum trinitatē/ & re et ratione: medij vero recti trinitatē sola ratione esse differentem. Insuper & recto angulo: quinas rationes inesse. Nam trinus est vt rectus. Maximus inquam medius & minimus rectus. Est & ipse acutus maximus: et minimus obtusus.



CLI BRI FXO DI VM



Niuersa que hoc i opere pertractata sūt/paulo altiꝰ resumētes atq; in vnū colligentes: dicimus quoniā cunctis rebus ineſt aut cognitio aut vita/aut ſubſtantia. Porro cognitio: aut materialis aut immaterialis eſt. Materialē/exteriore & interiore ſenſu partimur. Interior ſenſus imaginatio eſt. Exterior auditus/viſus/olfactus/guſtus/tactus. Immaterialem cognitionem/docuimus eſſe tripartitam: rationem/intellectum/mentem. Rationem anime propriā qua nouit ſemetipſam. Intellectum angelis: Mentē ſoli deo aptauimus. Diximus tamen aliquā & intellectus & mentis ineſſe anime portionē. Intellectu qnippe in angelum/Mente eleuari in deum. Ratione ſibimet congredi: imaginatione corpori/Exteriore ſenſu mundo. Vniuerſe igitur cognitiones enneadis numero finiuntur. Immateriales tres Mēs/Intellectus/Ratio. Materiales vero & que organo exercentur corporeo ſex: Imaginatio/Auditus/viſus/olfactus/guſtus/tactus. Et has omnis/in aſpectiuā & preſentatiuā ſecuimus. Omniū inſpectrix & apprehenſiua eſt anima: vt anime ineſſe cūcte dicuntur. Preſentatiue ſunt ſingulariū obiecta. Mentis deus/Intellectionis angelus/rationis aīa. Nā ſeipſam ratione conſpicatur/manetq; in ſeipſa. Imaginationis preſentatiua corpus eſt aut corporis pars: vt cerebrū ſpectrorū prōptuariū. Exterioris ſenſus/mūdus: qui auditui ſonos ac voces: Oculis lucem coloreſq; preſentat. Olfactum odorū fragrātia/ac ſuaueolentia opplet. Guſtū variis ſaporibus cunctiſq; embāmatis intingit. Tactum/Calido Humido Frigido Siccoq; tēperat. Vniuerſa autē ſubiecta/in quib9 reperitur cognitio: ſunt tantū quatuor/ſuprema ſcilicet & precipua nature entia: Deus/Angelus/homo/Irrationale aīal. In deo mens: In angelo intellectus/In hoīe ratio: & aliquo pacto vt diximꝰ oīs cognitio: In aīali irrationali/ſolus ſenſus. Inter cognitionem & vitā: vim quandā eſſe diximus motiuam/cognitionis emulam & aſſeclā eiq; ſemp annexā: qua de loco in locum ſeſe animal/ſponte tranſfert. Nā quecunq; de loco in locum motitantur: vi cognitionis preditaſūt. Vegetatricē: in corruptiuā Nutritiuā Auctricē & Genitricē ſumus diſpartiti. Corruptiuā qua alimētaria ſubſtantia/in eo quod viuit/naturā mutare cogitur. Nutritiuā qua in mēbra ſingula & partes/eadem ſubſtantia diſtribuitur Auctricē: qua viuens augeſcit. Genitricē qua ſecundū ſpeciē: aut animal aut planta propagatur. Subſtātiua extrema vis eſt aie: qua corpori eſſe largit. Vniuerſe igit anime vires quindeci. Cogniti ue nouē/vna Motiua: Vegetatiue quatuor/Subſtātiua vna. Doctrine autē elementa poſuimus quattuor: Eſſe Intelligere/Loqui Scriptitare. Anime eſſentiā ſiue mentē: Internā eius notionem ſiue conceptū/vocē & ſcripturā Senſus quoq; diſcipline/eſſe quattuor. Traditiuos duos: Guſtū & tactum Suſceptiuos itidem geminos: Auditum & Viſum. Dici autem poſſunt traditiui doctrinales/ſuſceptiui vero diſciplinares. Nā his diſcimus/illis docemus

Omnia aut norūt aut viuūt aut ſunt.

Cognitio duplex.

Oēs cognitiones nouem.

Oīs cognitio in ſpectricē & preſentatricē ſecta.

Quattuor cognitōnū ſubiecta.

Vis motiua.

Vegetatrix q̄dripartita

Subſtātiua vis ſiplex

Sē9 diſciplie q̄ttuor

Modi diſcēdi duo

Mūdi elemēta quattuor.

Quattuor diuine mētis elemēta

Eadem enim eſt ſcientia/que vt a docente/doctrina: vt vero in diſcipulo/ diſciplina nuncupatur. Modos vero diſcendi binos/ geminoſq; eſſe oſtendimus. Primum quo a natura/ſiue a mundo: ſecundum quo ab homine homo doctrinam/diſciplinaue capeſcit. eumq; qui a natura & mundo eſt/ eſſe tanq; a diuina mente/humane mentis eruditionem. Et elementa mūdi eſſe quattuor: Ignem/aerem/aquam/terram. Ignem vt anime eſſentiam/humanamue mentem. Aerem vt conceptum/ Aquam vt vocem: ſcripturam vt terram. Diuine quoq; mentis/quibus humanam erudit mentem elementa eſſe quatuor: Eſſentiale celum/Intellectuale celū Rationale celum Firmamentum ſiue celum ſcriptum. que ſunt vt ignis/aer/aqua/ terra: Mens conceptus/vox ſcriptura: Vniuerſa deniq; mundi ingentia & maxima corpora ad virium anime numerum/eſſe quindecim. in eiſq; quaternos elementorū ordines reperiri. Hec autem vniuerſa/in ſequente formula panduntur.

¶ Anime vis
Subſtantiua
Vegetatrix
Motiua
Cognitiua
¶ Vegetatiua
Digeſtiua
Nutritiua
Auctrix
Genitrix
¶ Cognitiua
Immaterial'
Materialis
¶ Immaterial'
Mens
Intellectus
Ratio
¶ Materialis
Imaginatio
Senſus
¶ Senſus
Auditus
Viſus
Olfactus
Guſtus
Tactus
¶ Cognitionū ſub-
Deus (iecta

Angelus
Homo
Irrationale aial
¶ Obiecta
Deus
Angelus
Anima
Corpus
Mundus
¶ Mundus
Sonus
Color
Odor
Sapor
Locus
¶ Organa
Deus
Angelus
Anima
Cerebrum
Aures
Oculi
Nares
Lingua
Corpus/manus
¶ Diſcipline ſenſus
Diſciplinares
Doctrinales

¶Disciplinares
Auditus
Visus
¶Doctrinales
Os
Manus
¶Modi discendi
A natura
Ab homine
¶Doctrine elemēta
Mens
Conceptus
Vox
Scriptura
¶Mundi corpora
Celum essentiale
Intellectuale
Rationale vocale
Firmamētū scriptū
Saturnus
Iupiter
Mars
Sol
Venus
Mercurius
Luna
Ignis
Aer
Aqua
Terra
¶Discipline actus
Scriptio
Lectio
Loquutio
Auditio
Imaginatio
Intellectio
¶Docentis officiū
Essentia
Scientia
Loquutio
Status
¶Discētis propria
Essentia
Ignoratio
Auditio
Scriptio
Silenrium
Sessio
¶Progress⁹ nature.
Mundus
Sensibilis species
Sensus exterior
Spectrum
Imaginatio
Intellectualis spēs
Intellectus
Memoria
Contemplatio
¶Progressus hoīs
Pedotribes
Conceptus
Vox
Scriptura
Conceptus
Mens
Discipulus

Libri sensuum finis
deo laudes insēsibi
li inintelligibili
oīq hūanavi
inscruta
bili

Editi i edib⁹ Reuerēdi i christo patris Frācisci de Hallevvin pōtificis Am
bianēsis. ANNO DOMINI 1509 25 OCTOBRIS

¶ Quid agat ſtudioſus paleſtrites
¶ Scribimus & legimus: loquimur/meditamur in aures
Quod cadit: His quinis omnia diſcit homo.
Auribus: ore/oculis/manibus/cerebroq; cietur.
Qui cupit ethereos doctus adire polos



¶ Tabula preſentis operis

Libri de ſenſu capita ſunt 36

Cap. I.

Qz gemini ſunt ſenſus alius exterior alius interior. Propoſitiones 8

Cap. II.

De vtriuſqꝫ ſenſus differentijs. Propoſitiones: 8

Cap. III.

Qz interior ſenſus ſit prior natura: exterior vero operatione prior. Prões 8

Cap. IIII.

De duplici anime aſpectu recto & circulari. Propoſitiones. 8

Cap. V.

Terram eſſe in extremo mundi: ſolem vero in medio. Propoſitiões. 7

Cap. VI.

Imaginationis in iudicatiuam & ſuſceptiuam diuiſio. Propoſitiões. 8

Cap. VII.

Quot ſint generatim totius animi vires. Propoſitiones. 9

Cap. VIII.

Quis ſit precipuarum quinqꝫ cognitionum naturalis ordo. Prões 9

Cap. IX.

Comparatio harum quinqꝫ cognitionum ad quinqꝫ terre plagas ac zonas. Propoſitiones. 7

Cap. X.

Quinqꝫ exteriores ſenſus eſſe velut harum quinqꝫ cognitionũ ſigna. Propoſitiones. 8

Cap. XI.

Exteriorum ſenſuum differentie. Propoſitiones. 8

Cap. XII.

Qualiter tres anguli rectilinei: acutus rectus obtuſus: in exteris ſenſibus reperiatur. Propoſitiones. 6

Cad. XIII.

Qz exteriores ſenſus ſint tripartiti: alij boni vtilis alij boni delectabilis alij boni honeſti. Propoſitiones. 7

Cap. XIIII.

Qz delectatio & triſtitia: ſint paſſiones animalium ſenſus comites. Propoſitiones. 7

Cap. XV.

Tactum omnium eſſe ſimpliciſſimum & primũ Propoſitiones. 7

Cap. XVI

Qz ſicut duplex eſt animalis ſenſus interior & exterior: ita & duplex eius ſonus Propoſitiones. 6

Cap. XVII.

¶ Comparatio vtriuſq; mundi maioris & minoris adinuicem: in ſomno vtroq; & in vtraq; vigilia. Propoſitiones. 7

Cap.XVIII

Quo pacto verus in vtroq;: & animali & mundo/ſomnus contingat. Propoſitiones. 6

Cap.XIX.

Qz in vero & perfecto animalis ſomno/ſomnia contingant nulla. Propoſitiones. 5

Cap.XX.

Qz ratio in ſomno ligari nequeat: eaq; preſit imaginationi. Prões. 7

Cap.XXI.

Eſſe celum aliquod/firmamento ſublimius. propoſitiones.

Cap.XXII. 8

De ſucceſſiua & permanente qualitate. propoſitiones. 3

Cap.XXIII.

Qui ſenſuum/ceteris ſint preſtantiores. propoſitiones. 3

Cap.XXIIII.

De duplici diſcendi modo. propoſitiones 6

Cap.XXV.

Quibus medijs: mens/menti exprimitur paraturq; diſciplina. prões. 6

Cap.XXXVI.

Qualiter anima tribus eſt inueſtita & circunuallata orbibus: proprio/corporeo/mundano. propoſitiones. 7

Cap.XXVII:

Qz e quattuor anime orbibus: duo primi/ abinuicem ſeparari nequeant. duo vero poſtremi: & abinuicem & a duobus primis/ diſſocientur. propoſitiones. 6

Cap.XXVIII.

Qz ex trinis anime opificijs/trina hominis pendeat vita: Contemplatiua/ Actiua/Factiua. propoſitiones. 6

Cap. XXIX.

Qz ſicut vox docendi: ita & ſcriptura diſcendi ſit mediū. propoſitiones 6

Cap.XXX.

Quis diſciplinarium actuum/ordo propoſitiones. 6

CapXXXI.

Qz ſenſus diſcipline/ſint quattuor. propoſitiones. 6

Cap.XXXII.

Quis eius qui docetur: ſenſus moueatur primus. propoſitiones 5

Cap.XXXIII

Quot ſint ſuſcipiende aut tradende diſcipline/modi. propoſitiones. 7

Cap.XXXIIII

Q; visus vt a natura doceamur: auditu vtilior. propositiones. 7

Cap. XXXV.

Q; omnis humana eruditio: sit vt a mente in mentem. propositiones. 5.

Cap. XXXVI.

De coniunctione sensus & intellectus/in medio: eorūq; differentia in extremis. propositiones.

Totius libri exodium: in quo quecūq; in hoc libro pertractata sunt/paucis repetuntur atq; recensentur.

IOANNIS CARMONDI dodecastichon ad librum

Humani cupiens/dinoscere pectoris aulam.
Lumina quotquot habet/quot gerit illa faces.
Te legat & verbis/mentem cumulare laboret.
Aridaq; in nitidas labra remergat aquas.
Discet bistrinos sensus/in carne locatos
Nostraq; terbina lampade corda regi.
Nempe fores/aditusq; hominis/seruare iubentur.
Quini oculi: mundo sub quibus ille coit.
Intima precipuus rimatur pectora sensus:
Perlustrat quicquid sub cute/carne latet.
Hec tibi parue liber/cunctis retegenda vouentur.
Iam tibi cōmisso dogmate pasce rudes.

Finis.

Errata libri de intellectu.

Folium Superficies Propositio Comentarius Linea.
Fo.3.Su.2. Pro.5. Cōmēta.linea.15.natiuatione legēdū Natinatione idest negociatiōe Est eni natinari/negociari. Fo. 4.su.2 pro.10.cō.linea 9.ex imitatiōe/ex mutatiōe.fo.5.su.1.pro.5 cō.linea.9.ex actu ex potētia/ex actu & potentia.fo.6.su.2.pro.8.cō.linea 1. Vniuersū vniuersorū.fo.12.su.2. pro.3. cō. linea 21: duobns cōceptibus/duobus intellectib9.fo.12 su.2 pro.4.cō.linea 1. ab in intellectu: & intellectu/ab intellectu: & in intellectu.

Errata in libro de sensu.

Fo.35 su.1. Propōe 2 cause/legēdū causa. Fo.44 su.2. pro.2 didiscere/didicere.fo.44 su.2 cō.linea 2 didiscerint/didicernit.fo.45 su.1 pro.4 cō.li.1 fertur feritur.fo.50 su.2 pro.4 dicendi/discendi.fo.50.su.1 pro.4 cō.linea 23. circū dantur circūdatur.fo.51 su.1 pro.5 cō.linea 12 dicentis discentis.

Hec/& illa: in multis emendata reperies

¶CAROLVS BOVILLVS DISERTISSIMO VIRO IACOBO VITRIACO BORBONIO CANCELLARIO. S.

EDiderã dudũ generosissime vir: libellũ hũc de nichilo siplicib⁹ ꝓpositionib⁹ nudũ atq; indiscussũ. quẽ cũ rogaret quispiam amicorum in lucẽ proferri: cogitaui irritã fortassis operam fore/ si hoc pacto nudus/ indiscussus inemedullatusq; publicaretur. Itaq; desumptũ iterum in manibus/ pauxillũ recensui: quecunq; duriuscula in eo videbantur exiguo cõmentariolo dulcans/ queue subobscura peruia reddens. Q; si percunctaberis cur de Nichilo verba facere studuimus: cum huiusmodi Nichil ab ẽtibus agatur extorre? cum nichil nõ sit: cũ nullo esse subnixũ/ omnis substãtie sit exors? tibi ad hec/ libellum ipsum facturum satis presento. qui plane indicat: quantula de nichilo dici potuere. quantumue id quod non est: animit⁹ riteq; perspectũ sese expatarit. quantam deniq; precipuo mẽtis cultro deglabratũ retectũq; nichil profuderit medullam. Id enim ĩ creatione vniuersorum a deo: vicem quandam/ figuram ac speciem obtinuit materialis principij. Fuisse quippe deum ab eterno solum: & ab eodem de nichilo condita stataq; ad esse vniuersa: cõpluribus in locis sermo sacer eloquitur atq; attestatur. Hũc ergo de eiuscemodi Nichilo de primeua creaturarum totiusq; materie negatione libellum (quem forsitan haud irrito cassoq; labore probabis excusum) tuo nomini dicandũ cẽsuimus: quo & eidem opusculo/ adiciatur splendor: & genuinũ exercentes/ tua incude retundantur. Vale.

¶IOANNIS PELLITARII
Octostichon/ ad lectorem

¶Quo pacto deus e Nichilo cunctis dedit esse:
Q; sine principio/ q; sine fine deus.
Primam materiem/ vasti q; conditor orbis
Edidit: angelicis qui dedit esse choris.
Scire cupis lector mentem huc deflecte capacem:
Hec etenim paruus conferet iste liber.
Quem liuens si Rhinoceros cornupetet vllus:
Protege/ qui solido pasceris inde cibo.



¶Substãtia prima deus
Nichil aliud
¶Rerũ durationes
Eternitas
Euum
Tempus
Momentum
¶Eterna
Solus deus
¶Euiterna
Angeli
Rationales aie
Materia
¶Temporanea
Irrationales aie
Actus essendi

¶Momentanea
Fluxe qualitates
¶Euum
Primum
Secundum
¶In primo
Nichil creatum
¶In secundo
Omnia creata
Angeli
Materia
Subsistentia
Viuentia
Sensibilia
Rationalia
¶Deus

Eternus
Infinitus
Increatus
Creator oim
¶Creatura
Non eterna
Finita
Facta a deo
Nichil creãs
¶Theologia
Sensibilis
Intellectualis
Prophetica
Affirmatiua
Negatiua

¶ CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI LIBELLVS DE NICHILO AD INGENVVM MAGNIFICVMQVE VIRVM IACOBVM VITRIACVM CANCELLARIVM BORBONIVM.

¶ Quid nichil. ¶ Caput primũ. 1

Quid rerũ finitio & ratio.

Nichil nusq esse

Illatio.

NIchil nichil est.

¶ Quod simplex est/ partib⁹ & differitate carẽs: nullo pacto q̃seipso emedullari/ finiriq; exprimi potest. Omnis enī finitio & ratio: ei⁹ est quod varīũ sectile & etherogeneũ: partiũ & differẽtiarũ solutio & explicatio. Itaq; de nichilo enũciam⁹ haud aliud q̃ nichil: ipsũ nichil esse dicitãtes. Nichil: nõ ẽte/ nichilo/ seq; ipso finim⁹. Nichil enī ẽ nichil: nichil nõ aliq̃d est. nõ hoc aut illud aut aliud quodpiã ens est: sed nullum ens. nichil nusq̃ est/ neq; in mẽte est/ neq; in rerũ natura. neq; in itelligibili/ neq; i sensibili mũdo. neq; in deo/ neq; extra deũ/ i vllis crearuris. Quodlibet/ ens est: quodlibet aliquid est. Ente sunt omnia plena. Nil vacuũ/ ociosũ nichil: nichil inane. Exulat ab vniuersis nichil. Vnde fit vt huiusce orationis/ que infit nichil esse nichil: gemina sit intelligentia. negatiua vna: Altera assertiua & positiua. Ambe tamẽ eiusdem sunt veritatis & equepolentes. Aut enī dicẽs nichil esse nichil: profert nullũ ens esse nichil: ideſt nullũ ens esse nõ ens/ siue nullũ ens/ esse ens nullum. Aut quoduis ens ait esse ens: siue quodlibet ens esse aliquid/ ideſt ens aliquod 2
que vtraq; qui enũciat: apseutes veridicusq; probatur.

¶ Materia prope & pene nichil est: non tamen nichil.

Materia entiũ primũ & vltimum.

¶ Nam entiũ vltimum est materia ypostasea omniũ subsidẽtia: in nõ entis vicinia/ in negationis vniuersorũ propinquitate locata. Incõpletum & imperfectũ ens/ est materia & ens in potẽtia: siue entiũ potentia & sensibilium omniũ inchoatio/ exqua fiunt omnia. Entium ipsa est primũ & vltimũ: in generatione primũ/ in corruptione & resolutione vltimũ. Anteaq̃ subsistat vnũquodq; / subsistit eius potentia. Et posteaq̃ esse desijt quodlibet: iterũ relinquitur fitq; residua ei⁹ potẽtia. Supra materiã/ locati sunt entium ordines: cũctis vero ipsa materia subest. Materie autẽ subest nichil. Oim fũdameutũ est materia: hec vero fundata

Illatio

est & sita in nichilo/ in nullo/ in nõ ente. Ois sensibilis act⁹: locatus/ status & exeptus est in materia. Materia vero locata & excepta est in nullo. Ipsa omnium fultura est: a nullo tamẽ fulcitur/ & recipitur in nullo. Vnde fit vt materia duab⁹ de causis sit prope nichil: Prima per naturã siue subsiãtiã/ secũda per positionem ac locũ. Per naturã quidẽ/ quia ens omne sensibile: & incipit esse in materia & desinit esse in materia. Ipsa quippe initiũ est & cunctorũ periodus/ oim itẽ rerũ priuatio & potẽtia. Positione vero & loco: quia i entiũ & eorũ q̃ sunt naturalib⁹ ordinib⁹/ nouissimũ tenet locũ: adiacẽs & vicina nõ enti/ nullo nichiloq; pxima. 3

¶ Materia/ est entis & nichili medium.

Empedocles.

¶ Nã neq; ens est materia/ neq; nõ ẽs. Entis potẽtia quedã est/ idemõstrabilis & icognoscibilis. Ipsa siquidem hoc ens nõ est/ neq; hoc aut aliud aliquod: sed eorum que sũt & futura sunt/ vmbra & potẽtia. Id enī quod demõstrabile est & dequo pronũciam⁹/ hoc vel hoc ipsũ esse: ens actu est/ ens peculiare & hoc aliquid: sub certã aliquã differẽtiã definitãq; ac propriãtionem assertũ/ cognitũ/ demõstratũ. Materia vero tot⁹ differentie vacuitas & priuatio est: psimilis illi oim iformi & cõfusissime speciei ac moli: in qua Empedocles oia pri⁹ delituisse & ex ea tandem emersisse predicabat. Esse deniq; materie/ ẽposse esse oim. Extrema igit esse & nõ esse/ sũt ens & nichil: mediũ autẽ posse esse: nõ ens & nõ nichil est. prope tamẽ ens & prope nichil. Nã vtriusq; & affirmatio & negatio materie competit. Ens enī est & nichil est: nõ ens est & non nichil. Ens potẽtia: nichil actu. nõ ens actu & simpliciter: non nichil potentia & priuatione.

Vtriusq; entis et nõ ẽtis vtraq; & affirmatio & negatio materie competit



4

¶ Nichil minus est ens/ q̃ materia.

¶Est enī materia entiū minimū. Ens quidē ipsa nō est: sed entiū minimū. In valuis quippe entis & nō entis materia sita est & collocata. Sicut enī pūctum haudquaq̄ est magnitudo sed magnitudinum minimum & vltimum/ extremusue magnitudinum terminꝰ: ita & materiam haud statī ens esse/ sed entium minimū metā ac terminū predicamꝰ. Et sicut pūctū licet nō sit magnitudo/ tamē nō magnitudinū nichil est: sed magnitudinū aliqd est vt potē Analogia tia et initiū: ita et materia cū nō sit ens/ haud tamē est nichil entiū: sed aliqnid est vt eorū puncti ad terminꝰ/ potentia atq̄ initiū. & sicut pūctū oī caret dimēsione/ oīs est exors interualli longi materiam. tudinis/ latitudinis & profundi: ita & materia oīs est differētie exps & entiū priuatio. Sicut enī mima magnitudo est linea pūcto supior/ p̄dita vniꝰ interualli differētia vt lōgitudine: ita & ēs minimū materiā precellit: cōstās ex materia & aliquovis entiū actu aliq̄ue differentia & naturali forma. Vnde sit vt sicut nō eadē sūt minima magnitudo & magnitudinū minimū(hoc enim pūctū illa vero linea)ita & diuersa sint ens minimū & entiū mimū. hoc Illatio enī materia est illud vero ens hoc aliqd: quod cōpletorū entiū extremum ordinē claudit/ vt elementum/ vt terra.

5 ¶Ex nichilo nichil fit.

¶Ex eo quod nichil est simpliciter nature virtute/ ac serie fierī nichil potest. Tunc enī nature virtute ex nichilo aliquid fieri diceret: si id quod simpliciter ac mere nichil est/ verteret in ens: siue i materiā/ siue ī hoc aliquid. aut si id cuius nullū p̄extitit initiū/ cuiꝰ nulla antea substitit potētia: insolito nature miraculo p̄cederet ad esse. Quicquid enī natura fieri conspicimꝰ: fit ex p̄existēte materie potētia & priuatione sui. Illiꝰ qppe potētia & materia antea subsistebat. Inchoatū erat ab initio & confusum in materiei vmbra: quicquid cōtinuis generationibus/ quottidie perficitur.

6 ¶In nichilum nichil abit.

¶Hec liquet ex p̄cedēte. nā in id necesse est oīa reuerti: ex quo priꝰ sūt facta. Necesse ē id qđ in generatione assūptū est/ in corruptione reliqui. Quod nulli enti ppriū aut peculiare sed oīm cōmune est: cū nullo ente aut esse īcipit/ aut esse desinit. cū nullo oritur aut destruit: sed & ipsū ante oīa ortū ē nichilo & post oīa fixū/ stabile/ idē pmanebit Est enī materia īgenerabilis & incorruptibilis: tota facta ab initio/ tota in eunm permānsura.

7 ¶Nichil oritur nouum: nichil interit.

¶Hāc intellige propter materie pmanētiā: q̄ tota ab initio creata corruptiōi mīme cēsetur obnoxia. Sūt igit oīa priusq̄ fiāt: aliquo pacto īmateria. & postq̄ eē desierūt ī materia quoq̄ pseuerāt. Materia ps ē oīs sēsibil' substātie: āte omnē sēsibilē substātiā creata a deo & ad esse producta. Nā diuide omnē sēsibilē substantiā ī partes gemias: in duo extrema/ quibus ipsa cōflatur & cōstat. vt in essentiā & apparitionē/ in principiū & finē in īchoationē & perfectionem/ in potentiā & actū in materiā & formā. Duntaxat secūdum posteriorē ipsius partem rei mutationē/ ortū & interitū fieri comperies. Priore autē parte/ permutationē fieri nullā sed fixa esse & stata vniuersa/ simulfacta ab initio: & simul i euū perseuerātia. Materia qppe principiū est oīm/ inchoatio/ essentia & potentia. Itaq̄ per materie creationē: oīa simul inchoata sunt & subsiterunt ab initio: erātq̄ ī principio/ nō erāt in fine: habuerūt priꝰ quidam esse: carebant sui apparitione. possibilia erāt: nondū tamē erant. Erāt i tenebris/ nō in luce nō q̄q̄ in sui discrimine aut in naturalibus suis locis. Educta sunt ex potētia in actū/ e tenebris in lucem ex principio in finem Que inchoata erant/ perfecta sunt: que erant aparuerunt. que confusa & indiscreta: in ordinem digesta sunt & suis in locis collocata. Orīt igitur quottidie nil simpliciter & ex toto nouū: cum fuerint omnia ab initio in prima & antiquissima sui cōsistentia idest in materia. Nil indies interit. cum ī eandem immutabilem essentiam (primamue sui consistentiam)reuertantur. Et sicut successerunt imprimis in actū ex potentia: ita & in potentiam demum eandem relicto actu commigrāt. Que ex tenebris in lucem prodierant: ex luce postmodum & apparitione/ in ocultum in abditum & antiquas tenebras reuerti cogūtur. Et precipue quattuor sunt propter que veraciter enunciare possumus: stata esse fixa & immutabilia vniuersa: omnē ab eis ortū atq̄ interitum excludentes diuina mens/ angelicus intellectus: materia & humanus intellectus. Diuine quippe mentis actu insunt omnia ab eterno: eiq̄ semper superstantialiter inerūt. Angelicus quoq̄ intellectus ab sue creationis initio actu est omnia: semper omnia futurus. Materia & humanꝰ intellectus a sua item creatione (quāq̄ non eodēmodo)potentia sūt oīa/ id est omniumpotētie: erūtq̄ ppetī id qđ sūt/ idest potētie vniuersorū. Eternꝰ est deꝰ sine pricipio sine fine.

Angelus/ materia & intellectus humanus: euiterna sunt/ facta quidem: sed semper futura/ principium sortita: finem nullū habitura. Nullus siquidem humanus intellectus interibit. nulla quoq; materiei pars secundū naturā annichilari potest: nulla insuper oriri noua. Hec tria deus/ angelus/ Materia: toti sunt ab initio/ toti sēper futuri. neq; innouari aut multiplicari possunt/ neq; interire aut iminui. Humanus vero intellectus/ multiplicari quidē potest nec totus est ab initio. qui & quotidie suo numero perficitur: donec euadat in actu totꝰ/ do nec humana species impleatur Attamen imminui poterit nunq̄.

¶De durationibus quattuor. Cap. II

1 Erum durationes & permanentie sunt quattuor. Eternitas/ Euū/ Tempus/ Momentum.

¶Nam sicut entia vniuersa: dignitate/ prestantia & loco a seinuicem distare cōperiuntur: ita & duratione & sue substantie permanentia/ putentur esse disiūcta. Alia enim est substantiarum: & alia accidentiū duratio. Alia dei/ alia angeli aie & materie. Alia insuper angeli/ anime/ materie: & sesibilium actuū/ siue naturalium formarū. Alia deniq; naturalium formarum siue sustantialiū/ siue accidentalium: & succedanearū qualitatum. Omnem autem statū & rerum permanentiam: tetradis quaternitatis sue numeꝰ claudit/ Sunt enim durationes quattuor: eternitas/ euū tempus/ momentum.

Quid eternitas

2 ¶Eternitas est infinita vtraq; parte duratio: exors principij & finis.

¶Intelligelineā rectā a medio puncto/ in partem vtramq; sine modo & termino protendi ita vt omne principium trāsiliat/ omnem quoq; exuperet finem. hec (quoad capax est sensus & mortalis noster oculus) eternitatem exprimit. Nam non modo sensus: sed & neq; intellectus/ in vtramq; a medio discurrens partem: ipsius eternitatis comprehendet/ aut consequetur extrema/ ipsamue eternitatē cōplectetur. sed quicquid totius eternitatis presens aderit intellectui: erit eiꝰ perexigua portio/ totiꝰ cōparatione & ꝓportione minima & nulla.



Quid Euū

3 ¶Euum duratio est: principio/ finem copulans nullum.

¶Statue tibi aliquod punctū vt principium. a quo in posteriorem partē/ intellige infinitā rectā lineā protēdi: hec ipsa/ tibi referet euū. Habet enim euū principiū finem tamen nullum. Ab certo cepit inttio: fine cōsūmabitur nullo. Vna parte/ vt priore finitū est: alia vero vt posteriore infinitum.



Quid tēpꝰ

4 ¶Tempus: est parte vtraq;/ finita duratio.

¶Recta linea vtraq; parte finita/ exprimit tēpꝰ: quod duobus clauditur extremis/ principio ac fine. Ipsum autē tēpus & eternitate & euo sensibiliꝰ est/ nobisq; notius. Nā aut intellectꝰ/ aut sensus totū cōprehendit tēpus: vtraq; ipsius extrema cernit videtq; presentia. Eternitatis autē extremū nullū: agnitū est aut presens intellectui. Eui initiū agnitum nobis est/ finis ta men eius ignotus: & quem consequi/ nullo discursu valeamus.

5

Quid istās

¶Momentum: est ipers durationum terminꝰ.



¶Sicut diximus punctū haud esse magnitudinē/ sed magnitudinū potētiam ac terminū: ita & momētū durationum potentia est & minimū. Impers enī est momētū: carens successione & omni permanentie/ ac durationis interuallo. in quo extrema & mediū coniuncta sunt & inuicem vnū.

6 ¶Eternitas: est nullum extremum. Euū/ vt vnum. Tempus/ vt duo: Momentum/ vt nullū fluxionis & successionis interuallum.

¶Hec est omnis duratio & rerum permanentia. Nullū extremū/ vnū extremum/ duo extrema. Extremū simplex sine interuallo. Superiores enim durationes tres: dimensiones sūt & permanentiarum interualla. Distant tamen abinuicē: extremorū aut habitu/ aut carētia Nullis quippe finibus/ ac terminis eternitas artatur. Principio sistitur euū: in nullū finē procurrit. Vtrisq; terminis fastigat/ seq; continet tempus. Instans vero a ceteris tribus: discrepat fluxione/ atq; interuallo. Est enim simplex extremum.



Tolle ab eternitate anteriorem eius partem: quod supererit/ euum erit: initiū quidem habens/ non finem. Tolle ab euo posteriorē ipsius partē/ statuens illi finem: residuū erit tēpus/ initium & finē habens. Absolue denicq; a tpe/ eiꝰ qduis extremū aut principiū/ mediū/ aut finē: siue a tpe exclude oē interuallū: quod reliquit simplex tēporis extremum/ momentum erit.

¶Euū ē vt eternitatis medietas/ tps
7 vt pars eui: istās tēporis extremū.

¶Statue in eternitate/ medium aliquod quicqd ē eternitatis ab eo puncto/ in po
At tātūdē eternitatis & spacij/ reliqt ab
nitatis principiū. quodnullo sensꝰ aut in
Est itaq; euū/ vt quedā eternitatis medietas. Nam frange eternitatis interuallū/ in euū duplex i primū & secundū: vtrūq; euū alteri equū est. Nā vtrūq; totius est medietas vna parte finita/ alia infinita. primū euū caret initio: nō fine. Secundū fine caret/ principiū habens.



Rursum sicut euū/ pars est eternitatis posterior/ que subtracta priore relinquitur: ita & tēpꝰ pars est eui anterior & totius eui (posteriore dempta parte) residuū. Instans vero (vt diximꝰ temporis est terminus & impers eius extremum.

Cap. III

¶Qz nichil est deo coeternum & increatum.

1 ETernitas soli deo competit: & in ea solus collocatur deus.

¶Deus autor est omniū. Idē ipse est omniū initiū & finis. Ante oia erat & post omnia futurus est. Omniū autē initiū & finis initio & fine caret. Nam principij/ nullum est principium. Ipsius itē finis nullus finis. Extremorum extrema sunt nulla/ termmorū nulli termini. Vtraq; igitur parte solꝰ autor omnium deus/ solus vtrinq; vniuersorum terminus: est interminus & infinitus: solꝰ in eternitate perdurans. ante omne principium librans/ fercnsq; seipsum: & post omnē finē/ seipsum fulciens & in seipso persistens. Oia cōdidit extrema/ eter nitatē apprehēdit: eamq; totā percurrit/ cernit intueturq; presentē & in ea solus perseuerat.

¶In primo eternitatis euo/ deus substitit fuitq; solus: & cum deo nichil
¶Deus sicut in tota eternitate nullā secū admittit creaturā: ita & neq; in prima eius parte seu priore euo vllā vnq; sustinuit. Sunt enim eternitas & primū eius euū/ diuine quedā proprietates soli diuinitati proprie. in quibus deus contēplandus est vt deus: vt solus ab eter-

no/ſine creaturis/ſine principio/origine/& cauſa: vt fons & autor omniū. Sunt enī omnia orta a principio: preterq̄ ipſum principiū. Itaq; in primo euo/deus fuit ſolus & cum deo nichil. Preceſſit enī euū primū creationē omniū: & ipſū eſt index diuine proprietatis/ vnitatis et ſolitudinis. qua ab eterno & a nullo principio/ſibi ſoli aſtitit deus: in ſeipſum ferebatur voluebaturq; in ſe/ſibi preſens/ſeipſum collibrans perſpiciens & agnoſcens. Sibiipſi & alteri nulli cōmunicabatur: extra ſeipſū nondū erat profect⁹. nichil adhuc protulerat/eratq; extra ſe infecundus imperuius & ignotus. Erat tamē in ſeipſo fecundus & numeroſus/quipe trinus. ſibi quoq; ipſi cōmunis ſibimet cognitus ac peruius.

Euū primū die proprietatis & ſolitudinis index

¶Deus in primo euo nichil creauit: creare nichil/ nunq̄ cepit: creare nichil/ aliquando deſijt. 3

Quid primū euū

¶In primo euo creauit deus nichil: id eſt nullā creaturā. Nam primū euū eſt ab eterno vſq; ad creationis initiū. Eius principiū eſt nullū. Eius finis: eſt inſtans creationis primū. Primū euū eſt ininceptū ſed finitū: principio carens finē habens. itaq; creauit in primo euo deus nichil/ id eſt ens nullū. Nichil creare nunq̄ cepit: quia ab eterno nichil creauit. Nichil creare aliquando deſijt: quādo creare oia cepit/ vniuerſorū creationē adorſ⁹. Nulli aſtitit nichilq; fouit ab eterno deus: nichil quoq; ei ab eterno aſtitit. Nichil erant oīa/ & oīa nichil erant. deus nichil ferebat/ nichil fouebat/ nichil procreabat.

Gentilium Error

¶Deus in primo euo nichil licet procrearit: haud tamen caſſus inanis/irritus & ocioſus permanſit. 4

¶Nam flexus in ſeipſū deus/ diſcretuſq; mouebatur/ferebat ſeſe/ ſibi aderat/ ſeipſo potiebatur. Ab eterno erat: ab eterno gignebatur/ ab eterno procedebat. erit quoq;/ gignetur p̄cedetq; in eternū. Et qui hunc internū & archanū diuine ſubſtantie numerū orbicularēue motū/ ignoraueret (vt cuncti, ferme qui ſub gentilicio errore & nephando idolorū cultu: mū danā ianēq; philoſophiā ſecuti ſūt) in ingēs baratrū & vaſtiſſimā errorū ſyrti prolapſi traduntur. ſtatuentes aut vniuerſum deo coeternū: aut pleraſq; creaturas/ vt angelos & mare riam. quibus cōmunicando ſeſe: que fouendo / alendo / atq; ſaluando: minime ocioſus ab eterno diceretur/ſed actuoſuſ & fecūdus. Diuinus autē orbis diuina circulatio/ deitatis in ſeſe conuerſio: & diuinā imprimis feriationē ſiue ocioſitatē/& eternā deinceps tollit creaturarū neceſſitatē. Tolle autē diuinū huiuſmodi numen/ ac gyrū: rite fatebūtur aut fuiſſe deū ab eteruo nullū. aut fuiſſe manē/ feriantē & marcētē ocio: aut exterā aliquā ſubſtantiam/ illi coeternā aſtitiſſe: in quā illius actus & ſubſtātiales participationes/ cōgrue deriuarentur.

¶Deus eſſe ſolus/cepit nunq̄: ſolus tamen eſſe aliquando deſijt. 5

¶Deus in toto priore euo/ fuit ſolus ab eterno: vt cui nulla aſtitit creatura. Deſiit autē ſolus eſſe/ in ſecundi eui initio: in quo creare aliquid cepit. Idē enī eſt primi eui finis & ſecundi initiū. Itaq; q ſol⁹ erat in prio euo: plurim⁹ euaſit i ſcdo. q i primo euo & ab eterno creare oia ꝓpoſuit & potuit: aliqñ & i ſecūdo euo/ oīa procreauīt & cōpleuit: Q̄ui ab eterno nichil feciti ineternū aliqd fouebit/ cōſeruabit ſaluabit: vt angelū/ animā/ materiā: que tria ſūt euiterna.

¶De⁹ i primo euo erat vnic⁹ & ſol⁹: in ſcdo vero nūeroſus ac trin⁹ euaſit.

¶Deus & intus & foris/ eſt trinus: vt liber de ſapiente recenſet. Intus/ id eſt in propria ſubſtantia in qua ab eterno trinus eſt/ numeroſus & fecundus. & huius arcane trinitatis ſacratiſſime perſone: ſunt pater/ fili⁹ & ſpūs/ quē ſanctū nūcupamus. Exterioris vero trinitatis perſone ſunt: de⁹/ angel⁹/ & homo. que licet ſubā abinuicē diuidanī nexu tamē volūtatis in vnū reddeūt ſibiq; inuicē agglutināt. Nā ex cūctis creaturis dūtaxat angel⁹ & hō (vt diuine lucis & ſapientie participes) in deū euadūt & participatione dij fiunt. Vbi igit in ſcdo euo angelus & hō diuine ſapiētie & imaginis habitu i deū tranſiere: trinus eſt aliquopacto deus deus inquā diuin⁹/ deus angelicus & human⁹. Eſt enī trinitas hec extima: intime diuine/ eterneq; trinitatis relucentia/ imago & apparitio.



¶Deus ab euo ſecūdo exterminauit/depulit/fugauitq; nichil: quod erat in

euo primo/ſtatuitq; eius loco aliquid ſiue vniuerſa.

¶ Sume & concipe ipſum nichil in ratione dicatiua & poſitiua. velut id per quod ab euo primo/ excludebãtur vniuerſa: quod ve oĩa occupabat/ & erat vbi nunc/ ſunt vniuerſa. Idipſũ nichil/ quod ſubſtantie & enti eſt oppoſitũ: excluſum/ depulſũ/ exterminatũ & fugatũ eſt a deo in ſecũdo euo: in quo creata ſunt & facta oĩa. In nichili vero locũ/ ſucceſſerũt vniuerſa: que nũc ſunt/ vbi quondã nichil erat/ & quorũ locũ nichil occupabat. Itaq; nichil, qđ erat & fuit toto primo euo: eſſe deſiit in ſecundo. Succeſſit enĩ in locũ eius aliquid: quod erit toto euo ſecundo/ quodue a deo fouebitur ĩmortale atq; euiternũ. nullus igitur locus nichilo/ ĩ ſecũdo euo relict9 ẽ. Sicut enĩ nichil fuit ĩ primo euo: ita nichil non erit in ſecũdo. Idẽ eſt ſicut oĩa nõ fuerũt ĩ primo euo/ fuerũtq; nõ entia: ita et oĩa erũt ĩ ſcdo erũtq; ſubſiſtẽtia & entia. Et quomodocunq; ſũpſeris ipſum nichil ſiue vt dicatiuũ & poſitiuũ/ ſiue vt dedicatiuũ & priuatiuum: q̃cunq; de eo pronunciantur eãdẽ vtriq; & equepollẽtẽ recipiũt veritatẽ. Nã nichil fuiſſe ĩ primo euo: eſt oĩa non fuiſſe. & nichil nõ eſſe in ſecundo/ eſt oĩa eſſe in ſecũdo. Eteni p ſe nichil: equũ eſt ei quod eſt oẽ nõ. Nichil nonvero ei quod eſt oẽ reſpõdet.

De nichilo ſiue vt poſitiuo ſiue vt priuatiuo eadẽ ve rita s.

Deus | Nichil		Deus | Omnia
In primo euo deus cum nulla creatura	Medi.	In ſecundo euo deus cum omnibus

¶ Q̃ deus de nichilo creauit omnia. Cap. IIII.

1 Diuina tota ſubſtantia imparticipabilis & indiuidua: in primo euo fuit vnica et ſola.

¶ Deus a deo cadere/ de9 a deo diuidi: deus ſeorſũ & extra deũ ſumi nequit quicquid diuinũ eſt/ deus eſt/ coniunctũ & counitum deo/ inſeparabile & indiuiduũ a b eius ſubſtãtia. Hec enĩ tota ſimplex/ impers/ inquãta: inſeparabilis a ſeipſa & iparticipabilis eſt. Si enĩ participabilis fieret: pars ipſius extra totũ aut extra partẽ ſumeretur. Ea igĩt pars diuideret/ fieretq; aliena a toti9 ſubſtãtia: & extere cuipiã ſubſtãtie preberet initiũ. cõflareturq; ex ea parte ſubſtãtia quedã exterior: quod nullo pacto fieri poſſe putandũ eſt. ſit enĩ diuina tota ſubſtantia a b c: tũc hec participabalis eſſet ſi pars ei9 (que quomodolibet intelligitur) b c/ ſumeret ſe or ſũ a tota ſubſtantia a b c/ aut a reliqua parte a b. & cõflaretur ex b c/ extera & ſeparata a deo ſubſtantia diuine ſubſtantie participatione orta. que perabſurda & perq̃ irrationabilia ſunt.

a	b	c
a	bb	c
	b	c

2 ¶ Vnde fit vt deus de ſua ſubſtãtia creauerit protulerit q; nichil.

¶ Nã non fecit deus/ quod facere nõ potuit. Negare autẽ ſeipſũ/ decidere a ſeipſo: diuidi/ dirimi ac auelli a ſemetipſo & participabilis fieri nõ potuit: perinde atq; nõ poteſt nõ eſſe de9. Et hec haud ipotẽtia eſt vt Magus Elymas voluit: ſed virtus infinita & imẽſa poteſtas: qua ſeipſũ fulcit deus/ qua ſibi eaten9 inſit9 eſt ſibiq; coheret: vt auelli a ſeipſo & nõ eſſe neq̃at & nõ poſſe (vt ſacer Dionyſius ait) nõ poſſit: & nõ eſſe nõ ſit. Igĩt cũ diuidi nequeat de9/ cũ indiuidu9 & imparticipabilis ſit: de ſua ſubſtãtia nichil creauit. id eſt participatione ſui exterã nullã ſubſtãtiã protulit/ atq; ad eſſe ſtatuit. Eſſet enĩ huiuſmodi creatura diuine ſubſtãtie pars: auulſa & ſeparata a toto deo.

Magus. Elymas: Sacer Dionyſius.

¶ Supereſt vt cũ de9 de ſeipſo/ ptulerit nichil: de nichilo creauerit vniuerſa

3 ¶ Nã ab eterno nichil erat preter deũ: qui toto primo euo ſolus fuit in eſſe. Nulla illa aſtitit coeterna materies/ nullaue extera ſubſtantia: ex qua cõflarit & protulerit oĩa. Ipſe enĩ eſt autor omniũ & viſibiliũ & inuiſibiliũ/ materialiũ & imaterialiũ. ipſam quoq; materiã cõditor dedit. & ad eſſe cõſtituit: ſolus deniq; oĩa/ infinito illo primo euo anteceſſit. Et ex doctrina p̃cedentis: de ſua ipſi9 ſubſtantia: procreauit genuitue nulla. Supereſt itaq; vt ſi non de ſua ſubſtãtia: neq; de extera vlla ſibi coeterna oĩa procrearit de nichilo/ de nõ ente de eo quod nõ ẽ genuerit/ fecerit q; vniuerſa. Is enĩ q̃ vere eſt/ qui & oẽ eſſe trãſcẽdit: ei quod nõ eſt/ eſſe dedit. Hinc manifeſta eſt veritas ſacri huiꝰ & pphetici eloquij. Vos eſtis ex nichilo: & op9 veſtrũ: ex eo qđ nõ eſt. Et i hoc natutali pgreſſu quo de9 ĩprimis de ſua ſubſtãtia nichil creauit ſed de nichilo vniuerſa: cõtingit ratiocinatio et ſyllogiſm9 quidã: cui9 finis et illatio deſtruit tollitq; mediũ. Creauit enĩ de9 ĩprimis nulla: deide de nichilo oĩa. q̃ poſtq̃ facta ſunt: deſiit eſſe nichil. Et hec veriſſime enũciantur: quocũq; in ſenſu ſiue poſitiuo: ſiue deſtructiuo ſumpſeris nichil.

Sactũ eloquium

In primo euo	Deus	erat	Nichil	erat
In secundo	Omnia	sunt	Nichil	non est

¶ Deus in secundi eui initio/in primo eiꝰ instãti/aliquid produxit: quo subsistente fuit aliquid desijtq; nichil esse. 4

Diuitatis pprimum euũ discursus.

¶ Deus ab eterno/ab arcano illo icõdito abditoq; euo & a nullo principio ꝓcedẽs: primũ illud euum (quo toto nichil extra se produxt) peruagatus/totãq; eius dimẽsionẽ & longitudinem percurrens: vbi ad eius finẽ/siue ad secundi initiũ (Nã primi finis/secundi est initium) peruectus est: repente atq; in instanti aliquid creauit: protulitq; totũ aliqd̃ ens perfectũ/simplex/spirituale incorporeũ/inquantũ/indiuisibile. scilicet imateriale & intellectuale substantiam: quos angelos/primosq; diuinitatis actus & reliqui totius futuri operis conceptus/species exemplaria/formas er ideas nũcupamꝰ. quibus simul cunctis ad esse productis & perfectis quibusue subsistẽtibꝰ: desijt esse nichil. Erat enī i primo euo solus deus & nichil cũ eo: id est nullũ ens. Absoluto autẽ diuino per primũ illud euũ discursu: in contactu secundi eui/primũ ortũ est aliquid: quo subsistente nichil esse desijt. Orta enī est prima creatura/initium plenitudinis secũdi eui: per quã vacuitas oĩs & entiũ priuatio/ exterminari a deo cepta est.

¶ Deus ab infinito primi eui pergens initio idq; totum percurrens: in nullo eius attactu & puncto aliquid creauit. Vt vero ad illius finem & secundi initium deuolutus est: primam illico peperit protulitue creaturam. 5

¶ Finge deũ progressum platũue in rectũ toto illo primo euo. cuius ad nos ꝓfectio & motꝰ ceperit a primi eui initio: quod i infinitũ distat ab initio secundi & fine primi. Semp enī deꝰ & ab eterno mouebatur ad nos: & versus nosipsos/nostrũq; euũ recta ferebatur/atq; procedebat creationis omniũ causa. Ad hũc enī modũ imaginanda & exprimenda nobis est creationis norma atq; initiũ. Quandiu autẽ fuit deus in toto primo euo: nullo sui discursu aut attactu nullouepimi eui momẽto & puncto: aliquid peperit. sed sterilis & infecundꝰ/a creaturarum prouentu & effectu permansit. Intellige enim illũ prius perambulasse sterilẽ & aridam primi eui terram. in quã vitales nullas & fecũdas effuderit aquas. quam rore suo & aspergine omni destituerit/proferens in ea vitale germẽ nullũ. deinde e desertis & perustis terris/profectum delatũq; in terram fecundam/habitabilem & creaturarũ feracissimã. quã illico vitali consperſit humore: copiosissimis ĩbribus irrorauit/ fecundauit/ impregnauit/ protulitq; in ea omnẽ creaturarum. Est enim primum illud euũ: velut sterilis/deserta & perusta terra. a creaturis (ob diuini solis estũ/nimiamq; eius viciniam & propinquitatem) inhabitabilis: a solo deo habitata. Nam quãdiu illã peragrauit pertrãsiitq; deus: creauit nichil/nilue peperit. Euũ autem secundũ est vt mitioris & tẽperatioris aure tellus: ob solis distãtiam vitalis humoris plena/creaturarum ferax & suapte natura fecũda. que vbi viuido & suapte natura fecundo diuini solis feruore incaluit: ex insito humore/ peperit omnẽ creaturam.

Analogica intelligẽtia



¶Non ſicut de⁹ ab eterno nichil creauit: ita & ineternum aliquid procreabit. definita tamen & conſumata vniuerſorum creatione: eorũ aliquid in eternum ſaluabit.

¶Non ſicut deus toto primo euo nichil creauit: ita & toto ſecũdo aliquid procreabit/ ideſt alicuius ſubſtantie futurus eſt opifex. Nam & definita eſt tẽporis ſucceſſio: vniuerſũ quoq; dei opus finitũ/ factũ cõſũmatũ & perfectũ eſt in tẽpore. Senis quippe diebus/ ſacra eloquia facta a deo & perfecta oĩa atteſtantur/ ideſt productas rerũ omniũ ſpecies. Nam tametſi noue indies generationes fiant earũ tamẽ permutatio/ haud ſpecierũ: ſed ſingularium & indiuiduorũ eſt ort⁹ occaſus & noua ſucceſſio. Ab initio autẽ ſtatute ſũt a deo/ vniuerſe rerum ſpecies ingenerabiles & icorruptibiles. que ab initio id eſt a ſexta creationis die: ſubſtiterunt omnes/ perſeueraturę vſq; in finẽ. Et ab his ſpeciebus vniuerſum ingenerabile/ icorruptibile & immutabile eſſe cenſemus. cum ſemp eodẽ modo habeat & ex cũctis ſuis partibus/ id ẽ naturalib⁹ rerũ ſpecieb⁹ cõſtet nullaq; ſui pars aut augeri aut iminui queat. Nulla eteni vniuerſo addi poteſt ſpẽs: nulla eidẽ deeſſe nulla tota tolli aut abire e medio. Itaq; deus haud ineternũ aliquid creabit: qui priſcis illis ſex diebus/ omnia cõpleuit. Et nõ modo primariis illis rerũ ſpeciebus: ſed & partibus earũ vt indiuiduis & ſingularib⁹/ deus generationis & corruptionis modum periodũq; definiuit. quam preſentis ſeculi conſumationem/ ſupremãq; mundi huius lucẽ & horã nũcupamus. Hec enĩ vbi illuxerit: tũ ort⁹ omis atq; interitus/ generatio & corruptio: eternũ faceſſẽt atq; intermittẽtur. Eorũ tamẽque hoc ſeculo creata queue in tẽpore producta & perfecta ſunt: pleraq; toto futuro euo a deo ſaluabuntur. quẽadmodũ ſunt que ſuapte natura ĩmortalia & incorruptibilia ſunt: vt angelus rationalis aĩa/ materia. Hec enĩ ſicut ingenita & generatiõe perfecta nõ ſunt ſed de nichilo ad eſſe repente producta: ita & corruptione interire nequeũt. annichilatione autẽ ſola: fieri nichil poſſunt. Quo namq; ort⁹ in lucẽ profecta atq; educta ſunt: eodẽ ſolo poſſũt & in nõ entis tenebras/ ab eſſe in nõ eſſe reuerti & extrudi. Sicut de nichilo a ſolo deo facta ſũt: ita poſſunt & in nichilũ a ſolo deo cõuerti. Ingenita ſunt/ corrũpi nequeũt. vt ſimplicia ſũt & ex pluribus nõ facta: ita & ĩ plura irreſolubilia & ĩmortalia/ ea manere oportet.

Sacra eloquia.

Rerũ ſpẽs ingenerabiles & incorruptibiles

Tres creature ĩmortales.

7 ¶Inter vtrũq; euũ: interhyat mediũ tẽp⁹ creationis vniuerſorum.

¶Prius ſeculimus totã eternitatẽ in duplex euũ: in primũ ſcilicet & ſecundũ/ in euũ dei & ĩ euum creaturarũ. Nunc vero in tria/ eternitatẽ partimur: in euũ (vt prius) duplex & in medium tẽpus/ quod eſt prioris ſecundi eui pars: & eſt metrũ/ ſiue duratio creationis & perfectionis omniũ: ſiue ſecundũ ſpeciẽ ſeu ſecundũ indiuidua & ſingularia. Nã tẽpus creatiõis et abſolutionis omniũ ſpecierũ: ſex dierũ fluxio eſt. Tẽpus vero creationis/ abſolutionis & conſumationis omniũ/ perſingularia & indiuidua: tota eſt mundi huius duratio. Numer⁹ eteni ſpecierũ omniũ: perfectus eſt & creat⁹ a deo/ in hexade dierũ. At vniuſcuiuſq; ſpeciei quantitas & partiũ ſiue ſingulariũ numerus: vniuerſa viſibilis huius mundi duratione & permanentia abſoluend⁹ & cõplendus eſt. Statuit autẽ deus corporeũ/ hunc viſibilẽq; mũdum ĩ tẽpore: definiuitq; illi extrema/ principiũ & finẽ. Librauit illũ ĩter duplex euũ. Cõpletq; in preſenti mundo/ perficit/ abſoluit gignitq; quod in futuro toto euo cõtinebit/ ſaluabitq; in eſſe. In primo euo nichil creauit deus: in futuro nichil creaturus eſt/ nulli noue ſubſtantie eſſe largiturus. Nil ſiquidẽ erit in futuro ſeculo: quod non ortum habuerit in preſentaneo tempore/ in mundi huius duratione. In preſenti ſeculo & in tempore hoc protulit aut indies profert deus: que in futurum euũ introducet. Angelos creauit in inſtanti et in tẽporis initio. Materiã poſt angelos/ identidẽ in inſtãti. Ex qua ſenſibilium creaturarum ſpecies: in tẽpore & numero ſex dierũ perfecit & cõpleuit. Rationalẽ itẽ animã protulit in temporis impartibili: ex qua & ex materia/ humanam ſubſtantiam ſexta ſupremaq; die compegit/ conflauit/ perfecit. In futuro euo/ ſaluabit deus angelos & rationales animas: propter quas & materiã/ in idem euum introducet. Nam ex materia inſtaurabit humanum corpus: quod ſacris cũ anima/ in preſenti ſeculo decertauit ſudoribus. quodve illi in futuro illo euo perpetui luminis & immortalitatis pleno ſociabitur et perpeti federe nubet. In futuro autem ſeculo: nichil erit/ quod non fuerit in preſenti. pleraq; tamen ſunt in preſenti: que futurum illud immortale haud quaq; videbunt/ queue minime in euũ tranſibunt. In preterito igitur euo deus tantũ erat: in preſenti ſeculo creauit oĩa. In futuro aliqua ſaluabit vt angelũ/ animã/ materiã. Eſt enĩ hic create ac ſtate ĩmortalitatis ternari⁹. In primo euo exiſtẽs dicit deus: in tẽpe creãs/ in futuro eno ſaluãs/ cõſeruans: fouens/ enutriens.

Primarie rerũ ſpẽs ſex dieb⁹ abſolute

Materiam propter rationalẽ animã euit nã

Tryas ĩmortalitatis.

¶ Q omnia ad deum nichil sunt. Cap. V.



Signũ sensibile.

Diuina substantia est actu infinita. 1

¶ Nam qualis duratione deus: talis vtiq; est et substantia. Quia eĩ substantia imprimis infinitus et interminus existit: ideo & duratione perpetuus & eternus euadit. Sicut principio durationis & fine caret: ita & sue substantie extremis. Finge eteni eternitatẽ dimẽsionẽ quãdã esse/ mẽsurã metrũq; diuine totius substantie: diuinãq; substantiã distẽde in tota eternitate. tantãq; illã esse asseueraueris: quãta est totius eternitatis interuallum actu ĩmensũ. Oĩs qppe mensura equa est ei: cui vt mensura coaptat̃. Hoc sensibili signo permultum iuuaberis vt diuinam substantiam/ actu esse infinitam deprehendas.

Eeternitas actu infinita diuine substantie dimensio ac metrum.

E Q V A L I A I N F I N I T A

Diuiua substantia actu infinita equalis toti eternitati.

Aliud signum.

Aut si malueris: imaginare diuinam substãtiam/ omnẽ locũ transilientẽ implentemq; totum id spacij/ quod mẽte concipi possit: a terre centro mundiq; meditullio in vniuersum siue in omnem positionum differentiã atq; in solidã corporeãue totius spere plenitudiuẽ: cui terminus sit nullus/ nullaue circunferentia. Hoc iterũ modo facile concipies diuinã substãtiam actu esse infinitam. Hec enim neq; tempore neq; loco artatur: sed & omne tempus & locum (vtrinq; immensa atq; intermina) exuperat transcendit superapprehendit.

¶ Diuine infinite substantie; omnis exterior propagatio finita est: omneue eius opus finitum. 2

O biectio.

¶ Nam duo esse nequeunt extra se inuicem/ actu infinita. primum enim actu infinitum omnem occupat locum/ omnia implet/ eternitatem totam peruagatur nullum secundo infinito locum/ nullam illi proprie durationis aut substantie partem portionẽue relinquẽs. Qz si duo actu ĩfinita statueris: necesse ẽ vt sit primo infinito/ secũdũ infinitũ coeternũ: habẽs cũ eo ĩ eternitate locũ. necesse rursũ vt secundũ primo insit: idest cum eo simul sit/ illi insitũ/ cõiunctum/ consubstantiale & vnum. eruntq; ambo iam non duo infinita: sed vna tãtum infinita substantia. quopacto & diuinam substantiam actu infinitam fatemur: & vnãquãq; eiꝰ personam actu infinitam. dicimusq; in deo haud subsistere tria infinita: sed deum esse infinitum vnum & trinum. Quicquid igitur exterum est a diuina substantia/ quicquid ab ea ꝓductum est omnisue eius exterior propagatio & creatura: est actu finita. Nam infinitũ dũtaxat in seipso & in suaipsius substantia: sibi equale infinitũ & ĩmẽsum profert ac gignit. Seorsum vero a suaipsius substantia: dũtaxat ente inequali finito: & nulla proportione minori propagatur.

In deo non tria ĩfinita.

¶ Finiti ad infinitum nulla est proportio/ ratio ve nulla. 3

¶ Nam infinitum: infinities & sine numero/ finitum transcendit/ illudq; sine vlla ratione exuperat. omnis autẽ proportio: est duorum adinuicem vt numeri/ ad numerum ratio/ atq; habitudo. Nulla igitur est infiniti ad infinitum proportio. Nã si volueris in sẽsibilibus/ quid sit actu infinitum experiri: pleraq; eius signa reperies. Complura siquidem sensibilibus insunt actu ĩfinita: que ad cetera eiusdem speciei entia/ proportionem seruant nullam. vt circulus est actu infinita poligonia: vnice/ atq; vniformiter omnem in sese angulorum complicans/ complectensq; numerum. Distat enim circulus infinities & sine angulorum proportione: ab omni poligonia. vtpote ad quem ab nulla multangula & sẽsibili figura: quouis discursu & multiplicatione angulorũ penetrare & ꝑuenire nequeamus. Necobest ꝙ quanto plurium angulorum fuerit poligonia: tanto circulo euadat similior. Distat enim semper omnis poligonia infinities a circulo. Et si supremam aliquam multangulam statueris velut circulo proximam illiq; simillimam: haud minus ipsa a circulo distabit/ q̃ triangulus qui poligoniarum est primus. Nam cum omne infinitum/ equum sit omni infinito: omnes poligonie equali a circulo dispescuntur/ distantq; interuallo. Quippe infinities & sine numero cum inter quãcunq; poligoniam & circulum/ innumere cadant/ atq; intercipiantur poligonie. ita & omnes creature cum sit actu finite: infinities/ infinitis & equis interuallis distãt superanturq; a deo. nec minore proportione superatur a deo angelus/ qui creaturarum pri-

Circulus actu ĩfinita poligonia.

matũ obtinet: q̃ materia/ que prope nichil est queuelmo ac nouissimo loco a deo nũeratur. Nam deus & angelum et materiam/ & omnem mediam creaturam: nullo numero/ nulla proportione aut ratione trãscendit. Similiter & acutissimus angulus & obtusissimus vt in libro de sensu docuimus anguli sunt singuli in propria ratione actu infiniti: & a ceteris qui eiusdem rationis sunt/ nulla ratione & comparatione abiuncti. quẽadmodum & deus a creaturis & circulus a ceteris poligonijs.



Oẽs creaturas equis interuallis distare a deo.

¶ Vnde fit vt omnis creatura ad deum: sit vt nõ ens & nichil.

4

¶ Nam deus ens est et creatura ens: deus autem ens infinitum/ creatura vero finitum ens. Deus ens sine numero & supra numerum: creatura vero ens in numero/ numeratum & mensum. Entitas igitur creature ad diuinam entitatem: improportionabilis est/ nulla & nichil. Sicut & vniuersa terre moles/ celi collatione nulla & indiuidua ab Astrologis perhibetur. Omnis item angulus acutus/ ad acutissimũ nullꝰ. Obtusus oĩs/ ad obtusissimũ nullus & nichil. Angelus quoq; ad deũ pene nichil non ens & nullꝰ est. Homo ad deũ velut nullꝰ & nichil. Materia ad deũ nichil & nõ ens. omnisue creatura ad deũ/ vt nichil: vt id quod non est et vt non ens.



5 ¶ Fit iterum vt deus creatione omnium minime sit immutatus: idemq; possit infinitas creaturas & infinitos mundos.

Adde cuipiam linee punctum/ quod longitudinis est expers: aut deme punctũ a linea/ nichilo immutabitur linea: fietue maior/ aut minor. Immitte in immensum ignem per exiguã & multesimã aque guttulam: nichil illius flammam restinguet/ nichil eius ardorem cando-remue minuet. ita & creaturarum exortu: nullo pacto demutatus est deus. neq; cessit creaturis: que sunt vt punctum. neq; ab eis proprio depulsus est loco: neq; obortu tp̃is/ excessit ab eternitate. neq; proposito & voluntate varius extitit: quasi quandoq; voluerit conflare vniuersi opus & quandoq; minime. Ab eterno namq; & semper: voluit/ proposuit & intellexit: que a temporis initio vsq; in totius temporis finem compleuit aut completurus est. Nam cum sint tres precipue vires potẽtie atq; facultates: e quarũ vnanimi chorea & naturali concordia/ omnis proficiscitur actio & operatio. Intelligentia scilicet potestas atq; voluntas: impossibile est vt vlla harum facultatũ/ diuine illi supremeq; beatitudini quandoq; defuerit: aut illiipsi velut ab extrinseco aliquo adiecta sit. Omne siquidem qnod deo inest: deus ipse est. quicquid deo quouis modo ascribitur dicturq; inesse: eternũ est/ perinde atq; deus eternus. Diuina substantia facta non est: neq; acquisita. Nec aliquid eorũ que deo inesse dicuntur: aut factum est aut quoquopacto ortũ siue acquisitum. Sed siue res siue ratio vlla/ deo ipsi tribuatur: hec ipsa cũ diuina substantia coicidit. & haud aliud illa ipsa est: q̃ diuina tota substantia. qua de/ quecunq; predicantur: illi & eadem sunt & coeterna. Intellexit igitur ab eterno deus/ quicquid postea erat facturus. Idipsum quoq; & potuit & voluit. Eternam tamen eius & intelligentiam & potestatem atq; voluntatem: haud eterna & necessaria/ sed temporalis & contingens secuta est operatio. que est vniuersorum creatio.

Analogiet.

Quicqd in deo est deꝰ est.

Compleuit quidē omnia ab initio ſecūdū ſpeciē: perficiet vero oia ſecūdū indiuidua. Neq; poteſtate imutat9 eſt: tanq̄ pri⁹ mime potuerit/ aut poſtea neq̄at ꝓducere plura/ pluresue ſtatuere mūdos. Nā ſēp mūdū creare potuit: ab eterno illi aderat creādi vniuerſi facultas/ vis & poteſtas. que & illi ſine fine i tota eternitate probatur affutura. qua poteſt & rurſū plures creaturas/ pluresue & numero infinitos procreare mundos. Sicut tamen vnus ipſe eſt ita & vno tantū mūdo ſeſe continuit/ ſeipſum expreſſit/ atq; propagauit.

¶ Q̄ omnia creata/ recepta ſunt in nichilo eo non cedente/ & in nichilo ſubſiſtant. Cap. VI.

SIcut de nichilo a deo creata ſunt omnia: ita & in nichilo ſtabilita librata & collocata. 1

¶ Sicut materia eadē eſt & ex qua educitur omnis naturalis act9/ ac forma/ & in qua fulcitur & ſuſtentatur: eadē ex qua fit omnis ſenſibilis ſubſtantia & omniū ipſa fultura/ fundamentum ac ſtabilimētū: ita & nichil & non ens ad deū/ in vniuerſorū creatione: vicē quandā obtinuit materiei expreſſitq; vmbratilem eius ſpeciem. Ex nichilo quippe creauit oia deus: & in nichilo librauit collocauit ſtabiliuitq; vniuerſa. Sicut enī materia omni naturali actui ſubeſt & in ea receptus & ſtatus eſt omnis ſenſibilis actus: ita & omni creature ſubeſt nichil. & omnis creatura recepta eſt & ſtata in nichilo.

¶ Ens in ente recipi nequit: ſed tantū in non ente. 2

¶ Rerum ſubſtantie: natura ſunt impermixte/ inconfuſe in ordines diſcrete & extra ſeinuicem ſubſiſtentes: ſingule in ſuis gradibus/ ſedibus & locis. Si autē ens in ente & ſubſtantia in ſubſtantia reciperetur: permixte & confuſe eſſent rerum ſubſtātie. eſſentq; ſimul: indiſcrete/ inordinate & vt tantū vna ſubſtantia. Haud igitur ens in ente: ſed tantum in non ente et (vt dictum eſt) in nichilo receptum eſt & ſtatum.

¶ Vnde fit vt quodlibet ſit in nichilo/ plenum in vacuo ens in non ente tanq̄ in loco. 3

¶ Vbi enim nunc ſunt & ſubſiſtunt omnia: nichil erat prius. & in eo nichilo recepta ſunt omnia ex quo et facta ſunt/ ideſt ex non ente & in non ente. Non enim in aliquo recipi poterant/ propter cauſas duas. primū quia non erat ipſum aliquid aut ens aliquod: in quo ſiſti & collocari potuiſſent. Secundo quia & ſi fuiſſet aliquid: in illo recipi nō poterant. cū ens in ente minime eſſe/ aut recipi poſſit. Eſt igitur quodlibet in nichilo: omne plenum in vacuo. ens omne in nō ente ſubſiſtens: atq; in eo vt in quodam loco receptum.

¶ Nichil aduenientibus creaturis nō ceſſit: ſimulq; cum omnibus ꝑmāſit. 4

¶ Ens recipi poteſt in non ente: & ſimul eſſe cū non ente. Et enī non ens cū nichil ſit: nullo pacto entis fuſionē/ ſtatū/ aut manſionē artare/ aut prepedire poteſt. Ens inſuper (vt dictum eſt) in ente recipi nequit. Ens enti haudquaq̄ permiſceri/ aut confundi poteſt. Ens enim enti cedit. Ens propellit ens. Enti aduerſatur ens. & ſimul eſſe cum ente ens non poteſt. Itaq; aduenienti enti/ ens cedit. non ens vero cum nichil ſit non cedit: ſed ſimul permanet. & in eo toto ens recipitur totiq; ipſi ens cōmiſcetur. Ens totū/ in toto non ente ſubſiſtit. Ortui igitur ac ſtatui creaturarum/ minime ceſſit nichil/ ſed omnē intra ſe excepit creaturā/ ſimulq; cum omni creatura permanſit.

¶ Nichil ſimile eſt ingēti illi & immenſo vacuo: pleno minutulis & numero infinitis vacuis/ quod omnia recipit non cedens. 5

¶ Nam quia nichil/ nichil eſt: ipſum nullis cedit/ & a nullis pellitur. Si enī nichil eſſet aliq̄d cederet alicui. Si ens eſſet/ cederet enti. nec intra ſeſe ens admitteret vllum: ſed pelleretur ab ente. Et ſi plenū eſſet nichil: eſſet ens & repleri non poſſet ente. Similiter & ſi nichil eſſet finitū: ens vtiq; eſſet & nullo pacto eſſe poſſet entis locus. Nichil igitur eſt vacuū illud immēſum minutulis vacuis numero infinitis plenū: quod nulli cedēs/ vniuerſa in ſeſe recipitat. Quodlibet enī ens/ in proprio recipitur vacuo: vt in peculiari & equali loco. Q̄ ſi deus plures produceret mūdos: omnes de eodem nichilo proferret/ & in eodē nichilo collocaret. vtpote cuius vterus implebitur & ſatiabitur nunq̄.

6 ¶Nichil eſt actu infinitum & intantum non ens: quantum deus eſt ens.

¶Deus ens eſt actu infinitum. Nichil vero non ens/actu itidem infinitū. Nam nichil a tāta decidit entitate: quanta deo entitas ineſt. Entitas autē diuina/eſt actu infinita. Eſſe dei actu infinitū: tota (vt diximus) eternitate dimenſū. Nichil vero eſt pariter non eſſe actu infinitū. Quantum enī deus ſubſiſtit & eſt: tantum nichil non eſt. deus vero infinite eſt: igit & nichil infinite non eſt. Rurſum quantum deus diſtat a nō eſſe: tantundē ab eſſe diſtat nichil. diſtantia autē dei a non eſſe/eſt actu indimenſa atq; infinita. Erit itaq; & nichili ab eſſe intercapedo/ac decidentia: actu indefinita atq; intermina. Diſtat enim tantū nichil a deo: quantum deus a nichilo. vtriuſq; autem diſtantia eſt ſpacium idem: eadem lōgitudo/ actu indimenſa/intermina/infinita. Scda rō.

7 ¶Vnde fit vt nichil a deo nunq̄ abſoluatur: aut ſtatuatur ad eſſe totum.

¶Nam nichil eſt actu infinitū. Quod autē huiuſmodi fuerit: inabſolubile & inconſumabile eſt. per nullas igitur creaturas (etſi infinitis ſeclis crearet deus aliquid) nūq̄ abſoluetur nichil: nunq̄ nichil erit in actu totum/ nūq̄ ſtatuetur ad eſſe totum. Quicquid enim aſſidue profert deus de nichilo: ad vniuerſum nichil/ eſt vt nichil/ vt minimū/vt punctum. & per vniuerſa que modo ſubſiſtunt & facta a deo ſunt deq; nichilo educta: ipſum totū nichil dūtaxat ſecūdum punctū ad eſſe proceſſiſſe/ prolatumq; eſſe dictitatur. Exiguum eſt quicquid de nichilo eductum eſt & factū. quod vero in nichilo relictū eſt/quod nō factū/quod nō ad eſſe productum: actu eſt immenſū. Plura non ſunt/q̄ ſint: plura fieri poſſunt/q̄ que facta ſūt Que enim facta ſunt/ actu finita ſunt. que non facta/ queue fieri a deo & educi de nichilo poſſibilia: actu ſūt infinita. Q; ſi nichil a deo aliquando abſolueretur/& proferretur ad eſſe totū: tandē id quod factum eſſet a deo/ quodue de nichilo ortum: eſſet actu infinitum/ equale deo/ exterū & ſeparatū a deo. in quo abſoluta finita & expleta eſſet diuina omnipotētia: extero ente actu infinito/ ac ſibimet equali propagata explicita & conſumata. Sicut autē deus abſolui nequit & exhauriri creaturis/ nūq̄ fieri extra ſeipſum totus: ita & nichil eſt inexhauribile/quod nunq̄ totum fiet ens. Et vt neq; vacuari ab ente poteſt deus: ita & ex oppoſito neq; impleri ab ente nichil. Que facta ſunt finita ſūt: q̄ vero fieri poſſūt infinita.

¶Q; aliter q̄ in nichilo: omnia ſint in deo recepta & collocata. Cap. VII.

1 Infinita ſphera dei

Deus eſt infinita illa ſphera cuius (vt aiunt) centrum vbiq; eſt & circunferentia nuſq̄.

¶Intellige (vt pri⁹) eternitatem per rectam lineā: vtrinq; actu indimēſam atq; infinitā. Hec eternitas/ hecue linea: diuine totius ſphere & ſubſtantie cenſet diametr⁹. Atqui i huiuſmodi eternitate & linea: quodcunq; notaueris/ deſignaueriſq; pūctū: erit mediū/ eq̄diſtās ab extremis. Cū enī toti⁹ eternitatis nulla ſint extrema: omne ipſius punctū/ eſt ex neceſſitate medium. Rurſum cū toti⁹ eternitatis extrema / actu infinito ſint diſſita interuallo: omne quod i eternitate cōſequimur/ notam⁹ deſignamuſq; pūctū: equaliter ab eternitatis



& pricipio & fiē. diſtat. Nullū enī mediū eternitatis pūctū totiꝰ eternitatis iitio ꝓpiꝰ q̄ qđuis aliud neq; item aliud alio/ magis eius fini propinquat Et non mō media eius oia eque & ab eius principio & a fine diſtant: ſed & media tantundē diſtant a fine/quantū a fine principium. & eadē rurſū media tantundē elogantur a principio: quantū a principio finis. Oēs quippe actu infinite diſtantie/ ſunt ſibinuicem equales. Que igitur de eternitate & diuine totius (actu immenſe) ſphere dyametro dicuntur: dici proportionabiliter et de diuina tota ſubſtantia ac ſphera intelligantur. Sicut enim totius eternitatis omne punctū/ eſt medium ac cētrum: vt cuius extrema/ reperiuntur nuſq̄: ita & diuine totius ſphere quodcunq; prehenderis punctum/ eius eſt centrū: eque (Nā infinite) diſtans a tota eius circūferentia.

¶ Deus in omnē corpoream plenitudinem in vniuerſā poſitionum locorumue differentiam actu eſt infinitus.

Quid corporea tota plenitudo.

¶ Corporea tota plenitudo: eſt triū magnitudinum/ atq; interuallorꝝ dimenſio longitudo/ latitudo profundū. que trinis dyametris/ eodē ſe cētro ſecantibus exprimitur. Harū ſiquidē triū diametrorū extrema: dicuntur locorum & poſitionū differentie: Surſū/ deorſū/ dextrū/ ſiniſtrum/ ante & poſt. Intelligē igitur trinā eternitatem/ per dyametros & rectas tres: eodē centro & medio coniunctas/ ſeq; ad rectos angulos eodē puncto ſecantes & que in infinitū ad terminos nullos protendantur: nulla locorum poſitione artētur aut finiātur. His trinis eternitatibꝰ/ atq; dyametris: diuine totius ſphere/ atq; ſubſtantie exprimitur infinita indimenſa/ & incomprehenſibilis fuſio: longitudo/ latitudo/ profundum.

¶ Vnde fit vt deꝰ ſit eiꝰ corporei ſpacij inanis ac vacui (qđ mēte actu īfinitū concipimus) vera & cōſumata plenitudo: exterminans omne vacuū nichil & inane

Quid ſit intelligere ac ſcire aliqd eſſe infinitum.

¶ Statue tibi actue propone menti: preſens aliquod punctū. Circa ipſū concipit mens corporee/ perfecteq; plenitudinis interminā fuſionem: in omnē (vt diximus) locorū differētiā actu infinitam. Hāc diſtenſionē hocue actu infinitū/ ſiue diuinā totam ſpheram & ſubſtātiā: mēs quidē nullo cōſequit modo neq; eā cōprehendit aut intra ſeclaudit. Intelligit tamē nouit ſcitq; eſſe infinitam ſuū captū tranſilientē breuemq; apprehendēdi modū exuperantem. Nam intelligere quippiam eſſe infinitum: haud eſt ab noſtra intelligentia claudi & concipi ipſum infinitum. ſed eſt ſcire & intelligere: poſſe idipſū infinitum minime comprehēdi/ omnēq; ſine modo & ratione exuperare capacitatem. quomodo & ipſi deum nouimꝰ & infinitum eſſe predicamus. haud enī deū ipſi nouimus/ quia mente illū capiamus. neq; cōſemus eū dē infinitū: ꝙ ipſū finito mētis palato cōplectamur: ſed ita deū nouimꝰ ifinitū ꝙ eū nobis inacceſſibilē/ ſupra nos eē/ a nobis iſcrutabilē/ actu imēſū: certa fide credimꝰ itelligimꝰ & ſcimus. Scire autē ſe cōphēdere nō poſſe: minime cōphendē eſt: ſcire ſe neſcire/ ſcire no eſt. aliud tamē de deo ſcire/ nullum cōſequimur: q̄ ꝙ ſcimus anobis illū ipſū ignorari ac neſciri. aut illum degere in tenebris/ in noſtra ignoratione/ capi deniq; a nobis non poſſe Diuinam quippe ſcientiā haud aliter cōſequimur: q̄ in ignoratione/ in tenebris & in negatione: non autē in luce in ſcientia inaffirmatione. Deus igitur cum ſit actu infinitus: omne ſpacium vacuū et inane (quod immenſum et infinitum eſſe concipimus aut imaginamur) ſua ſubſtātia & preſētia iplet: ab eodē omē exterminās vacuū omne nichil/ inane & nō ens.

Extra deū nichil ſupereſſe

¶ Fit etiam vt extra deū nichil reliquatur: neq; vacuū neq; nichil neq; inane

¶ Nam ſi extra deum/ relictū eſſet aliquod nichil: id eſt aliquod vacuū aut īane: deꝰ haud eſſet infinitus. Eo quippe nichilo vacuo & inani: clauderetur artaretur cōtinereturue deꝰ/ quod fieri nō poſſe arbitramur. Nullum igitur locum nullā ſedem: nichil/ vacuū & inane: in vniuerſo/ ideſt in infinita coporea fuſione & plenitudine ſortita ſunt. in nulla demū eius ce totius plenitudinis parte & differentia: reppertūtur ſita & collocata.

¶ Rurſum fit vt omnia haud in nichilo: ſed i deo recepta ſint & ſubſiſtētia.

¶ Nam ex precedēte nullū eſt extra deū nichil nullū inane aut vacuū. nullū a diuina plenitudine ſeparatū ſpaciū: cui infundi a deo & i quo recipi omnia potuerint. neq; minui diuina poteſt plenitudo. neq; artari potuit deus aut cedere in ſeipſū propter creaturas: vt exterū aliquod cōſtaret aut reliqueret ſpaciū/ in quo extra deū reciperentur. Qui igitur omnia perfecit & creauit: eadem in ſemetipſo/ ſuaue plenitudine nō cedēs excepit ea in ſeipſo defert/ geſtat claudit cōtinet & ſaluat. Sūt enī cōes creature: ad deū/ vt punctū & vt nichil. quibus vt neq; aduentanti puncto ceſſit deus: & propter que nullo pacto eſt immutatus.

5 ¶Omnis creatura siue vniuersum: est vt diuine infinite sphere ac substantie medium centrum.

Omnē creaturā diuine infinite sphere cētrū qddam esse.

¶Ex precedente vniuersum omnisue creatura: in deo recepta est & in deo subsistit. in quo (iuxta sacra/ac diuina eloquia) sumus & mouemur: ab eo gestamur & continemur. qui totū suum op⁹ velut igneus mur⁹: librat/fulcit/ circunstat/ circa illud fertur: omnia cernit/ lustrat & intuetur eius oculus. qui illuminat abscondita tenebrarum: qui ponit noctē in diē. cuius oculi cernunt terrā de longe: & habitatores eius sunt quasi locuste. Deus igitur vniuersi sui operis est extremū. & vt totius infinite sphere par imensaq; plenitudo. diuinū autē opus oisue eius creatura: diuine totius sphere minimū quiddā est & pene nichil & centrū.

6 ¶Vnde manifestum est diuinum opus/a deo decidere non posse. et iterum posse deum infinitos mundos.

Diuinum opus a deo decidere non posse.

¶Nā sicut circuli aut sphere centrū/ vndecunq; a circulo aut sphera ambit: & extra circulū aut sphērā fieri/aut ab eis emigrare aut i partē dissultare non potest: ita & diuinū op⁹ omni ex parte ambitur/ contineturq; deo vt circulo infinito/ aut infinita spera. vt extra deū fieri/ a deo decidere/ atq; a diuino orbe emigrare nequeat. claudit enim vt diximꝰ deo/ libratur/ gestaturue a deo. Situm & collocatū est i suo fonte: in eaq; stabilitur/ qua emersit scatebra. A suo principio auellet nūq̄. deꝰ illi natiuꝰ est locus/ verissima sedes ac beata positio: illud saluans/ conseruans/ fouens. Q̄z autem possit deꝰ infinitos mundos/ hinc liquet. Nam tot potest mundos: quotquot sunt cētra/ quot pūcta/ quot media in infinita sphera. cuiꝰ (vt diximus) vbiq; est cētrum: circunferentia vero nusq̄. Atqui i infinita sphera: cētra & media sunt actu idefinita & innumera. Omne siquidem infinite sphere punctum: eiꝰ est medium & centrū. potest igitur deꝰ ifinitos mūdos Est enim vniuersū deiopꝰ ad deum: vt quiddā diuine infinite sphere punctum minimum/ medium & cētrum. Et sicut numerari nequeunt totiꝰ infinite sphere centra: ita & inumeri sunt mūdi/ qui procreari a deo recipi in deo & subsistere in deo possunt. Nullis quippe mūdis/ quotquot crearentur: exhauriri occupari & ipleri diuina tota potest substātia. Magna eni est (vt sacra canunt eloquia) domus dei: & ingēs locꝰ possessionis eiꝰ Magnus est & non habet finē: excelsus & imensus. Et in domo celestis illiꝰ patris māsiones multe sunt: & inexplebilia tabernacula eius.



Deū posse totmūdos quot sūt ifinite sphere centra:

¶De illationibus assertiuis & destructiuis iter deū et nichil. Cap. VIII

1 Nichil subest cunctis et extra omnia est: sicut et deus cunctis supereminet et est super omnia

¶Deus apex est omnium: quicquid est sub deo/ ortū est a deo. Sub cūctis & extra vniuersorum seriem ac ordinē quod relinquitur nichil est. Nichil tenebre est & eorum negatio: que quomodolibet sunt & subsistunt. Quicquid eni est & subsistit/ quoquomodo ad deū accedit/ illiq; substātie & entis ratione/ ac participatione propinquat. Quod vero nullopacto est: inimmensū a deo recedit/ nulla illi similitudine coheret nullaue ratione copulatur.

¶Deꝰ sūma est oim necessitas: creatura vero possibil ē/ nichil aūt i possibile.

Quid sūma necessitas.

2 ¶Summa necessitas est deꝰ: prima & absolutissima omniū causa qua orta sunt & saluātur omnia: & sine qua neq; saluari possunt/ neq; fieri poterāt. Sūma qppe necessitas: est que ad oim substātiā & salutē necessario exigit. que per se quidē esse potest sine vniuersis: vniuersa autē sine ipsa minime esse possunt. Semper deꝰ fuit in esse nūq̄ in nō esse: eritq; sēper in esse Creatura vero omnis/ est possibilis: necessaria vero aut ipossibilis nulla. Necessaria eni non est: cū potuerit nō esse & fuerit aliquādo nō ens. nullaq; necessitate/ sed diuia sola volūtate pepēderit: sitq; ad esse ꝓducta. Neq; ipossibilis ē cū potuerit ēe: & que prius nō erat/ deiceps orta sit. Sicut ei volūtate dei: ꝓbat creatura haud eē necessaria sed cōtigēs & possibilis

Diuina volūtate	Creatura	Nō necessaria	Sed cōtingēs	Probatur
Diuina potestate	Creatura	Nō ipossibilis	Sed possibilis	Probatur

non:ita & dei poteſtate probatur haud fuiſſe impoſſibilis/ſed poſſibilis: cũ potuerit a deõ fieri et aliquãdo facta ſit. Nichil vero quod cũctis ſubeſt/quod nõ ens eſt: impoſſibile cẽſet. Eſt enim ſimpliciter non ens & infinitũ non eſſe: quod nunq̃ in eſſe ſuccedet nũq̃ue totum abſoluetur. Nã ſi ſtatueretur ad eſſe/eiꝰ eſſe: eſſet actu infinitũ extra deũ & ſeparatũ a deo quod perabſurdũ & perq̃ irrationabile cenſemus.

¶ Sicut deus ſemper eſt in eſſe/ita & nichil ſemper in nõ eſſe: creature vero quandoq; in eſſe & quandoq; in non eſſe. 3

Deꝰ ẽ eſſe/ nichil non eſſe / creatura eſſe & non eſſe

¶ Deus in tota eternitate/ eſt in eſſe: in qua tota/ nichil eſt in nõ eſſe. in primo vero eternitatis euo: creature fuerunt in non eſſe: que deinceps in tẽpore orte ſunt/ & ad eſſe omnes producte. Earum vero plereq; vt mere ſẽſibiles: in tempore intereũt alie vero vt intellectuales (vt angeli & rationales aĩe propter quas & homines) tote ſunt immortales/ futuroq; imortali euo coaptande/ ſemperq; in eſſe future. Eſt igitur ſemper deus in eſſe/ Nichil ſemper in non eſſe. Creature autem varie: quandoq; in eſſe/ & quãdoq; in non eſſe. deus & nichil/ extrema ſunt: ſimplicia & imutabilia. Creature vero medie/ varie & mutationi obnoxie.

Deus	Semper	Eſt
Deus	Nunq̃	Non eſt
Creatura	Aliquando	Eſt
Creatura	Aliquando	Non eſt
Nichil	Semper	Non eſt
Nichil	Nunq̃	Eſt

¶ Inter deum & nichil/ contingunt he conſequutiones & illationes mutue: queiter neceſſarium et impoſſibile. 4

Que inter deũ & nichil conſequentie.

¶ Nam deus (vt dictũ eſt) ſũma neceſſitas eſt/ nichil vero ipſum ĩpoſſibile & quod ad eſſe nullã habet poteſtatem. Eſt enĩ nichil actu ĩmenſũ & infinitũ nõ eſſe: & itantũ nõ ens quãtũ ens eſt deꝰ. Poteſt autẽ deꝰ nullũ ens extra ſeipſũ/ ſibi equũ & ifinitũ proferre. cũ oẽ infinitũ: ſit coniunctũ/ vnũ & cõſubſtãtiale omni ifinito. Contingũt igitur inter deũ & nichil he conſequẽtie conuerſiones & illationes mutue: que inter neceſſariũ & impoſſibile. Sunt autem he: quibus aiunt neceſſariũ aſtrui ex cunctis: ſiue ſequi ex quolibet. Impoſſibile autẽ aſtruere vniuerſum: ſiue quodlibet ad impoſſibile ſequi.

¶ E cunctis aſtruitur deus. E nichilo vero deſtruuntur vniuerſa. 5

¶ Nam ſi quam aſtruis/ diciſue eſſe creaturã: neceſſe eſt vt continuo eius eſſentiam/ diuina eſſentia comitetur. inferaſq; deum eſſe/ ſi eſt creatura: vt que ſine deo/ eſſe nequit. Et non modo e creatura: ſed etiam e nichilo/ deus cõgrue aſtruitur/ atq; infertur. Sicut enim vere enunciamus homo eſt/ igitur deus eſt: ita & veraciter pronũciauimus nichil eſt/ igitur & homo eſt & deus eſt. poſſibile eſt: igitur neceſſe eſt. Impoſſibile eſt: ergo & poſſibile & neceſſarium. Antecedit enim poſſibile neceſſario. Impoſſibile vero poſſibili & neceſſario. Neceſſariũ autẽ ex poſſibili & ex impoſſibili infertur. Poſſibile vero ex ipoſſibili. Nam ſi e cũctis,

Antecedentia	Media	Conſequentia
Impoſſibile eſt	Poſſibile eſt	Neceſſarium eſt
Neceſſe eſt	Homo eſt	Deus eſt
Neceſſarium nõ eſt	Poſſibile nõ ẽ	Impoſſibile nõ eſt
Deus non eſt	Homo nõ eſt	Nichil non eſt

aſtruitur deus & cuncta e nichilo/ profecto & e nichilo deꝰ aſtruitur. Quicquid enim ſeqtur conſequẽs ſequit & eius antecedẽs. Ita igit̃ ſyllogiſmũ expalpamꝰ atq; elicimꝰ Si nichil eſt omnia ſunt. Et ſi ſunt vniuerſa/ deus eſt: igit̃ & ſi nichil eſt: deꝰ eſt. Si enĩ quod nullã habet ad eſſe potẽtiã ſubſiſtit: ſubſiſtẽt & que poſſibilẽ habẽt eſſentiã: & id inſuper cuiꝰ eſſẽtia: eſt ſũma omnium neceſſitas.

¶ E deo deſtruuntur vniuerſa: & ex vniuerſis nichil. 6

Deus oĩm cõſequens/ nichil oĩm antecedẽs deſtrucdo.

¶ Hec eſt prioris conuerſa: negabunda / atq; deſtructiua: a deo per omnia / ad nichil. Nam ſicut ponentes & ſtatuentes: e nichilo imprimis digreſſi per omnia congrue ferebamur in deum: ita & ex aduerſo deſtruentes/ a deo ipſo concinniter & rite inferẽdo/ per omnia reuertemur in nichilum: Hoc pacto. ſi omnia non ſunt/ nichil nõ eſt & ſi non eſt deꝰ ſunt ſubſiſtuntue nulla. Itaq; & ſi non eſt deꝰ: nichil non eſt. Si poſſibile non eſt: ipoſſibile non eſt. Et ſi neceſſe non eſt: nõ eſt poſſibile, Igit̃ & ſi non eſt neceſſariũ: ipoſſibile non eſt.

Antecedentia.	Media	Conſequentia	
Deus non eſt	Omnia nõ ſunt	Nichil non eſt	
Neceſſariũ nõ eſt	Poſſibile nõ eſt	Impoſſibile nõ eſt	

Si enim quod poſſibile eſt eſſe/ non eſt: & quod impoſſibile eſt eſſe nõ erit. & ſi quod neceſſe eſt vt ſubſiſtat/ mĩme ſubſiſtit: & quod poſſibile ẽ & quod ipoſſibile eſt eẽ/ haudq̃q̃ ſubſiſtãt.

7 ¶A deo ad omnia & nichil: aſſertiua illatio nulla eſt. ſimiliter & e nichilo ad omnia & deum: deſtructiua nulla. De⁹ nullorũ añs nichil nullorum cõſequẽs aſtruendo.

¶Hec ex prioribus duabus euadit manifeſta. Nã ſi eſt de⁹: non propterea ſunt omnia/ aut nichil. & ſi omnia ſunt: non ideo nichil eſſe oportet. Et ſi non eſt nichil: haud propterea neceſſe eſt omnia non eſſe/ aut non eſſe deum. Et ſi omnia non ſunt: haud ideo neceſſe eſt nõ eſſe deum. quãdoquidem poteſt ſolus eſſe deus/ ſine omnibus ipſoq; nichilo. Et poſſunt ſine nichilo/ ſubſiſtere vniuerſa. Vnde fit vt aſtructus deus/ ſtatuat in eſſe nichil: neq; omnia/ neq; nichil: ſublat⁹ vero/ tollat vniuerſa. Itidem & ſublatum/ negatumq; nichil: nichil tollit. neq; enim omnia/ neq; deum tollit. Non rite igitur infert/ qui dicit. deus eſt/ igitur ſunt omnia & eſt nichil. neq; qui ait: ſunt omnia ergo & nichil eſt. Aut verſa illatione nichil non eſt: igitur neq; omnia ſunt neq; deus eſt. Aut omnia non ſunt/ igiur & non eſt deus. Itaq; inter deum & nichil/ illationes ſunt quattuor. fecunde due: quibus aut e poſito nichilo aſtruuntur omnia: aut e deo ſublato/ omnia tolluntur. due vero infecunde: quibus aut aſſertione dei ſtatuũtur nulla: aut negatione nichili & non entis/ negantur deſtruũturue nulla. Illatio.



¶Q illationes inter deũ & nichil: ſint naturali ordini cõtrarie. Cap. IX. De⁹ oĩm cauſa

1 Deo pependerunt vniuerſa/ e nichilo vero nulla: Deus omnium eſt cauſa: nichil/ nullius cauſa.

¶Deus ortus eſt/ & origo omniũ: efficiens & producẽs eorum cauſa. vt qui rebus omnibus naturale & ſubſtantiale eſſe/ eſt benigne impartit⁹. Nichil vero nullius eſt fons: nullorum efficiẽs & producens cauſa / nullis eſſe dedit. Quod enĩ non habet: dare non poteſt. Ipſũ autẽ eſt nõens carens omni eſſe/ quod ideo ad eſſe nichil produxit.

2 ¶Deus omnium poſitio eſt & eſſe: non ens vero omniũ negatio & nõ eſſe. Deus oĩm affirmatio: non ens oĩm negatio.

¶Nam ſtatuit deus ad eſſe omnia: omnibus ipſe eſt eſſe elargitus. ex primeua negatione & ſubſtãtie carentia/ omnia affirmauit eduxitq; ad eſſe de nichilo. Nichil vero haud aliud eſt/ q̃ id quod minime ſubſiſtit: quod ens non eſt & ens eſſe nequit. quod nullã habet ad eſſe potentiam: quod neq; eſt/ neq; fuit/ neq; erit: quodue fieri nõ poteſt. Eſt enim abſolutiſſima & extrema totius ſubſtantie priuatio/ atq; negatio.

3 ¶Vnde fit vt illationes omnes inter deum & nichil: naturali aduerſentur ordini.

¶Deus enī ex precedente ſtatus eſt/poſitio & aſſertio vniuerſorū: Idē eſt totius eſſe/cauſa & extremum ſummūq; omniū eſſe. Nichil autem nullorū eſt ſtatus/poſitio aut aſſertio: ſed omniū negatio/nō eſſe& priuatio. deberet igitur aſſertiua ratio/naturali cōgruere ordini: aſſerens e deo omnia. Itidē & deſtructiua/deſtruens e nichilo cuncta. Atqui(vt in precedēti capite monſtrauim⁹)naturali huic ordini/ambe aduerſātur. Nam e deo: nulla aſſeuerātur ſtatuunturq; in eſſe: ſed e nichilo/ponūtur inferūturue vniuerſa. Et ex oppoſito/deſtruūtur omnia e deo: qui omniū naturalis eſt poſitio. E nichilo vero aſtruis omnia: cum ſit nichil/omnium negatio & non eſſe. E poſitione tolluntur: & e negatione ſtatuūtur/vniuerſa. Poſitio/nulla ſtatuit. Negatio cuncta aſſeuerat. Si enim inquis deus non eſt/nulla ſunt: & ſi eſt nichil/omnia ſubſiſtunt. Si autē eſt deus: vt aliquid ſit/minime eſt neceſſe: & ſi nō eſt nichil haud neceſſe vt ſint nulla

Deus non eſt	Nulla ſunt	Recta	
Nichil eſt	Omnia ſunt	Recta	
Deus eſt	Omnia ſunt	Non recta	
Nichil non eſt	Nulla ſunt	Non recta	

Negata poſitio/omnia tollit: poſita nichil ponit. Poſita autē & ſtata in eſſe negatio/oīa ſtatuit: Sublata tollit/deſtruitue nichil. Aduerſātur igitur inter deum & nichil: vniuerſe illa poſita ſunt & ſtata in eſſe cuncta.

Diuinum eſſe natura ſecundum in rōe infecundum.

¶Fit etiā vt diuinū eſſe in natura ſit fecūdiſſimum: in ratione vero īfecūdū. ¶Natura & ars/ſbā & intellect⁹/res & ratio: cōtrario procedunt ordine. Nā natura diuinū eſſe: eſt cuiuſuis eſſe cauſa. Diuinū eſſe: omne eſſe ſubſtantialiter intulit/genuit/ſtatuitq; ad eſſe. Et hocpacto ex eſſe dei: per naturam cōcludis atq; infers omne eſſe. Quia enī fuit de⁹ omnia fuere: factaq; ſunt omnia & ad eſſe e diuino fonte emerſerūt & ſi non fuiſſet deus: fuiſſent profecto nulla. Ex nichilo autem nullū ſubſtantia aut natura ortū eſt eſſe: nullū ex ſeſe ꝓtulit/genuitue eſſe. Attamē in ratione & ſylogiſmo/vtrinq; omnia aut ſtatuentes aut tollentes: naturali huic ordini aduerſamur. facimuſq; in ratione/diuinū eſſe infecundum: nichil vero ſiue non entis/eſſe fecundum. Nā nichili non entiſq; eſſe in ratione & ſyllogiſmo infert claudit ſtatuitq; omne eſſe. ſi enim nichil & non ens/ponis in eſſe: illico & omnia in eſſe ſunt ſtatuenda. diuinū vero eſſe/quod natura omne eſſe protulit: in intellectu & ratione natura fecundiſſimū: intellectu & ratione eſt infecundum Nichil autem natura infecūdū: in ratione fecundiſſimum reperitur.

Diuinum eſſe	Natura	Fecundum	Ratione	Infecundū	
Nichili eſſe	Natura	Infecundū	Ratione	Fecundū	

De via affirmationis & negationis: ex deo & nichilo. Cap. X.



INnaturali illatiōe: antecedit deus cūctis/īratione nullis. Nichil autē/anteit nulla i natura: in ratione tamē cunctis antecedit.

¶Nam natura & creatione: omne eſſe/diuinū eſſe ſequutū eſt. In intellectu autē & ratiocinationis neceſſitate: nullū eſſe/ob diuinum eſſe ſtatuitur in eſſe. nichil autem/cū ſit nullius cauſa: nullū natura ifert eſſe/nulliue antecedit. In ratiocinatiōe tn: e nichilo cūcta inferūtur

Si enim id est/ quod impossibile est et minime esse potest: esse debent & que sunt possibilia & ad esse potentiam habentia. deus igitur in natura/ omnium est antecedens: omnia vero sunt eius illata & consequentia. In intellectu autem nichil antecedens est omnium: & cuncta ab eo illata eiusue consequentia.

Deus	Natura	Omnia	Ratione	Nulla	Infert
Nichil	Natura	Nichil	Ratione	Oia	Infert

2 ¶ Affirmatio in negatione posita potior existit: itidem & negatio stata in positione.

¶ Omnium naturalis affirmatio & vera positio deꝰ est: omniū vero negatio & ablationi cluil. Ast diuina & affirmatio & positio est (vt diximus) in intellectu & ratiocinatiõe infecūda & nullipara: nichil pariẽs & inferens. Positio vero & affirmatio nichili/ nõ entis/ eiusue quod non est: fecundissima ac latissima est/ astruens vniuersa. Diuina rursū negatio/ est in intellectu vberrima: negans/ tollensue quecunq; subsistunt. Negatio vero eius quod non est infecunda manet: negans nichil. Potior igitur & vberior est/ affirmationis negatio/ q̃ negationis: & potior itidem negationis positio/ q̃ positionis. Est enim affirmationis negatio/ omnium negatio: & negationis affirmatio/ vniuersorum positio.

Diuina negatio i intellectu vberrima.

¶ Affirmationis positio/ solius est affirmationis positio: negationis quoq; negatio/ solam negationem tollit e medio.

3 ¶ Deus vt diximus est ipsa affirmatio. Nichil vero & non ens: ipsa negatio. Si est autẽ deus est solus deus. Et si nichil nõ est: solum nichil non est. Si non est autem deus: sunt nulla. Et si nichil & nõ ens est: sunt vniuersa. Positio igitur dei: statuit in ratione/ solum deum. Et non entis negatio: solum non ens & nichil/ dedicat ac tollit.



Ratiocinationes.

Vis negationis.

+ ¶ Vnice a deo tollutur oia: a quo plurifarie statuuntur. Ab eo vero quod nichil est/ pluries oia negãtur: a quo vnice stant/ ponũturq;.

¶ In ratiocinatiõe vnica/ vnicaue negatione: a deo tollũtur & neganꝰ vniuersa. qua dicimꝰ: si non est deus/ esse nulla. Si vero deꝰ est/ esse propterea tantũ deũ: & minime aliquid aliorũ debere eẽ. Si vero nichil nõ est: haud ideo opotere aliquid non esse. Et si est nichil: confestim inferri esse oia. vt igitur vnice/ vnicoue & simplicissimo modo omnia non esse dicãtur addenda deo est negatio. Eius enim negationis vis in omnia illico transibit/ omnia negabit: destruet tolletq; vniuersa. Et si a deo statuere omnia & ratiocinando inferre volueris: id haud vnica affirmatione factitabis. sed tot affirmationibus opus erit: quotquot sũt que abs te statuenda sunt in esse entia. Possunt siquidem sigillatim superiora & natura priora: esse & subsistere/ sine posterioribus & inferioribus. Vnaqueq; enim affirmatio in inferiora & posteriora succedendo: id duntaxat statuit in esse/ cui adiungitur. Vbi enim dicis deũ non esse/ vbi deus ipse negatione obũbratur: vnica illa & simplici negatione angelꝰ/ materia & homo negãtur tollũq;. Ast vbi deꝰ esse pronũciatur: nil aliud q̃ deus esse infertur. Alia opus est positione angelꝰ/ alia materies Alia homo & quicquid deniq; subsistit: in esse constituantur. Similiter & eadẽ affirmatiõe qua nichil & nõ ens ponis in esse: oia illico esse coarguis. Illiꝰ quippe affirmationis vis: que non enti & nichilo addita est queue nichil statuit in esse: per oia cõfestim transit/ ferturq; in deum/ cunctorũ mediorum & dei ipsiꝰ: rationabili syllogismo inferens essentiam. Negatio vero quam addis nichilo/ quaue destruis ipsum nichil: i nichilo manet/ haud aliudq̃ nichil destituens ac tollens. Atq; aliꝭ opus est negationibus (quotquot sunt supra nichil entia) feraris negando/ atq; destruendo adusq; deũ. dicasq; negatione prima nõ esse nichil: secunda non esse hominem/ tertia non esse angelum/ vltima non esse deum.

Vis affirmationis.

¶ Vnde fit vt naturalis/affirmatiõis motus/fit ſurſum latio:negationis ve- 3
ro/latio deorſum:

¶ Sicut in antiparistaſi(quam cõtrariorum circunſtantiã vocant) quodlibet ex violento & contrario loco/ſeſe repente naturaliue motu:quanta poteſt velocitate/in propriũ natiuũq; proripit locum:a naturali vero loco tradiuſcule & ab extera tantum violentaq; virtute dimouetur:ita & de affirmatione & negatione dicendum. Naturalis quippe locus affirmationis:eſt in ſũmo/vt in deo.negationis autẽ verus propriuſq; locus in imo:vt in nichilo & in non ente.Sicut igitur ignis:ſi equidẽ in imo/vt in terra ſtatuetur: cõtinuo vnica virtute vnoue ſimpliciſſimo & naturali motu:rapidiſſimus ſeſe per media elementa/in celi cõcauũ & naturalem locum vendicabit:terra quoq; ſummũ preter naturã tenens locũ/vi illico naturali per eadem media elementa/in imũ & medium locum trãſibit/ſeq; in eo natura continebit:Ita & in imo loco ſtata affirmatio(veluti ſi nichilo & non enti addatur) continuo vnica vi a nichilo per cuncta media/in ſũmum vſq; deum/vniuerſa affirmans ſtatuenſq; in eſſe pertranſibit. Quo/cum peruecta eſt:in ſũmi entis poſitione reſidet in eoq; vt proprio/natiuoq; loco imobilis continetur.Negatio vero ex oppoſito/contra naturam ſupremo enti addita/ſtabilitaq; in ſũmo deo:illico vna naturaliue latione ac motu/a deo per cũcta media:in naturalẽ vſq; locũ/i vſq; nichilũ cũa negãs ferẽ atq; ptrãſit.Nã vt clarius hec videas ſit tibi pre oculis ſubſtãtie arbor:quã nature coordinationẽ dialecticivocãt/entib⁹ quinq; cõſtãtẽ: ſubſtãtia/corpore/corpore aĩato/aĩali/& hoie. Ac ſtatue iprimis negationẽ in ſubſtãtia:que ſupremum obtinet locum. Hec igitur negatio/vna eademq; vi per cuncta media/in hominẽ vſq; delapſa:totã arborẽ deſtituet/atq; negabit Similiter & ſi i imo abſte affirmatio ſtatuetur addeturue hõi:continuo naturali leuitate/attollet ſeſe in ſublime/aſſeretq; q̃cũq; in arbore cõtinentur. Et ſicut ignis haud de facili/a ſũmo loco abſtrahitur i imũ/neq; terra

Analogia exelemẽtis



ab imo in summum: sed dūtaxat vi quadā & pluritate virtutis: ita & affirmatio/ sita in substantia, haud facile ad inferiora pertendit/ eaue inesse statuit. In homine stata negatio: pluriter ac varie sursum fertur. Vnica igitur negatio addita substantie totiusue arboris radici atq; sūmitati: arbusculā totā exterminat ac negat. Affirmatio vero vnica: stata locataq; in homine/ eandē astruit totā: expandēs sese per cūcta media in sūmāvsq; substantiā. Q2si affirmatio eadē sūme substantie insideat: nichil inferiorū/ vis ipsi9 attingit aut statuit in esse: sed sigillatim quinq; assertionibus tota arbor erit astruenda. Statuta quoq; in homine negatio: nullum superiorū entiū negabit. sed quinq; opus est negationibus: vt numerati ac sensim, ab imo homine/ in supremā substantiam arbor tota exterminetur.

¶De theologia affirmatiua & negatiua. Cap. XI

1 

Eus vtrouis modo & affirmatione & negatione: nobis (iuxta modulum nostrum) in tenebris pellucet atq; suffulget.

Quid theologia

¶Theologia est diuina agnitio: a nobis aut sēsibilib9 signis petita/ aut interna meditatione concepta: aut angelica reuelatione/ diuinoq; spiritu sacris animis infusa. His quippe tribus modis: diuine altissime scientie effici mur consortes/ nobisue deus ille summus (corporeis inuius oculis) in tenebris reuelatur/ illiusq; scintillula/ interiori nostre mentis oculo suffulget. Primus autē theologie/ diuineq; scientie modus: ceteris duobus/ inferior & abiectior reperitur. Hoc enī modo mens humana/ philosophico more ac sensuū adminiculo: e sensibili mundo in intelligibilē transferri contēdit/ sensibilibusq; signis intēta: intelligibiliū diuinarūq; rerū coniecturas ex ijs elicit. Secundus vero priore absolutior est & gradu vno eminentior. Nā eoipso consumata mens (vt in libro de intellectu docuimus) que prius a mundo & sensibilibus rebus species captabat/ sui iā compos effecta atq; in se recepta: suarū notionum euadit opifex. eaq; per se meditari sufficit: quorum nullus extitit prior sensus/ quorū nulle sunt species: que ve abdita & interstite celo dissita a nobis sunt. Et hec theologia secunda: philosophia transcendens/ siue methaphysica nūcupatur: prioris philosophie finis/ eius adminiculo parta atq; acquisita. Tertius vero diuine lucis sciētie & irradiationis modus: diuino quodam anime excessu & extasi in nobis paratur. Et hic modus ceteris est longe prestantior: quē prophetiçū/ sanctarūq; animarū felicissimū cū deo congressum/ arcanāq; dei visionem nuncupamus. Primis enī modis duobus: anime (velut diuino destitute presidio/ illiusq; lumine orbate) in sudore & labore vultus sui: panē suū spiritalēue escam: a mundo infelicis huius tēpore exilij/ emendicare iubentur. Ast tertio & vltimo modo spirante (iuxta sacra eloquia) vbi vult diuino spiritu: haud (vt prius) labore proprio/ neq; in dierū fluxu/ annorūue spacio sacram dei sciētiā nobis vendicamus. sed diuina sola clementia/ illustrate hominū mentes: momento omnē a sācto spiritu edocentur veritatē. quod priscis apostolis & ingentibus illis christiane ecclesie columinib9: tā i sciētia q̄ in sermone/ contigisse/ sacratissima lectio profitetur. Itaq; relictis duobus postremis theologie diuineq; scientie modis: de prima impsentiarum theologia loquimur. qua diuinus ille radius (vt diuus Areopagita testatur) varietate sensibilium carnaliūq; velaminum vestitus/ nobis illucet. Neq; enim (ait) possibile est humane menti/ ad spiritalē illā celestiū rerū intelligentiā conscendere: nisi ad hanc: mortaliū rerū similitudinibus/ formisq; ducatur. In hoc autē diuine cognitiōis modulo: contingūt affirmatio & negatio. sectusq; est & in affirmatiuā & in negatiuam theologiā vt in sequentibus propositionibus ostendemus.

Secund9 theologie modus.

Metha- phisica.

Tertius theologie modus.

Sacra eloquia.

Diu9 Areopagita.

2 ¶Deus omnium sensibilium/ ipsiusq; nichili & positione & ablatione insignitur: nunc omnibus inuestitur/ nunc vero cunctis nudatur.

¶Deus nō modo intelligibiliū & sibi antistātium/ imediatarum ue rerū: sed & remotissimarum & maxime dissimilium (vt sensibiliū & materie ipsiusue nichili) nominibus/ interdum exprimitur. Oia quippe in deo statuūtur/ in quo tamē sunt nulla. oia illi idūtur noia quia ineffabilis est. oibus illū perquirimus/ qui est inuestigabilis. & cuius (vt sacer Dionysius ait) nulla extant vestigia: eorū qui ad secretissimā eius & inuiā caliginē penetrarunt. oia esse dicitur/ qui nichil est eorū que subsistunt. Modo ens vocatur/ modo non ens. Nunc oim positionibus inuestitur: nunc eorū ablationibus nudatur.

Sacer Dionysius

3 ¶Assertiua theologia/ descendens a deo: per media cuncta/ ad nichil vsq; pergit.

Diuus Dionysius.

¶ Assertiua theologia/ a perfectis pergit ad impfecta: a sublimioribus & potioribus/ ad inferiora & potiora descēdit. Ea nāq; iprimis deo ascribit: que suapte natura (vt ait Dionysiꝰ) honestiora sunt/ suāq; naturā altius ex humo attollūt. Deide ex villioribus etiā materie partibus: haud icōgruas illi similitudines effingit. Materia quippe & si prope nichil sit/ nō entivicina & entiū extremū/ ac minimū: tamen (vt sāctus ille ait) ipsa a sūmo bono nacta substātiā: p oēs sui partes atq; distinctiones/ intellectualis decoris/ quasdā pre se fert imagines per quas ad spirituales/ diuinas/ primitiuasq; formas possumus ascendere. Et nō modo assertiua theologia a deo/ per cūcta media/ ad materiāvsq; & entiū extremū deuoluit descēditq; sed & i nichilū vsq; ptrāsit. ipsiusq; nichili nomē/ deo interdū ascribit: veraciter p̄dicās/ ac in mysterio pronūciās nichil esse deū: quē qd sit finire est impossibile/ cuiusue ratio & cōceptio nulla est.

Diui dionysij verba.

¶ Negatiua theologia/ assertiue contranititur: a nichilo p̄ materiā cunctaq; media in deum scandens. 6

¶ Assertiue theologie finis/ ē toti⁹ negatiue initiū. Ad quod enī illa extreme deuoluit: ab hoc ista eleuari incipit/ quoad claudat inferatq; deū. Vtriusq; theologie eadē sūt extrema/ media eadē. Vnica est ambarū linea: qua sibiīuicē/ a deo in nichilū aut a nichilo in deū cōtranitūtur. Quicquid enī est a deo/ vsq; ad materiē: ens est & essētie particeps. Materia vero vltimū est entiū: ob nimiā a deo distantiā (velut iā senescēte substātia) actu nō ens & incōpleta substātia & ens solū i potētia. Nichil vero subest materiei: vt quod neq; actu/ neq; potētia sit ens. Vniuersorū autē rectā lineā/ & eorū que subsistūt substātialē ordinē: septenis entib⁹ claudim⁹ finimusq;: deo/ angelo/ hoie/ /aialib⁹/ plātis/ mineralib⁹/ & materia/ sub q̄ nichil. Aut enī vi cognitionis predita sūt oīa: aut viuūt/ aut sūt Porro oculata & cognoscētia sūt quattuor: de⁹/ angel⁹/ hō/ aial. Viuūt autē plāte/ mineralia deniq; subsistūt. Et hec vltima sūt: pfecta & stata i actu entia. Nā mixta ipfecta & elemēta: sub mineralib⁹ claudunt. vtpote q̄ pfectiora entiū sūt seminaria: suapte natura icōstātia citeq; transmutationis. Materia vero neq; est/ neq; non est: sed potētia quidem est/ actu vero non est.



7

¶ Oīa q̄ de deo/ assertiua theologia statuit negatia resoluit ac tollit

¶ Assertiua theologia/ eūq cūctis iperitat quiue oīa cōdidit: iprimis deū appellat theiotētōiaq; videntē. deide angelū/ siue intellectū. hic oim rationē & causā dein sēsū multa peragrātē. Hinc appellat oīm vitā: postea vt vniuersorū substātiā cōcelebrat. Postremo vt potētiā/ priuationem initiū & ichoationē oīm eloquit. siue vt oīm subsidētiā/ verāq; basim intelligit: ferētem/ fulcientē/ continentē/ gestātēq; i sese vniuersa. Deniq; & nichili nomen/ illi quoq; indit ac applicat: nō ens interdum appellās nichilq; eē dicēs eū/ q p excellētē essētiā/ se esse qui est (apparēs in rubo) pfessus est. Cōtra vero theologia negatiua erigēs sese i altū: quicqd/ affirmatiua posuit/ ac deo itulit/ sapiēter aufert. dicēs illū iprimis nichil nō esse/ nō rerū potētiā: nō substātiā/ ac statū: nō vitā/ neq; sensū/ neq; rationē/ neq; itellectum nec deniq; deū. Diuine siquidē positiones (vt diuꝰ Dionysius cēset) a sūmo & primo nichoant. Ablationes vero diuine ab imis & extremis. Cū enī ingt: ponim⁹ eū qui supra oēm positionē est: eiꝰ rei significātē affirmationē ponere oportet/ q̄ sibi ꝑpiquior sit. Cū vero id tollim⁹ qđ oī ablationi eminet: ab his q̄ magis ab eo distāt oportet auferre. An vero (ait) deꝰ

Deus est q est: idest q vere & simpliciter est. Diuus dionysius.

nō magis ē vita & bonitas: q̄ aer & lapis. magis nō crapulatur & non furit: q̄ nō dicitur & non intelligitur.

8 ¶ Diuine ablationes positionibus / sunt ad nostram instructionem potiores nosq; magis ipsi deo inserentes.

¶ Nā deus natura simplex est / vn⁹ icōpositꝰ / nō variꝰ / isēsibilis. diuine autē positiones deū cōponūt / efficiūtq; variū / diuiduū sensibilē. deū ipsū nobis cōposite / diuidue ad sensibiliter et oino aliter q̄ sit explicātes. Ablatiōes vero diuīe / sublata a deo oī re; varietate ac natura li velamine: purū illū / simplicē / nudum / vti est ī altissimis tenebris & eminētissima priuatione ac ignoratione nobis isinuant. Rursū diuine positiones nostras mētes / quoquopacto a deo abducunt: figūtq; eas i alteritate & ī creaturis / queiter deū & nichil numerant. Nulla eteni est diuina positio: que veraciter sit ipse deꝰ / sed est creaturarū aliquid. Diuine autem ablationes: a creaturis / traducūt nos ī deū / ipsiq; deo altꝰ inserūt / ac maxime illi ꝓpiquāt. ablationū itē finis est deꝰ. vt q̄ in deo mētē nostrā sistunt / illiq; restituunt. Alia ratio.

9 ¶ Vnde fit vt verissima & summa theologia / sit diuina ignoratio: que docta ignorantia nuncupatur.

¶ Dixim⁹ priꝰ aliter a nobis finitū aliter infinitū cōprehēdi / itelligi / dinosci. Scimꝰ eni finitū / quia mēte illud claudimꝰ / quia illud ratione / numero & mēsura finimus: quidq; quātūq; sit cognoscētes. infinitū autē haud hoc pacto nobis reseratur / atq; illucescit. Neq; eni id mētē subit nostrā: aut illi vlla ab itellectu indita ratio / vllaue quidditas / ac mēsura. sed ita ifinitū nouimꝰ: q̄ scimꝰ illud eē infinitū id ē nō finitū / nō mēte posse claudi & cōcipi: nullā eius esse rationē / diffinitionē / mēsurā / quidditatē & scientiā. Itaq; verissima & suprema scientia: quā de actu infinito / vt de deo cōsequimur: negatio quedā est & eiꝰ ignoratio / qua scimꝰ illud a nobis sciri nō posse / nosq; semp latere: semp esse extra mentē & infinities nostre mētis / exuperare capacitatē. Si enī credimꝰ illud a nobis sciri: ipsi statī decipimur. iudicātes id esse finitū & deprehēsū a nobis: quod nullis neq; corporeis / neq; spiritalibꝰ terminis arcetur & cōcluditur. Vbi vero nos eo iferiores esse iudicamus idq; breuē & infirmū nostre mētis intuitū trāsilire: tū nos illi hac negatiōe & ignoratione / propiores adsumus / eiq; magis inserimur & vnimur. Verissima igit suprema & cōsumatissima theologia est hec: scire deū sciri nō posse / scire illū esse icognoscibilē / inscrutabilē corporeis & mētabilibꝰ oculis iperuiū / cūcta trāscēdētem / i tenebris & immēsa lucis caligine delitentē: ieffabilē / initelligibilē / soli deniq; sibimetipsi (vti est) ꝑfētē agnitū ꝑspectū. Et hec diuina ignoratio: docta a plerisq; ignoratio / excellēsq; scientia vocat. Nā siquis (inquit sacer Dionysius) cōspicatꝰ deū / idipsū quod vidit intellexit: nō ipsū intuitꝰ est deū / sed eiꝰ aliquid: ex his que ī nostrā noticiā cadūt. Ceterū ip se eoipso quod oino nesciri / neq; esse dicitur: & supstantialiter est & supoēm mētē / atq; intelligētiā nosci. prestāsq; illa & perfecta ignoratio: eius vera cognitio est / qui noscibilibus omnibꝰ eminet. Nā cū quid scimus ex his que sunt: simul & illud nouimꝰ a nobis sciri. deus autē nobis ignotus: quē neq; scientia neq; ratione neq; mēte cōplectimur claudimus finimꝰ. Scimus tamē & ignorari illū a nobis: atq; dūtaxat hactenus diuinā scientiā cōsequimur. Aiebat eni sapientissimꝰ Socrates se quidē nichil scire: vnū vero tantū illud scire se professus est / se inq̄ nichil scire: qđ pro sūma sapiētia ductitabat. Ita & gnaritudo diuine nostre ignoratiōis altissime sapiētie / totiusq; diuine cognitionis & supreme theologie loco / a nobis est habēda. Hoc enī pacto magis diuinā illā eminētissimā substātiā honoramꝰ / atq; reueremur: sacris negationibꝰ & priuationibꝰ illā icognitā / ignotā & iscrutabilē esse atteſtātes / predicantes / efferentes. Quo pacto ifinitū dinoscatur a nobis. Verissima theologia. Docta ignorātia. Dionysij verba. Socratis sapiētia se nichil scire

¶ LIBELLVS de nichilo finit.
Gratie deo multiuge: qui
de nichilo statuit ad
esse vniuersa. Editꝰ An-
no salutis 1509.
Nouēbris
26.

¶ CAROLVS BOVILLVS NICOLAO GRAMBVSIO THEOLOGO DOCTORI. .S.

DEstringit sequēs hecatodia studiosissime Nicolae: quecūq; in superiore libello de Nichilo/ paulo dispansius diffusiusq; traduntur. Quo inquā pacto Nichil: Nichil sit. ꝙ nulla ei⁹ pars est: nullus eius modus aut ratio. Q nichil non est materia/ nec vlla rerum substantia: sed vniuersorum simplicissima negatio. Q extorre agitur a cunctis: sitq; nullibi neq; in celo/ neq; in terra/ neq; in mente/ neq; in ipsa rerum natura. Q ex Nichilo/ natura fieri nichil potest. Nam tātū ex aliquo aliquid fit Q itē nichil: natura annichilari vertiq; in nichilum nequit. Q cuncta ex materia facta: in materiam quoq; resoluantur: Q in solius dei potestate/ sit ipsū nichil: vt aut ex Nichilo/ aliquid faciat producatq;: aut aliquid/ in Nichilum conuertat. Est enim deus naturali omni ordine/ longe eminentior: & omni nature vi atq; potestate/ sine modo potentior. cum sit infinite potēs soliq; sibiipsi/ creādi facultatem reseruarit: quā neq; nature permiserit/ neq; vlli creature. Q nichil oriatur nouū/ neq; quicq̄ intereat. cum quicquid fiat/ ex preexistente fiat materie: & in eandem materiam/ emoriens relabatur. Q itē quattuor sūt: in quibus stata sint perseuerentq; vniuersa: Diuina mens/ Angelica/ Humana & Materies. Insunt enim omnia quoquopacto his quattuor: Diuine menti supersubstātialiter & anteq̄ fierent. Angelice intellectualiter. Humane rationabiliter. materiei vero/ vmbratiliter: vtpote que vniuersorum vmbra & pertenue censetur vestigium. Q solus deus eternus: cunctorum principium & finis. Q in primo euo nichil extra seipsum produxerit. In secundo vero/ creauerit vniuersa. Q nulla illi astitit coeterna substantia: ex qua cūctis dederit esse. Q non de suaipsius substantia: sed de Nichilo cuncta sint ab eo facta. Q nunq̄ torpuerit feriatusq; sit: sed sibiipsi ab eterno astiterit. seq; ipsum ante condita secla: in seipso eterna operatione discreuerit/ numerarit/ propagarit. fueritq; semper sibimetipsi agnitus: se nunq̄ deserens/ sed iugiter sibi presens. Q qui has agnouerit naturales dei voluellas iugesq; in seipsum diuinitatis conuersiones: nulla ratione cogetur statuere quippiam deo coeternum: quod Aristoteles & plericq; gentilium autorum: impie astruxisse traduntur. Q deus autor est omniū: tam visibilium q̄ inuisibilium. Q aliquo modo in nichilo: stata & collocata sint omnia. sitq; quodam modo immenso vacuo persimile/ infinitis vacuis pleno: in quibus singula ex equo receptentur. Q duntaxat ens enti cedat/ nequeatue ens in enterecipi: aut stare ens in ente. Solum autem Nichil enti non cesserit/ in quo cuncta non cedendo recepta sint. Q alio quoq; modo omnia in deo recepta dicantur. Q mundus omnisue creatura: ad deum/ est vt punctum & nichil. Q diuina immensa spera omne quod mēte concipimus/ actu infinitum spacium: sua substantia & presentia opplet. Q deus totidem possit mundos: quotquot sunt in infinita spera/ centra.

De⁹ infinite potēs.

Solus deus creare potest.

Q nattuor fixa & permanentia.

His quattuor insunt omnia.

Aristotelis & gentiliū error

Mundū ad deum vt punctū.

Sicut tamen ipse vnicus est deus: ita & vno contentus mũdo/ pluribꝰ abstinuerit protuleritq; tantũ vnũ mundũ. Hoc enĩ pacto cõcinniter in imaginis & similitudinis vnitate: relucet veritatis/ & exẽplaris natura. Qz a nullo: deꝰ aut includi/ aut excludi queat. Qz nichil gignũt casus & fortuna. Qz angelus prima sit dei creatura: quã secuta est materies/ ex qua sensibilia oĩa fiũt: Et in qua fulcitur/ sublunaris oĩs actus: substantiuus/ vitalis/ sensitiuus/ rationalis. Qz hõ: vltima creatura. Qz eidem cuncta sensibilia subiecerit obtuleritq; deus. Qz angelus & homo: in specie quadã & figura/ duorum ingentium mundi luminarium solis & lune: deo antistant. Angelus vt sol & dies: homo vt luna & noctis vmbra. Qz sensibilem mundum lustrat sensus: intellectualem rimatur intellectus. Qz hominis mens/ ab initio potentia est omniũ: In fine vero/ euadat actu omnia. Qz deus summa est omniũ necessitas: qua sublata/ tolluntur illico destruũturue vniuersa: Et que ex cuiuslibet assertione/ venit astruenda. Qz creature contingentes sint & a summa omnium necessitate haud necessarie/ sed volũtarie & cõtingenter pependerint. Qz nichil sit impossibile: idq; si statuitur in esse omnia illico in esse asseueranda. Sicut enim necessitas/ ex qualibet re infertur: ita & impossibile/ quodlibet statuit atq; infert. Et sicut necessitas nullam rem astruit in esse: ita & ex re nulla/ astruitur ipsum impossibile. Qz naturalis affirmationis locus/ sit in summo: Negationis vero in imo. Nã deus verissima est omnium affirmatio Nichil autem negatio vniuersorum. Affirmatio tamen in imo collocata/ fortior euadat: cuncta ab imo ad supremum vsq;/ vnice affirmans. Negatio itẽ sita preter naturam in summo/ fiat vegetior: vnica vi negans/ quecunq; a supremo & primo/ ad vltimũ vsq; continentur. Qz duplex theologia: assertiua & negatiua. Qz iterum theologia duplex: Sensibilis/ intellectualis prophetica. Sensibilis ex sensibilibus signis/ mentem in deum traducere nititur. Intellectualis que sincerior/ sine sensuum aut sensibilium signorum presidio: ea que mere et simpliciter intellectualia sunt meditatur. Velut cum intellectus intra semetipsum/ intelligibilium rerum effingit notiones: suarũq; notionum est archanus opifex. Prophetica vero: arcana quedam est & icognita mentis illustratio: qua neq; ex sensibilibus signis/ diuinũ emẽdicamꝰ cibum: neq; ipsimet celestiũ notiones in nobis effingimus, sed per traduces angelos: diuina nobis mysteria insinuantur diuinatumq; rerum conscij effi cimur. Et in hac theologia mens nostra nichil operatur: patiturq; potius q̃ agat. vtpote que effictam ab angelo paratãq; suscipit intelligentiam. Duobus autem primis modis/ nostra mens agit: aut notionem ex sensibilibus eliciens/ aut illam in semetipsa effingens atq; componens. Qz deniq; negatiua theologia/ potior sit q̃ affirmatiua: nostrãq; mẽtem commodius altiusq; deo inserere probetur. Hec omnia: aut superior libellus de Nichilo/ aut presens Hecatodia discutit. Hanc igitur hecatodiam/ cum presenti totius libelli exodio: tibi vt beniuolo corde offerimꝰ/ dicamꝰ/ vouemꝰ: Ita & haud minꝰ equatis dextrisq; animis/ ea pro litterarijs munusculis suscipito. Qz si non

Vna veritas vna imago

Sublunares actus quattuor substãtiuꝰ vitalis/ sensitiuus/ rationalis.

Angelus
Sol
Homo
Luna

Deꝰ sũma necessitas.

Nichil si ẽ oĩa erunt.

Deus oĩm affirmatio
Nichil oĩm negatio

Affirmationis & negatiõis virtutes.

Theologia duplex
Theologia triplex
Sensibilis.
Intellectualis.
Prophetica.

In prophetica theologia mẽs nichil agit sed patitur/

Negatiua potior q̃ affirmatiua

deerunt fortaſſis cõplures: qui nos raucídulo ore/ inſuetas perſtrepere muſas coarguent: illis nomine noſtro obijcito: illos vt plurimũ violẽtis coactiſq; carminibus/ vti oportere: qui aut philoſophica aut diuina myſteria illis decantare ſtudent. Tũ etiam q; hi verſiculi primi ſunt: quibus nobiſcũ ipſi imprimis colludere cepimus. q; ue ad memoriã potius/ eorũ que in opere de nichilo recẽſentur: q̃ ad carminis grauitatẽ illos in calce libri adijciendos curauimus. Vale: & nos ſolita beniuolentia proſequere.

¶HECATODIA DE NICHILO: AD STVDIOSISSIMVM VIRVM NICOLAVM GRAMBVSIVM SACRE THEOLOGIE PROFESSOREM.

DE Nichilo Nichil: aut dumtaxat paucula/ dici
Poſſe: tibi teſtis/ iſte libellus erit.
Nil nichil eſt nulla eius pars eſt/ regula nulla:
Quis modus eſt eius/ quod nichil eſſe poteſt?
Nil neq; materies eſt/ nec ſubſtantia rerum:
Priuatum nichil eſt/ reſq; negata Nichil
Exulat à cunctis nichil/ hoc natura repellit:
Hoc mens/ hoc celum: hoc omnis in orbe locus.
Ex nichilo natura nichil facit: & nichil in nil
Vertit: in antiquam ſingula materiem
Nil abit in nichilum/ nichil vlla morte nichil fit:
Materies finis/ que fuit ortus erit.
Quod natura nequit/ nichilo deus omnia fecit:
Omnia & in nichilum/ flare repente poteſt.
Nil oritur ſurgitq; nouum nil interit vſq̃
Prima eſt materies/ vltima materies.
Quod modo ſubſiſtit/ fuit ante/ euũq; futurum eſt:
Quodq; fuit/ nunc eſt: id quoq; ſemper erit.
Diuine/ angelice/ humane inſunt omnia menti:
Necnon materies/ omnibus ipſa ſubeſt.
Cunctis principium deus eſt/ cunctis quoq; finis:
Eternus ſolus/ ſolus et ingenitus.
Imprimis nichil hic fecit: poſt/ cuncta creauit:
Omnia ceperunt/ deſijt eſſe nichil.
Eterno deus/ haud iacuit torpore ſolutus:
Aſtitit huicue aliquid/ perpes & ingenitum
Notus erat ſibi/ cõmunis ſibi ſeq; ferebat:
Voluebat ſeſe: trinus & vnus erat
Quicquid viſus hebes mentis vel captat ocellus
Illius eſt opifex vnicus ille deus
Nil nichil eſt/ non eſt/ non eus eſt: Haud fuit vnq̃
Nonnũq̃ vel erit: nam neq; poſſibile eſt.

Eſtq; nichil factus cunctis locus: omnia in illo
Quo ſunt facta prius/ſunt ſtabilita loco.
Eſt nichil immenſum vacuum/quod cuncta receptat.
Id ſimul eſt minimis innumerum vacuis.
Quodlibet æquali ac proprio ſtabilitur inani:
Quantum quodlibet eſt/tanto & ineſt vacuo.
Ens expellit & ens /abigit quicquid ſimul eſt ens:
At nichil eſt non ens non cadit ente nichil.
Id ſimul in cunctis ſtetit/ac ſe immiſcuit omni
Enti: etenim penetrans entia tota ſubit.
Omnia fertq; deus/deus omnibus inclita ſedes
Omnia qui fecit fulcit & ille deus.
Huic nichil eſt mundi moles: qui cuncta recepit
Vt punctum aduentans exiguãue atomum
Spera immenſa deus/circunq; ferentia nuſq̃
Quodlibet eſt medium/centra & vbiq; iacent.
Omne nichil pellit/vacuũq; exterminat omne:
Mole ſua complens/quod locus omnis habet.
Totq; poteſt mũdos: quotquot numerabis in illo
Centrorum notulas/ſigna vel exigua.
Vnum opus ipſe tamen dumtaxat protulit: vnus
Vno contentus/pluribus abſtinuit.
Hic tenebras habitat/nitidis illuſtrior aſtris:
Qui ſeſe noſtris captibus occuluit.
Expelliq; poteſt a nullo: in cuncta profectum/
Nil non admittit: claudere nil poterit
Nil fortuna creat/ nil caſus gignit inanis
Cunctis fons deus eſt/primaq; cauſa deus.
Solus ab eterno/primo infecundus in euo:
Externum pariens/ conſtituenſue nichil
Numine ſub triplici/trinis ſub nutibus illum/
Alma fides/vnum predicat eſſe deum.
Angelus a ſummo productus corporis expers
Primus: diuini propoſiti auſpicium.
Poſtea materies nichilo vicina creata eſt:
Vmbra horrenda illa eſt/vltima pene nichil.
Hac quicquid ſublunare eſt abſoluitur: omnis
Fulta manet ſpecies/actus & omnimodus.
Suprema humane mentis ſucceſſit origo.
Diuinum/ratio viuida clauſit opus.
Sexta hominem nam luce deus compegit: et illi
Que prius implerat ſubdidit illa ſimul.

Omnem namq; animam est illi largitus in escam
Et vegetam & sensam/cuncta creata dedit.
Septima lux peperit nichil: Hac nempe ille quieuit
Atq; in se redijt:quo omnia constiterant.
Angelica nil mente prius/nil posteriusue
Humana factum est:cessit in esse nichil.
Inter vtramq; orta est forma omnis:materiei
Et moles/quicquid sensus in orbe videt.
Que sunt/que vegetant/tangunt/ratione mouentur
Aut intellectu:condidit ille parens.
Hec preter memini nichil actum/nilue creatum:
Quiq; ea produxit/solus & ille regit
Bina illi rutilat lampas:gemineq; coruscant
Ethereo mundi semper in axe faces.
Angelus illi vt sol/homo luna splendet in altis
Temperat hic noctem/sed regit ille diem.
Ethereusq; dies mundus/tellureus est nox:
Peruius hic sensu cognitus ille animo est.
Mens hominis primum nichil est/fieri omnia nata:
Omnia sed captus fit simul angelicus.
Corpore mundanum species deuecta per orbem
Mens humana capit/discit & ipsa deum.
Si non est deus/esse potest nichil:ille necesse
Vt sit/si quid erit:qui omnibus esse dedit
Astruitur positis cunctis deus:omnia tollit
Destructus/nichil hic astruit & positus.

FINIS HECATODIE

Accipe de Nichilo presens quecunq; libellus
Dictat:& hec nitido(te precor)ore lege
Nil cecini Nil ipse audi: tu Nil lege lector.
Scribe Nichil/dic Nil/et meditare Nichil

¶CAROLVS BOVILLVS SAMAROBRINVS PERCELEBRI VIRO FRANCISCO MELLODVNENSI DELECTO ATTREBATENSI PRESVLI. S.

INtroductiũculam Artis oppoſitorũ digniſſime vir: cũ dudum faber noſter Stapulenſis vir noſtro euo laudatiſſimus emitti curaſſet: comentariolꝰ tamẽ luce deſtitutã/ intelligere hactenus potuit nemo. Quin magis & artis nouitate habitudinũq; ſalebris: herere ſe/ ſuſpendi attonitoſq; reddi: pleriq; michi rettulerunt. Horũ igitur crebris efflagitationib⁹ ac ſedulis hortatibus obtẽperaturus: editũ prius opuſculũ/ breuibus annotationibus emedullandũ/ paſtinãdum/ farciendũq; ſuſcepi. Eiuſce autem artis facultatem/ virn precipuamq; ad omnia vtilitatem: inde augurari licet/ q̃ adaperit noſtre mẽti callem. quo libere ex vni⁹ diſcipline agello ĩ alterius areolã (equata & complanata olim generũ differẽtiarumq; macerie) traducatur. rerum omniũ concordias/ differẽtias atq; interualla innumerato elicit ac prodit. Extrema queq; duo dum trutinatur cõfertq; inuicẽ: ea in habitudines rationeſue quattuor implectit atq; inuoluit. Quãobrem hec ars omni ferme arte probatur ſermonevberior euaditq; quoquopacto tolutiloqua ac (vt ita dicã) logodedala/ ideſt ſermone ipſo volubilis/ cita/ expedita ac varia. Nã propoſitis quibuſcũq; oppoſitis extremis: mox habitudinũ quadraturam mira facilitate in eis elicit. que eſt quedam totuliloquẽtia ſermoniſq; noſtri volumen/ verborũ implexus/ dictionum inglomeratio ac fecũda quedã orationis propagatio. Et ſi repẽte variãdus/ tranſferendus imutanduſq; propoſitus erit ſermo: ſi e preſenti locutione digredi/ in aliãq; euehi ſentẽtiã quiſq; voluerit: haud alio profecto cõmodiore/ q̃ huius articule iuuabit̃ preſidio. Ex coincidentia quippe & proportione cunctorũ oppoſitorũ: ſub vni⁹ diſcipline vocibus/ que in alterius diſcipline conduntur exedris: panduntur atq; retegũtur. Diuina quoq; ipſa nõnullo pacto ſub hũanarũ diſciplinarũ terminis/ effari myſteria licebit. quibus ꝓfecto de cauſis poſſit articula hec abſq; iniuria aut logodedalia aut dedalogia nũcupari. Sed iã denarrãde ei⁹ vtilitati: ſat puto/ iuxta epiſtole fines incubui. hic mẽtis ipet⁹ frenã d⁹/ hic fluentis ĩgenij puppim tonſille alligabo. Vale virorũ dec⁹: dicatoq; tibi exiguo huic oppoſitoru libello/ frõtem malaſq; gratulabũdus explicato.

Artis oppoſitorum vtilitas.

Mẽs ex diſciplina i diſciplinam fertur.

Logodedalia ſeudedalologia ſermonis variatio.

Hec ars oppoſita eſt/ Hec omnia voluit in orbem
Aut ciet in rectum: quattuor inde parat.
Quodlibet hec ſibimet dum comparat aut aliorſum
Flexerit: in quadrum ſingula diſtribuit.
En patet huic perfectus ager: tranſfertur in omnem
Doctrinam/ cunctos ſoluit & ipſa nodos.
Vox illi varia eſt: vice nam ſermonis in vnum
Ex alio ſeſe proripit illa genus.
Hanc igitur lector/ cunctas que complicat artes
Nomine de vario/ dic logodedaliam.

¶ Artis oppositorum formula: qua ex cūctis & artibus & disciplinis: termini adinuicem oppositi e regione sui inuicem disponuntur.

Opposita	Habitudines
Opposita	
Sermocinaliū	Realium
Sermocinalium	
Grammatice	
¶ Substantiuū	¶ Adiectiuū
Suppositum	Appositum
Antecedens	Relatiuum
Nomen	Verbum
Oratio	Oratiōis ꝑs
Congruū	Incongruum
Dialectice	
¶ Terminus	¶ Propositio
Nomen	Verbum
Subiectum	Predicatū
Diuisio	Diffinitio
Principium	Conclusio
Suppositio	Demōstratio
Dubitatio	Interrogatio
Opinio	Scientia
Ignorantia	Scientia
Fides	Ratio
Vniuersale	Paticulare
Affirmatiuum	Negatiuum
Verum	Falsum
Possibile	Contingens
Necessarium	Impossibile
Cathegoricum	Ypoteticum
Cathegoreuma	Sincathegoreuma
Opponens	Respondens
Maior	Minor
Extremum	Medium
Contraria	Subcontraria
Contradictoria	Subalterna
Opposita	Equipollētia
Pertinentia	Impertinentia
Cōuertibilia	Nō conuertibilia
Consequentia	Non cōsequentia
Antecedens	Consequens
Superius	Inferius
Genus	Species

Differentia	Proprium
Subiectum	Accidens
Commune	Singulare
Trāscendentia	Ficta noīna
Ratiocinatio	Fallacia
Rhetorice	
¶ Orator	¶ Auditor
Suasio	Dissuasio
Lex	Vsus
Consiliū	Temeritudo
Consult⁹	Inconsultus
Iudex	Iudicandus
Accusatio	Defensio
Dispositio	Indispositio
Inuentio	Insollertia
Elegantia	Inelegantia
Memoria	Obliuio
Venustas	Inuenustas
Exordium	Narratio
Confirmatio	Confutatio
Diuisio	Conclusio
Conuentio	Controuersia
Conueniens	Inconueniēs
Honestum	Turpe
Dubium	Humile
Proemiū	Insinuatio
Beniuoli	Maliuoli
Benefici	Malefici
Dociles	Indociles
Attenti	Inattenti
Realium	
Moralium	Intellectualiū
Moralium	
¶ Virtus	¶ Vicium
Mediocre	Extremum
Habundans	Deficiens
Equum	Iniquum
Iustum	Iniustum
Bonum	Malum
Vtile	Inutile
Delectabile	Triste

Honestum	Inhonestum
Eligendum	Fugiendum
Laudabile	Vituperabile
Amabile	Odibile
Pulchrum	Deforme
Decorum	Indecorum
Rationale	Irrationale
Humanum	Inhumanum
Voluntarium	Coactum
Societas	Solitudo
Gratum	Ingratū
Placentia	Displicentia
Continentia	Incōtinentia
Constantia	Inconstantia
Honor	Vituperium
Felix	Infelix

Intellectualium

Substantialium	Accidentalium

Accidentalium

Arithmetice

ℂVnitas	ℂNumerus
Impar	Par
Perfectum	Imperfectum
Equalitas	Inequalitas
Primum	Compositum
Quadratum	Altera ptelōgi

Geometrie

Magnitudo	Terminus
Linea	Punctum
Superficies	Linea
Corpus	Supficies
Circunferētia	Centrum
Indiuisibile	Diuisibile
Curuum	Rectum
Perpendiculare	Obliquū
Equidistans	Angulare

Musice

Consonantia	Dissonantia
Proportio	Disproportio
Graue	Acutum
Ascensus	Descensus

Astronomie

Dies	Nox
Radius	Vmbra
Celum	Terra
Equinoctialis	Zodiacus
Planeta	Stella
Arcticum	Antarcticum
Nos	Antichtones
Longitudo	Latitudo
Eleuatio	Depressio
Equinoctium	Solsticium
Inerraticum	Erraticum
Dirretio	Retrogradatio
Concentricum	Eccentricum
Deferens	Appendix
Sol	Tenebre
Estas	Hiems
Ver	Autūnus
Oriens	Occidens
Meridies	Septentrio
Prope	Distans

Medicine

ℂSanum	ℂEgrum
Calor	Frigus
Humor	Siccitas
Cor	Cerebrum
Digestio	Indigestio
Colera	Flegma
Sanguis	Melancolia
Spiritus	Caro
Neruus	Os
Decoctio	Incrudatio
Distributio	Indistributio
Appetitiua	Attractiua
Retentiua	Expulsiua
Subtile	Grossum
Alens	Non alens
Impinguans	Macerans
Dulce	Amarum
Sapidum	Insipidum
Iocundum	Iniocundum
Suaue	Fetidum
Rarum	Spissum
Leue	Ponderosum
Album	Nigrum

Cibus	Potus
Naturalis	Medicinalis
Interiora	Exteriora
Potiones	Vnguenta
Nō euaporantia	Euaporantia
Medium	Extrema
Medicus	Cirurgus
Rationalis	Manualis
Precipuus	Instrumentarius
Iubens	Perficiens

Physice

ℂForma	ℂMateria
Efficiens	Finis
Causa	Effectus
Prius	Posterius
Immobile	Mobile
Quies	Motus
Simplex	Compositum
Simile	Dissimile
Sursum	Deorsum
Dextrum	Sinistrum
Ante	Post
Leue	Graue
Karum	Spissum
Actio	Passio
Intellectus	Sensus
Imaginatio	Olfactus
Auditus	Gustus
Visus	Tactus
Homo	Mundus
Presens	Preteritū
Preteritum	Futurum
Naturale	Violentū
Ignis	Aqua
Aer	Terra
Generatio	Corruptio
Augmentatio	Diminutio
Latio	Alteratio
Anima	Corpus
Intellectus	Memoria
Actus	Potentia
Vis	Operatio
Somnus	Vigilia
Vita	Mors

Metaphysice

ℂEns	ℂNon ens
Vnum	Multa
Infinitum	Finitum
Potens	Impotens
Immateriale	Materiale
Abstractum	Participatum
Exemplar	Effigiatum
Veritas	Imago
Quidditas	Quod/quid est
Idea	hoc aliquid
Transcendēs	Indiuiduum
Per se	In alio
Propter se	Propter aliud
Principium	Finis
Supramūdanū	Mundanum
Mens	Abstractio

Theologie

ℂTantum vnū	ℂMulta
Eternum	Temporale
Increatum	Creatum
Infinitum	Finitum
Omniū causa	Effectus
Bonitas	Malicia
Pax	Discordia
Amor	Inimicitia
Status	Prolapsio
Lux	Tenebre
Excellēs ignoratio	Humana sciētia
Fecunditas	Infecunditas
Pietas	Impietas
Sui cōicatio	Sui negatio
A nullo	Ab aliquo
A quo omnia	A quo nichil
Miseratio	Vindicta
Necessitas	Contingentia
Coniūctio	Discretio
Vnitas	Trinitas
Gignens	Genitum
Spirans	Procedens
Creator	Creatura

Oppositorū habitudines

Idem Idem	Oppositū oppositū
Idem oppositū	Oppositū idē

CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI/ ARS OPPOSITORVM AD CLARISSIMVM VIRVM FRANCISCVM MELLODVNENSEM IN ATTREBATENSEM PONTIFICEM DELECTVM. S.

¶Quid oppoſita. Cap. I.

1 OPpoſita dicuntur contra ſe poſita; in alterutrū conuerſa/ interſtite aut naturali aut rationali dyametro diſtātia.

Oppoſitio hoc opere dialectica oppoſitione latior.

¶Dialectici quattuor duntaxat ſtatuunt oppoſitorū ſpecies: Cōtrariorū/ Contradicentium/ Subcontrariorū/ & Subalternorū. Nos vero hoc in propoſito/ latius oppoſitionis nomen extendi volumus. Ad ea inquam cūcta: que quomodouis contra ſeſe aut natura/ aut intellectu ſtatuūtur: queue quomodolibet ad alterutrum referūtur. que e regione ſui & aduerſum ſe collocantur: in ſeinuicē conuertūtur & velut quodā dyametri interſtitio in alterutrū ſpectāt. Nā tametſi pleraq; entiū nullā natura aut cōtrarietatē aut pugnātiā ſortita eſſe videātur: oppoſita tamē inuicē/ ſola mutue relationis cauſa vocantur. Vnitas eni & numerus: neq; contraria/ neq; pugnantia ſunt. Vnitas quippe & fons & pars eſt omnis numeri. Nullum autem contrarium/ ſui contrarij: aut initium/ aut pars eſt. Dicūtur tamē & vnitas & numerus: duo inuicem oppoſita/ duo contra ſe poſita: duoue extrema/ conuerſa in ſemet ſeq; ſpectātia. Monas quippe dyadē gignit: dyas vero a monade exoritur. Monas & dyas ſeſe reſpectant quadam dyametro: qua & ab ſeſe diſtant & adinuicem conuertuntur. gignuntq; ſuo quopiā congreſſu medium aliquod: vt tryadem. que rurſum advtrūq; extremū oppoſitionis/ rationem/ nomēq; oppoſiti & obiecti incurrit: Similiter & natura & intellectꝰ oppoſita dicunt. Actus itē & potētia: potētia cognitiua & eius obiectū/ principiū & finis. Materia & forma & ita de innumeris/ quibus de in ſequentibus dicemus.

Nulla contraria ſunt inuicē ptes.

Monas & dyas oppoſita.

2 ¶Oppoſita interdum ſubſtantia/ interdum re ſola & ratione: interdū ratione ſola diſſecta ſunt atq; diſiuncta.

Natura et intellectus

¶His tribus ſubſtantia/ re & ratione: omnis rerū differitas/ vnitaſq; continetur & exprimit. Aut enim duo queq; ſibi inuicē collata/ diſtant ſubſtantia: vt deus & Angelus. Deꝰ & Homo. Angelus & Homo. Vnitas & Numerus. Potētia & Obiectū. Et que hoc pacto ſubſtātia diſtant: ſunt & re & ratione diuerſa. Aut ſubſtantia coniuncta quidem ſunt & vna atq; indiuidua ſubſtantia: re autem & ratione diſcreta. Vt diuine tres perſone: quas plerīq; monadem/ dyadem/ ac tryadē appellitant. Similiter & intellectus & memoria in anima. Haud enim intellectus eſt ipſamet memoria/ neq; memoria intellectus. Ambo tamen vnam/ atq; indiuiduam totius animi conſtant ſubſtantiam/ impertem/ vere vnam/ partium inſeparabilium. Nam tametſi q̄ plurima duo & duo reperias que vnam aliquam conſtant ſubſtantiam: vt ambas eiudem continui partes/ vt materiam & formā/ corpus & animam & vniuerſas corporis partes: hec tamen bina & bina haud conſubſtantialia reputantur. quandoquidem abinuicem ſeparari queant: nec eorum vinculū (vt in libro de intellectu docuim9) ſit vere & inſectile vnū: ſed diuiduū ac ſecūdum quid vnum. deus autem vere vnus eſt/ Angelus vere vnus: Rationalis anima veraciter itidem vna. Atq; horū dūtaxat triū vere vnorum: perſonalis vniuſcuiuſq; in ſeipſo ſuo modo diſcretio: i intellectū/ Memoriā & Volūtatē. ſibi merito conſubſtantialis/ ſecū ſubāliter coherens & a ſeipſa iſeparabilis dicit. Interdum autē duo oppoſita & ſubſtātia & reipſa ſunt vnū: ratione tñ aut tria aut gemina ſūt. Vt punctū in recta linea mediū: quod vnꝰ quidē partis eſt finis/ alteriꝰ vero initiū/ totiuſq; mediū. Eſt enī punctum ſubſtātia ipers/ atq; indiuiduum: reipſa indiſcretum infecundum/ carens reali/ perſonaliue numero: ratione tamen trinū. Vnde fit vt medio eiuſmodi pūcto lucidiſſimū inſit diuine fecūditatis/ atq; trinitatis veſtigium. Nam ex neceſſitate tres: & haud plures q̄ tres/ id pūctū rationes ambit recipit apprehēdit. Eſt enim punctū b: finis linee a b. initium vero linee b c. Totius autem linee a b c medium. Deeſſe autem illi aliqua e tribꝰ ratio: aut quarta illipſi addi nequit. Id igitur punctum cum ſeipſum vnitate ſubſtantie/ rationum vero perneceſſaria tri-

Que ſunt vere vna.

Tertius modus



Puncto inſita diuine trinitatis veſtigia.

nitate metiatur haud imerito primi ſupremiq; entis arcanas internaſue cõiũctiones atq; diſcretiones ppulchre expreſſiſſe videaſ. Inſũt tamẽ huic pũcto ad extremas lineas a b & b c eiuſcemodi rationes ꝑpoſtere cõtrarioq; nomine. Ad mediã vero totãq; a b c vnanimi cõcordiq; nomine ratio exprimiſ. Eſt enī prioris finis: Poſterioris initiũ/ Medie verototiuſq; linee mediũ.

		Prioris	Finis
	punctũ	Totius	Medium
		Poſterioris	Initium

¶ Dualitatẽ ſubſtantie/ſequitur & rei & rationis dualitas: rei quoq; diuerſitatem/diuerſitas rationis comitatur. Et ex oppoſito rationis vnitati/annexa eſt & rei & ſubſtãtie/vnitas: rei quoq; idẽtitatẽ/ſequit ſubſtãtie idẽtitas. 3

Subſtantia Res Ratio.

¶ Hec tria Subſtantia res & ratio: ſunt vt genus/ſpecies & indiuiduũ: quod ſingulare hoc aliquid & idem numero vocant. Quecunq; enī genus variant: variant & ſpeciem & indiuiduum/vt homo lapis. Et quecunq; ſpecie diuerſa ſunt: ſunt & numero/indiuiduo/ac ſingulari diuerſa: vt homo & equus. Que autẽ ſolo ſunt diſſita numero & ſingulari: haud genere & ſpecie diſtincta eſſe oportet/vt Petrus & Ioannes. Et ex oppoſito/quecunq; eiuſdẽ ſunt numeri & indiuidui/ ſunt & ſpeciei eiuſdem & generis vnī?/ vt Ioãnes & ioannes. Et quecũq; ſpeciei eiuſdẽ ſunt: & genere coniuncta ſunt vt Ioannes & Petrus: Que vero eiuſdem ſunt generis: contingit ea neq; ſpecie neq; numero eſſe eadem/vt homo & equus. Generis quippe diuerſitatẽ/comitatur omnis diſtinctio: tam ſpeciei q̃ numeri & indiuidui. numeri quoq; & indiuidui vnitate: omnis identidẽ vnitas atq; identitas infertur tam ſpeciei q̃ generis. Dic igitur & eodem modo de ſubſtantia/re & ratione: dualitati inquam ſubſtãtie tam rei q̃ rationis annexam dualitatem eſſe. Rationis quoq; vnitate: concludi/ atq; inferri tam rei q̃ ſubſtantie vnitatẽ: Sũmãq; differitatẽ/ eſſe ſubſtantie dyadẽ: ſũmã vero vnitatem eſſe rationum monadẽ. Mediam vero differẽtiã & vnitatem: eſſe rerum dualitatem & cõcordiã. Eſt enī ſubſtãtia/ vt genꝰ & primũ: res vt ſpẽs & mediũ/ rõ vt idiuiduum & vltimũ.

Gñeris differentia eſt oĩs dña.

Sũma diuerſitas ſubſtãtiarũ diuerſitas.

Sũma vnitas rationũ vnitas.

Figura omnis aut identitatis aut diuerſitetis.

Diuerſitas trina			Trina identitas			Identitas trina			Trina diuerſitas		
Diuerſa	Diuerſa	Diuerſa	Eadem	Eadem	Eadem	Eadem	Eadem	Eadem	Diuerſa	Diuerſa	Diuerſa
Gñe	Spẽ	Indi	Gñe	Spẽ	Indi	Rõe	Re	Subã	Rõe	Re	Subã
Spẽ	Indi			Gñe	Spẽ	Re	Subã			Rõe	Re
Indi.					Gñe	Subã					Rõe
Ho	Ho	Petr?	Ho	Petr?	Ioan	Finis	Prici	Intel	Prici	Intel	Aia
Lapis	Equ?	Ioã.	Equ?	Ioães	Ihẽs	Finis	Finis	Meõ.	Finis	Meõ.	Cor.

Quecunq; ſubſtantia diuerſa ſunt: & re & ratione variantur
Quorũcunq; res eſt varia: horum eſt & ratio diuerſa
Quorum ratio eſt vnica. horum & res & ſubſtantia eſt vna
Quecunq; re ipſa coniuncta ſunt: ea & ſubſtantia coniuncta eſſe oportet
Quorum ſubſtantie coniuncte ſunt: contingit ea & re & ratione eſſe diſtincta

¶ Omnis ſubſtãtie & rei diſtinctio a natura: rationis vero differitas/a mẽte & intellectu profertur. 4

Intellectus rerum ſubſtantias immutare nequit

¶ Natura & ſubſtantiarum & rerũ omnium eſt cauſa. Omnis autẽ naturalis rerũ diuerſitas vt ſubſtantialis & realis: a natura pendet/ nulla vero a mente/aut ab intellectu. Nã intellectus rerũ naturam & ſubſtantiam immutare non poteſt. neq; enim illas diuidit/ aut componit: ſed alioquin coniũcte & diſtincte ſũt ſcz a natura. Vt homo & equus: natura diuerſi ſũt & ſubſtantialiter diſtincti. Hominis vero intellectus/ eiuſq; meõria: itidem a natura diuerſe & diſtincte ſunt animi vires: non ſubſtantia/ſed duntaxat reipſa. Punctũ autem cum nullã habeat neq; ſubſtantie/ neq; rei differentiam/ ſitq; penitus a natura indiſtinctum: ſupereſt

vt ab ſolo intellectu/ diſcrimẽ rationũ ſuſcipiat dicaturq; & ſubſtantia & reipſa coniunctũ ratione vero trinum. Eſt enĩ prioris linee finis: ſequentis vero intium/ totius deniq; mediũ.

¶ Vnde fit vt ſubſtãtia & res, ſint opus nature: ratio vero opus intelligẽtie.

5 ¶ Nullam aut rem/ aut ſubſtantiã profert intellectus: ſed ſola natura ſiue deꝰ: in cuius poteſtate/ eſt & creatio & generatio. Creatio quidẽ in principio: quando ab initio omnẽ ad eſſe ſubſtantiam produxit/ definiuitq; rerum omniũ ſpecies. Generatio vero indies/ aſſidue & in vniuerſo tẽpore: quo rerum ſpecies ſub ſuorũ ſingulariũ numerũ/ abſoluũtur cõplẽturq;. ſola itaq; natura: rem omnẽ & ſubſtãtiam/ creatione & generatione abſoluit & ad eſſe ſtatuit: Intellectꝰ autem (niſi forte diuinũ dixeris intellectũ: Sed hic natura ipſa eſt/ aut totiꝰ/ nature conditor) nil creat/ gignitq; nichil. Neq; enim/ aut angelico aut humano intellectui indultum eſt: nouã aliquam proferre ſubſtantiã. neq; imutare poſſe genus/ neq; ſpeciẽ neq; indiuiduũ. ſed omnia a diuina ſola mẽte ſtata & profecta ſunt/ diuineq; ſoli mẽti poſſibilia. Habet tamen intellectus licet ſubſtantia ſterilis/ atq; infecũdus: propriam aliquã vim & fecunditatem/ qua rationũ opifex dicitur. proprias quippe rebꝰ ipſis addit rationes: illas haurit/ continet/ & cõplectitur. Is enĩ cõceptus/ qui humano ineſt intellectui: fecunditas eſt & partus humani intellectus/ ac peculiare mentis opus/ non opus ſimplicis nature.

Soli deo atq; nature creare ac gignere propria.

Intellectꝰ nil creat aut gignit.

6 ¶ Oppoſitio omnis: exprimitur dyametri diſtantia atq; interuallo.

¶ Nam oppoſita ſunt/ quecũq; ſibi aduerſa & cõtrapoſita ſunt quecq; ſpectant in alterutrũ. Omnis autem aſpectꝰ: precipue recta linea/ atq; dyametro exprimitur: que ab vno oppoſitorum/ in alterũ protẽditur. Nempe ſi duorum oppoſitorum diſtinctio/ ſubſtãtialis fuerit vt potẽtie & obiecti: ſtatim liquet eorũ diſtantiam & mutuã conuerſionem/ eſſe lineã dyametri: qualis eſt oculi a reviſibili abiunctio & intercapedo. Si autẽ & oppoſita ſumis in idẽtitate ſubſtantie & rei diuerſitate: vt in animo inter intellectum et memoriã: rurſum inter ea interhyat ſpiritalis quedãintellectualiſue dyameter: qua adinuicẽ conuertũtur ſeq; reſpiciunt. diſtant enim extreme in animo intellectus & memoria: & adiuicem ſub dyametri linea conuerti intelliguntur.

Quatenus fecundus ſit intellectus

¶ Rerum conſubſtantialium oppoſitio: eſt eiuſdem ſubſtãtie in ſeipſã flexura/ conuerſio & orbicularis latio.

¶ Rerum ſubſtantia coniunctarum oppoſitio & mutua obiectio: eſt naturale illius ſubſtãtie/ ſine ſui diuiſione diſcrimen/ vera eius propagatio/ fecunditas/ numerus/ atq; diſcretio. qua ſubſtantia ipſa tota/ flecti in ſeipſam ſibiq; proponi & obiici dicitur. quod duntaxat in tribus ſubſtantijs diuina/ angelica & humana (ex parte animi) cõtingit. Nã duntaxat trine he ſubſtantie in ſeipſas flectũtur et ſe ſole nouerunt: ſuntq; ſapientie participes. Sapientia etenim eſt trina: diuina increata/ angelica vero & humana create & condite a deo. oĩs enĩ ſapientia eſt ſui noticia/ in ſe conuerſio/ orbicularis motus/ ſui propagatio/ diſcretio/ fecunditas: & internus quiddam (ſine ſubſtantie diuiſione) rei numerus trinitate perfectus.

Tãtũ tria entia in ſeipſa cõuerti.

¶ De oppoſitorum inuolutione & quadratura. Cap. II.

1 

Ppoſitorũ inuolutio/ ac mutua ſumptio: quadraturam/ quattuorue habitudines gignit.

¶ Nam aut duo queuis oppoſita: in ſeipſa/ ſuoſue orbes cõuertuntur. Aut ſecundum rectã/ ſiue dyametrum (que eſt oppoſitionis linea) in inuicem ſiue in alterutrum dicũtur. His igitur geminis conuerſonũ modis: vtrinq; due gignũtur habitudines: que ſimul ſũt quattuor/ & quas totam oppoſitionis inuolutionem & quadraturam appellamus. ſume etenĩ deum & creaturã/ vt oppoſita ac ſe ſpectantia: deũ inquã vt largientem huic virtutem/ eam ſaluãtem & conſeruantem in eſſe: quattuor in eis motus reperies. Extremos ſcilicet & orbiculares duos: primum dei in ſe gyrũ/ ſecũdum creature in ſemet ingreſſum. Medios itidem & rectos duos/ quibus & deus in creaturam conuertitur: & creatura in deum (recipiende & ſubſtantie & virtutis cauſa) intendit. Primi duo motus: abſoluti ſunt/ extremi & ſi gulis propꝛij. Ceteri duo complexi medii & in alterutrum cõmeantes ſiue comunes. Primo enĩ motu/ figitur in ſeipſo deus: ſecundo creatura ſibiipſi adeſt. Mediis vero motibus/ neutrum extremorum in ſeipſum: ſed in alterum & in ſuum oppoſitũ/ vtrumq; inflectitur: deꝰ ſcilicet in creaturam & creatura in deum.

Deus & creatura vt oppoſita.

Oppoſitorum quadraturam: eiuſdem numeri in ſeſe ĩuolutio & multiplicatio liquido pandit. 2

Senarij in ſe ĩuolutio.

¶Sit numerus quicunq; vt ſenarius: inuoluens ſeſe/ ſeq; multiplicans. Senarius enĩ ſeipſo ſumptus: ſextũ & trigeſimũ profert. Dico in ductu & inuolutione ſenarij: cõtineri oppoſitoꝝ quadraturam. ideſt tantũ eſſe quod fit ex vnius totius ſenarij i ſe ductu: quantum (ſi illum in geminas partes ſecueris) fiet quaternis ambarum & oppoſitarum partium ductib⁹. Nã diuido ſenarium in partes duas: in binarium & quaternarium. quas ſtatuo vt oppoſitas & contra ſe ſiſto/ dyametro diſtantes. In medio autem ambarum ſtatuo ſenarium / earum totum. dico quod fit ex ſenario in ſe: equum eſſe ei quod fit binario in ſe/ quaternario in ſe binario in quattuor/ & quaternario in binarium. Et hec eſt oppoſitionis quadratura: equa eiuſdem numeri inuolutioni & orbi.



3

¶Vniuerſa oppoſitiõis quadratura: trinos tantum orbes inuoluit ac gignit.

¶Nam duo gignũtur orbes: profectione vtriuſq; oppoſiti i ſeipſũ. Collatione vero eorũ alterna & mutua/ reliquus orbis oritur. Quippe ab vtroq; in aliud/ medius dũtaxat orbis & arcus profertur: qui ſimul intergrũ orbẽ/ ac circulũ claudũt. Orbis enĩ vnus eſt: quo deũ in ſeipſum flectis. Alius quo creatura⁹ in ſeipſã. Medius ciclꝰ/ quo deũ cõuertis in creaturã. Reliquus itidem medius: quo in deũ ſuſpicit creatura. Et hi duo hemicicli mediũ vnũ totum conſtãt orbẽ: quo oppoſitorum mutue rationes abſoluũtur. Et hec propoſitio percipiendo diuine trinitatis myſterio nonnichil affert preſidij. Sicut enĩ numerꝰ idẽ/ flexus ductuſq; in ſeipſũ: tres ex neceſſitate inuoluit orbes/ extremos duos & medium vnũ/ qui ab vtriſq; extremis proficiſcitur: ita & diuina ſubſtãtia in ſeipſam ductitata/ ſeq; inuoluens: orbes tres & perſonas claudit. extremas duas: q̃rum ſecunda/ manat a prima: & mediam vnam/ q̃ ab vtraq; extremarũ pendet.

Trini orbes in oppõitis

Diuine trinitatis myſterium.



¶In oppoſitiõis quadratura extreme cõplexiones/ iiſdẽ coaleſcunt nominibus: medie vero diſſimilibus et oppoſitis nominibus exprimuntur. 4

¶Ex oppoſitorũ mutuis rationibus & habitudinibus: ſurgunt eorũ cõplexiones quattuor quarũ que extreme/ ſimilib⁹ noĩbus cõſtãt. q̃ vero medie diſſimilibus & oppoſitis. Vt deus deus: creatura creatura/ Deus creatura: Creatura deꝰ. Hoc enim & ĩ eiuſdẽ numeri multiplicatione cõtingit. Aut enim binarium/ voluis binario: aut quaternariũ quaternario. Et he extreme ſũt/ ſimpliceſq; habitudines & cõplexiones. Aut deniq; biuariũ/ quaternario inuolueris: aut q̃ternariũ binario. Et he medie cõplexiões dicunt̃/ diſimiliũ & oppoſitorũ noĩnũ.

¶Extremis habitudinib⁹/ vtrumq; oppoſitorum ſiſtitur in ſeipſo: mediis vero ambo comeant/ ferunturq; in alterutrum. 5

De ſtatu & motu oppoſitorũ.

¶Nam cõplexio hec deꝰ deus: deũ ſiſtit in ſeipſo/ ſeparatq; a creatura. Hec itidẽ creatura creatura: creaturam auertit a deo/ eamq; ſibiipſi cõfert. Hec autẽ deus creatura: deũ in creaturã trãſfert. Supma vero ſcilicet creatura deꝰ: creaturã i deũ ductitat/ illi copulat/ iſeritq;.

Extreme cõplexiones: inuicem conuerſe ſunt/ equepollentes et conſecutiue. 6

Pariter et medie inuicem.

¶Nam quod est deum esse in deo: est creaturã esse in creatura. Et quod deũ esse in creatura id idem est creaturam esse in deo. id est si deus est in seipso: & creatura in seipsa persistit. Et si deus adiungitur / adunaturue creature: & creatura deo copulatur atq; inseritur. Et si seorsum sumis deũ a creatura: sumis & creaturã seorsum a deo. Et si deo iungis creaturam iungis & creature deũ. Sicut & si deus est in esse: nichil est in non esse. Et si deus in non esse nichil in esse. Est eni deus ipsum esse: nichil vero non esse. Deus autẽ & nichil / oppositaquedam sunt: itidẽ et esse & non esse. Cõuertũtur igitur / equepollent / seq; sequũtur: deũ esse & nichil non esse / que sunt extreme habitudines. Similiter & cõuertuntur / equepollent / sequũturq; : deũ non esse & nichil esse: que sunt rationes & cõplexiones medie.

Deꝰ & nichil quo se modo habent.

¶De quattuor habitudinũ oppositionibus per idẽ & oppositũ. Cap. III

1 SI idem idem est: oppositum erit oppositum. Et si idem est oppositum / oppositum erit idem.

¶Sub his nominibus eodẽ & opposito: generatim oĩa cõprehendi volumus opposita. Sub eodem: quicquid est potius / prius / perfectius: aut in nostro intento / atq; proposito. Sub opposito vero: quod imperfectius fuerit / ignobilius posterius / quodue minime est in proposito. Sit igitur deus idem. Nichil vero oppositũ. Concludo illico si idẽ / idem est: Oppositũ esse oppositũ: id est si deus deus est: Nichil esse nichil. Et si idem / est oppositũ: Oppositũ esse idẽ. id est si deus nichil est: nichil esse deũ. Similiter si deus est / in esse. Nichil esse in non esse: & si deus non est: nichil esse. Sunt eni deꝰ & esse: eadẽ. Nichil vero & nõ esse / eorũ opposita.

Sub eodẽ & opposito cũcta claudũtur opposita.

2 ¶Si idem est in eodem: erit oppositum in opposito. Si vero idem in opposito / erit in eodem oppositum.

¶Sint lux & meridiei punctũ / eadẽ: tenebre vero & medie noctis punctũ / vocentur opposita. Si lux est in meridie id est in nostro hemisperio: tenebre erunt in nocte / id est in anticthonũ hemisperio. & si lux est in nocte / id est in inferiore hemisperio: tenebre erunt in die id est in superiore nostroue hemisperio. Et ita in cunctis reperies si idẽ in eodem fuerit: fore simul oppositũ in opposito. Et si idẽ est in opposito: oppositũ fore in eodem.

Rõcinatio ex luce & tenebris sub diem & noctem.

3 ¶Vnde fit vt in oppositorum habitudinibus due et due sint coincidentes: similiter et bine ac bine opposite.

¶Coincidentes & equepollentes / sunt he due: idẽ idẽ & oppositũ oppositũ. Similiter & he due / idem oppositum & oppositum idẽ. Opposite vero sunt he due: Idẽ idem & idem oppositum: similiter & he / oppositum oppositum & oppositum idem.

4 ¶Concurrunt ambe extreme inter se: similiter et medie inuicẽ. Extreme autẽ mediꝰ aduersant atq; opponunt.

¶Hec eadẽ & cõincidentia sunt: vita vite & mors mortis. Similiter & hec concurrunt vita mortis & mors vite. Opponũtur autẽ hec adinuicẽ: vita vite & vita mortis. Similiter & hec: mors vite & mors mortis. Affirmatio eni positionis: est negatio negationis. Et affirmationis negatio: negationis est positio. Aduersantur autẽ sibi. Affirmationis positio & affirmationis negatio. Similiter & negationis negatio & negationis positio. Et ita in cunctis conclude & argue.



Oppositavita & mors.

Affirmatio & negatio

5 ¶Sicut idẽtitas est eorũdẽ idẽtitas et oppositorum oppositio: ita et oppositio est eorumdem oppositio et oppositorum idẽtitas.

¶Sume identitatem pro concordia / pace &

vnitate. Oppositionem vero pro lite/ pugnantia & numero. Eadem enim dicenda sunt de identitate & oppositione oppositorum: que de eorum pace & lite/ concordia atq; discordia. Quanta enim pax est/ Eadem esse eadem: tanta est & pax/ Opposita esse opposita. Et quãta lis/ siue pugnantia est/ Eadem esse opposita: tanta est lis & discordia/ Opposita esse eadẽ. Vt quanta necessitate Deus est deus: tanta & nichil est nichil/ Et quanta impossibilitate deus est nichil: tanta & impossibilitate nichil est deus. Pax est & consonum rationi: deum esse deum & nichil/ nichil. Summa vero lis est deum esse nichil & nichil deum. Et qui dicit/ deum esse deum & nichil nichil: profert identitatem/ id est pacem: scilicet idem esse idem & oppositum oppositum. Qui vero enunciat/ deum nichil esse & nichil deum: litem/ bellum/ discordiam & oppositionem pronunciat: id est idem esse oppositum & oppositum idem.

Deus et nichil inb necessariũ & ipossibile

Quid pax et lis.

¶ Eadem in ijsdem/ eadem sunt & in oppositis opposita. Oppositа vero in oppositis/ eadem: & in ijsdem opposita. 6

¶ In omni oppositorum ratione & oppositione: contingit (quam prius diximus) quadratura. qua bifariam concludimus idẽtitatem: bifariam & oppositionem. Idẽtitatem inferim⁹ et ex coniunctione/ siue vnitate eorũdem: & ex oppositione/ siue distãtia oppositorum. Hec enim equepollent/ seq; consequũtur. Oppositionem vero arguimus/ ex eorũdem diuisione atq; distantia: & ex oppositorum vnitate propinquitate/ & idẽtitate. Sicut enim impossibilis est eiusdem/ aut eorumdem diuisio: ita & impossibilis oppositorum & diuersorum vnitas atq; idẽtitas. Et sicut necessaria est eorũdẽ idẽtitas: ita & perneceſſaria est oppositorũ diuersitas. Itaq; in duobus necessitas & in duobus impossibilitas arguitur. Quẽadmodum quãta quiete & pace/ ignis sursum immobilis perseuerat: tanta immobilitate & pace/ terra deorsum quiescit immobilis. Et quanta lite/ atq; difficultate ignis continetur in imo: tanta vi et discordia/ terra quiescit in summo. Idẽtitas igitur est & vtriusq; pax elementi: Ignẽ esse in summo & terram in imo. Vtriusq; vero lis & discordia/ ignem in imo & terram in summo sisti & collocari.

Bifariã idẽtitas bifariãet oppositio arguit

Exẽplũ de igne et terra p sursũ & deorsum

Identitas	Ignis in summo	Terra in imo	
Oppositio	Terra in summo	Ignis in imo	

¶ Qz omnia a natura in identitate sint facta: in oppositione vero nulla. Cap. IIII.



Vodlibet a natura factum & statum est in seipso/ nichil autem in opposito. 1

¶ Natura vnũquodq; in proprio/ naturaliue loco creauit & statuit. Nã et naturalis locus ideo censetur: q; in eo a natura vnũquodq; factum/ stabilitum & esse natũ est. vt ignis in summo loco est factus/ terra vero in imo. Etvtraq; ab eo loco/ secundum naturam nusq̃ dimouentur. Quod autem naturale est/ idem est. quod vero violentum & contra naturam/ oppositum censetur. Igitur ignem esse sursum: est idem esse in eodem. Terrã vero esse deorsum/ est oppositum esse in opposito. Ignem autem esse deorsum: est idem esse in opposito. Terram vero sursum esse: est oppositum esse in eodem. Prima duo: sunt secundũ naturam et eadem. Secũda vero duo cõtra naturã violenta & opposita sunt.

Vnũqdq; in naturali loco factũ.

Naturale idẽ violẽtũ oppositum

Ignis & terra oppcsita

¶ Vnde fit vt omnia a natura in identitate/ pace/ amore & concordia sint facta: in oppositione vero/ lite & discordia nulla. 2

¶ Naturalis rerum cõcordia/ idẽtitas/ pax/ vnitas & amor: est vniuscuiusq; naturalis ĩ proprio loco status/ sedes & mansio. Earum vero discordia/ diuersitas/ lis/ oppositio & numer⁹ est earũdem aut in contrarijs locis/ aut plurium in eodem loco mansio/ ac sedes: que est nature contraria. Nam sicut impossibile est natura/ vllum esse vacuum locum priuatum corpore/ aut re naturali: ita & impossibile est natura rem aliquã/ proprio peculiariue loco ita esse destitutã:: vt cum alia & in alterius loco recipi egeat. Ad hunc igitur modum natura proprium vnicuiq; tribuens locum: statuensue/ in propria sede singula: ab vniuerso mũdo omnem litem depulit/ exterminauit rerum inimicitiam/ discordiam/ pugnantiam/ cõtrarietatẽ & oppositionem. Omnia eteni creauit/ fecitq; in pace: & in propriis locis: Omnia/ deniq; immobiliter fixit in seipsis. Et hec a naturalibus suis locis atq; substantijs emigrare ne-

queunt: neq; inuicem miſceri/ aut confundi.

3 ¶Fit etiam vt omnia/ natura ſint vnum & idem.

¶Nam numerus eſt rerum diuiſio/ vniuerſitas/ lis & oppoſitio. Omnem autem vim litem/ diuiſionem/ diuerſitatem/ varietatem/ oppoſitionem & pugnam: ab vniuerſo natura propulſauit. Igitur et omnem etiam faceſſere iuſſit numerum. Vnum quippe atq; idem eſt: ignem eſſe in ſummo & terrã in imo. Eſt & vnum atq; idem/ ignem eſſe ignem: & terram terrã. Diuerſum eſt autem/ duale ac nature contrarium: ignem eſſe in imo & terram in ſummo. Et hec vocatur oppoſitio/ ſiue dyas & diuerſitas rerum: que in rerum natura eſt nulla. Omnia igitur fecit natura in monade & idẽtitate: nichil in dyade & oppoſitione. Hec enĩ duo Homo hõ & Equus equus: ſũt vnum/ idem & neceſſarium. Hec vero homo equus et equus homo: ſeu hõ homo & homo equus: aut equus equ⁹ & equus homo: duo ſũt/ diuerſa ſunt & oppoſita/ contraria & impoſſibilia. Factum enim eſt natura vnũquodq; in neceſſitate: nichil ĩ poſſibilitate. Vnũqdq; ĩ ſe/ ĩ eodẽ: nichil extra ſe/ in oppoſito aut in numero. Omnis itaq; rerum varietas/ per vniuſcuiuſq; in proprio loco/ propriaue eſſentia aut ratione/ ſtatum manſionem/ ac ſedem: in naturalem concordiam pacem et vnitatem reſoluitur.

Nũerus eſt rerũ diuiſio

Oĩa ĩmo nade nulla in dyade facta.

Hõ & equ⁹ oppoſita.

4 ¶Omnia in eodem plurima ſunt et multa: In multis vero et ſingula in ſeipſis eadem.

¶De naturalibus rebus/ deq; numeris: iudicium idem. Omnis autem numerus: dumtaxat ad idem aliquod vt ad vnitatem eſt numerus. Ad ſeipſum vero omnis numerus/ eſt vnitas. Omnis enim numerus ſub ratione & quantitate pr⁹pria/ ab ſola diſtat vnitate: qua diſtantia cenſetur numerus. a ſeipſo vero diſtare nullus reperitur: ſed omnis a ſeipſo eſt primus/ ſibiipſi cõiunct⁹/ ꝓxim⁹/ atq; vn⁹. Eſt enĩ vnitas/ primo ĩ loco vnitas. Dyas ſcda vnitas: tryas/ vnitas in tertio loco. Quaternitas vero/ q̃rto in loco vnitas. Nã diſtãtibus/ atq; diuerſis: diſtantia vnitas eſt atq; idẽtitas. vnitas vero et idẽtitas: eorũ eſt diſtantia/ diuerſitas/ atq;

Oĩs nũer⁹ ad vnitatẽ nũerus ad numerum vnitas.

Prima vnitas	Secunda vnitas	Tertia vnitas	Quarta vnitas
1	2	3	4
Monas			
Dyas			
Tryas			
Quaternitas			

multitudo. Igitur vnitate/ diuerſa multiplicas: multitudine vero/ ea vnum facis & coniungis. Quatenus ea predicas diuerſa: dicis ea eſſe vnũ. Cũ vero ais diuerſa eſſe vnũ: diuerſa dicis ea eſſe diuerſa. Qui enim de diuerſis predicat vnitatem: ea eſſe vnum profert. Diuerſorũ autem vnitas: eſt diuerſitas & diſtantia. Qui vero de diuerſis multitudinem enunciat: ea ait eſſe plurima. Eſt autem diuerſorũ multitudo/ eorũq; numerus vnitas. Statuens igitur plurima in vno: ea multiplicat/ diuiditq; abinuicem. Statuens vero ea in plurib⁹ vnit/ copulat/ cõiungitq;.

5 ¶Omnis identitas/ per equidiſtantes lineas: Oppoſitio vero omnis linearũ interſectione et angulis profertur.

Quõ ſcribẽda idẽtitas Quid⁹ oppoſitio.

¶Oppoſitorum quippe identitas: eſt vtrũq; eſſe in ſeipſo/ ſiue in propria eſſentia et loco & ratione. Hic autem eorum ſtatus/ hecue ipſorum poſitio: per equidiſtantes lineas pulchre exprimitur/ productas ab vnoquoq; oppoſitorum/ ad proprium ſuum/ ac naturalem locum: qui natura vnicuiq; ſubeſt. aut ſi bis poſueris vtrũq;: intelliges idẽtitatem per productas rectas ab vtroq; eorum ad ſeipſum: aut ad rationem propriam/ ſi eam adieceris. Aſt oppoſitorum oppoſitio/ eſt vtrũq; eſſe oppoſitũ: aut in eodem eſſe loco/ eadẽue eſſentia: aut vtrũq; inſui oppoſiti loco/ contrarij/ ſue & innaturalibus locis collocari. Vt oppoſitio eſt ignem et terram ſimul ſtatui aut in imo/ aut in ſummo: aut ignem in imo et terram in ſummo. Hi eteni eorũ ſtatus & poſitiones inequidiſtantib⁹/ angularibus/ ſeq; ſecantibus lineis exprimunt. Statue eni deũ et nichil cõtra ſeſe ex equo/ vt oppoſita dyametro diſtãtia ac ſuppone deo eſſe: nichilo vero non eſſe. Equidiſtantes linee producte a deo ad eſſe & a nichilo ad non eſſe: dicuntur identitatis linee/ vnũquodq; in proprio ſtatuentes loco. Que vero a deo ad non eſſe & a nichilo ad eſſe ſecantes protenduntur: has oppoſitionis & pugnantie lineas cenſemus Oĩs eni identitas & oppoſitio equalitate & inequalitate continetur. Similiter

et quecunq; faciunt angulum: vt que a deo simul ad esse et non esse. vel que a nichilo/ ad esse & non esse aut que a deo & nichilo ad esse: aut a deo & nichilo ad non esse producũtur: he oppositionis diuersitatis & discordie linee vocitentur.



¶Vnde fit vt equidistantia/sit rerum identitas: Sectio vero et angulus/earũ oppositio ¶Nam equidistantia est rerũ impermixtio: & vniuscuiusq; rei naturalis in seipsa mansio. Sectio vero aut angulus/rerum est transsumptio: & in eodẽ loco plurium positio/atq; concurrentia. quam natura (vt dixi mus) ab vniuerso (dans vnicuiq; locum/ substantiam sedẽ/ & rationẽ) ppulsauit extorrẽq; egit. Et p hec oppoſita/ equidisiantiam & angulum siue intersectionẽ: latissime de cũctis oppositis philosophabere.

Equidistãtia & ãgulꝰ oppoſita.

6

¶De totius identitatis et oppositionis figura. Cap. V

¶Totius identitatis & oppositionis figura: equidistãtibus & secantibus lineis absoluitur.

1

¶Identitas & oppoſito simul: sunt tota duorũ oppositorum ratio & comparatio/ quã quadratura absolui diximꝰ. Due quippe habitudines gignũtur/ vtriusq; in seipsum flexura. Due vero vtriusq; in alterutrũ/ transitione & emigratione. Et has eorũ collationes/ prius trinis orbibus expressimus. Extremi enim orbes: designabant vtriusq; in seipso mansionem ac statum. Medius vero orbis/ amborũ cõmeatũ ostendebat. Nunc autẽ aliter pingi volumus oppositionũ quadraturã: id est eorum idẽtitatem & oppositionem/ siue habitudines quattuor. per rectas inquã lineas siue per quadrati costas/ atq; dyametros: Sunt enim he due sescantes: ille vero equidistantes.

¶Totius quadrati coste/ idẽtitatem: dyametri vero/ oppositionẽ designãt.

2



¶Nam coste quadrati/ sunt equidistãtes: statuentes quodlibet in seipso. Dyametri vero mutua sectione/ in angulos procedunt. statuentes aut vtrũq; oppositũ extra seipsu/ aut vtraq; in eodem/ que suut preter naturam.

¶Vnde manifestum est extremas oppositorum comparationes/ eorum esse identitatem: medias vero eorum oppositionem.

3

¶Nam coste quadrati/ extreme sunt eius linee: dyametri vero/ medie eiusdem linee. Coste insuper sunt linee simplicitatis/ absolutionis/ impermixtionis & proprietatis omniũ. Dyametri vero: linee sunt contractionis permixtionis & cõmunitatis. Omnia secundum costas: sunt absoluta/ impermixta/ propria & icõmunicata. Per dyametros vero/ aut angulos: ab sua sede singula emigrãt permiscẽtur & cõmunicãtur. Et eodem modo hac figura/ ad cuncta oppoſita poteris vti. et ex ea inferre: quecunq; secundum vniuscuiusq; rei naturam/ aut contra naturam sunt.

Quid coste Quid dyametri signi ficent.

¶In eadem figura duo semper vt subiecta: duo vero vt predicata et attributa sumenda sunt.

4

¶Aut enim predicas/ atq; enuncias vtrũq; oppositum de seipso: aut eius locum/ aut rationem/ aut aliud quippiam. Itaq; ipsa imprimis duo oppoſita/ quibus aliquid tribuis: statuendis sunt ex oppoſito collocanda. Et nichil refert sine subiecta vtraq;/ colloces in parte superiore: et eorum attributa in inferiore. Aut subiecta in latere sinistro/ attributa vero in dextro. Hic tamen faciende oppositorum figure modus/ priore erit cõmodior. Verbigratia deꝰ et nichil/ subiecta quedam sunt: eorum vero predicata/ esse et non esse siue ens et non ens.

Statue igitur deũ et nichil vt ſubiecta ſiniſtro in latere. Ens vero & nõ ens vt eoꝝ predicata in dextro atq; hoc modo omniũ oppoſitorum ampliſſime vtilitatis figurã cõplebis.



5 ¶Oppoſitorum identitas eſt rarior: oppoſitio vero plurior & multiplicior.

¶Nam tantũ due coſte: que de vtroq; ſubiecto/ propriũ attributũ dicunt/ atq; enũciant: eorũ exprimunt identitatẽ. Vtraq; vero dyametrus eorũ infert oppoſitionẽ. Et quomodocũq; coſtam cum dyametro ſumpſeris: iterũ oppoſitionẽ concludis. Vt ſi idem de vtroq; ſubiecto pronũcias: quod bis contingit. Aut ſi rurſum de eodem ſubdito/ gemina infers attributa: quod iterum bis fieri poteſt.

6 ¶Identitates ſunt tantum due: oppoſitiones vero numero ſex.

¶Diximus in precedente/ tantũ duas eſſe identitates: eas inquã quadrati coſtas que ſubditis/ copulant predicata. Nam cetere due coſte/ que inter ambo ſubiecta & inter ambo predicata protendũtur: neq; idẽtitatis/ neq; oppoſitionis nomine cenſentur. q; ſecundũ ipſas nulla fiat enũciatio. Haud enĩ ſubiectũ de ſubiecto: neq; de p̃dicato/ predicatũ enũciatur ac dicitur. Cetera vero eorũ omnis cõparatio: eſt oppoſitio. Nã vtraq; dyametrus/ eſt oppoſitio vtpote que vtriq; ſubiecto/ cõtrariũ tribuit p̃dicatũ. Superãt & alie oppoſitiones quattuor ſed cõplexe & angulares/ cõſtantes ex dyametro & coſta. quibus aut vtriq; ſubiecto/ vt deo & nichilo: tantũ vnũ tribuis predicatũ: vt vtriq; ens/ aut vtriq; non ens. Aut quibus de eodem ſubiecto/ vtrũq; ſimul enũcias predicatũ: vt de deo ens & non ens/ aut de nichilo ens et non ens.

Due quadrati coſte neq; idẽtitatẽ neq; oppoſitionẽ exprimunt



7 ¶Sex oppoſitionum/ tantum due ſimplices et lineares ſũt: cetere vero cõplexe/ atq; angulares.

¶Due oppoſitiones ſimplices/ ſunt vtraq; dyametrus. que tantũ vnũ/ de tantũ vno: incõmode & contrarie enũciant: vt de deo non ens & de nichilo ens. Cetere vero quattuor oppoſitiones/ ſunt complexe & angulares. Vnaqueq; enim earum duabus conſtat lineis/ dya

metro & costa. He ãt ãgulũ claudũt/ enũciãtq; cõtra naturã deuno duo/ aut de duob⁹ vnũ.

¶ Identitas: est simplici oppositioni equalis. 8

¶ Nam identitas oppositorũ: sunt linee tãtũ due/ sed equidistantes: vt quadrati coste. Simplex vero oppositio/ due itidẽ linee sunt sed intersecte/ vt vtraq; dyametrus. Et rursum simplex oppositio: est quattuor rectorũ angulorũ spaciũ/ siue quattuor recti anguli: qui dyametrorũ mutua sectione perficiunt. Idẽtitas autẽ simplex/ est & quattuor rectorũ spaciũ: quo,d inter equidistantes iacet/ intercipiturq;. Vtraq; enĩ equidistantiũ: duorũ rectorũ spaciũ complectitur. Simplex igitur idẽtitas/ simplici oppositioni: & linearũ numero & angulorũ spacio atq; intercapedine/ equa relinquitur.

Quattuor rectis angulis tã idẽtitas q̃ oppõ equantur.

¶ Rursum vtraq; simplex et identitas & oppositio/ singule per se: cunctis complexis oppositionibus sunt duple. 9

¶ Nam vtraq; simplex & idẽtitas & oppositio per se: est vt quattuor recti anguli. Vnaq; autẽ complexa oppositio: est per se vt vnius recti medietas. omnes vero simul: vt duo recti. quattuor autẽ recti/ ad rectos duos: sunt dupli. Est igitur simplex idẽtitas: ad cunctas oppositiones complexas dupla. Similiter & simplex oppositio ad easdẽ dupla.

¶ Vniuersa oppositorũ figura quaternarij quadrato/ rectos angulos inuoluit: completq; rectorum angulorũ quadraturam. 10

Ad hãc intelligẽdam resume añ oc'os figurã sexte propõnis: in qua ois cõplexa oppõ est vt vni⁹ recti medietas.

¶ Quaternarij quadratus/ est decim⁹ sextus: quẽ dicimus esse mensurã rectorũ angulorum qui quadrate insunt oppositorũ figure. Nam insunt imprimis quadrato: recti anguli/ quattuor extremi & angulares. Deinde protractis in eodẽ: ambabus dyametris: fiunt alij recti quattuor ad quadrati centrũ dyametrorũ sectione. Et vnaquecq; quadrati costa/ intra quadratũ claudit sup se duorũ rectorũ spaciũ. quod liquiduis intueberis/ si costas oẽs secueris medias: per duas rectas/ ad costas equidistantes. Vniuersa igitur interior quadrati superficies (quã oppositorũ figurã nũcupamus) quaternarij quadrato/ id est decimosexto numero rectos angulos claudit/ cõpletq; rectorũ angulorũ quadraturã. Q; si i quadrato lineas oẽs ad sectionẽ extra quadratũ produxeris: cõplebũtur oẽs anguli recti tã introrsus/ q̃ extrors⁹: senarii quadrato/ id est sexto & tricesimo numero. Intra enĩ quadratũ/ claudũtur recti anguli sexdecim. Ex vigesimo autẽ & sextodecimo: sextus & tricesimus: senarij quadrat⁹ cõflatur.



Sit enĩ quadratus a b c d/ cui⁹ cẽtrũ e. protẽdo ambas ipsius dyametros a e d & b e c: quarũ sectio super cẽtrũ e/ erit quattuor rectorũ angulorũ creatio. Partior deinde quãlibet ei⁹ costã/ p mediũ pũctis f. g. h. i. & produco lineas f e h & g e i/ itra & extra quadratũ. Extẽdo insuper singulas costas/ i vtrãq; partẽ vltra quadratũ. Manifestũ est i toto quadrato: signata esse pũcta nouẽ. scilicet a. f. c. g. e. i. & b. h d. & circa vnũquodq; eorũ/ tã extra q̃ ifra quadratũ: factos esse rectos quatuor. Nã circa lineã a f c: facti sunt recti duodeci. Circa lineã g e i: recti duodeci. Ad lineã quoq; b h d/ recti duodeci. q̃ simul sex & triginta rectorũ/ sũmã iplẽt. Et horũ: sexdeci sũt itra q̃dratũ: q̃ttuor sc; ad cẽtrũ/ octo ad medias costas: & ad p̃cipuos angulos quattuor. Vigiti vero extra quadratũ relinquũtur. Ad medias costas octo: & ad quattuor angulos duodeci. Quippe circa vnũquẽq; capitalẽ p̃cipuũue tot⁹ quadrati angulũ: fiũt extra quadratũ/ tres recti. Absoluitur igĩt vniuersa oppositorũ figura/ tã foris q̃ intus: rectis angulis sex & triginta.

¶ De antiparistasi oppositorum. Ca. VI.

ANtiparistasis: est cuiusuis rei oppositio & i suo opposito sedes.

¶ Antiparistasim physici diffiniũt/ cõtrariorũ esse circũstantiã. qua quodlibet in sui contrarij loco/ proprie salutis & cõseruationis sue causa: in seipsum arcti⁹ colligit/ euaditq; forti⁹/ vt suo resistat cõtrario. Nos vero secũdũ oppositionẽ/ Antiparistasim eodẽ modo finimus esse: cũ oppositũ aliquod/ in suo statuitur opposito: cũ ve circundatur ab opposito. & hanc prius esse cuiusuis rei oppositionẽ docuimus. Est enĩ idẽtitas/

antipariſtaſi oppoſita. Nã idẽtitate quodlibet eſt ſaluaq; in ſeipſo/ manẽs alteri impmixtũ.

2 ¶ Oppoſita (vt aiũt) iuxta ſe poſita magis eluceſcũt: & huius elucidationis cauſa eſt antipariſtaſis.

¶ Nam (vt prius mõſtrauim⁹) oppoſitorũ diſtãtia/ ſeparatio & diuerſitas: eorũ pax eſt vnitas/ concordia/ amor & copula. Eorũ vero cõiunctio/ in eodẽ loco ſtat⁹/ vnitas/ pax & amor: eorum eſt lis/ diſcordia/ cõtrarietas & pugnãtia. Que enĩ diſcordia & pugnantia oppoſitorum: eorũ ſeparatione atq; diſtantia: molleſcit/ emoritur/ marceſſitq;: ex oppoſito eorũ coniunctione & propinquitate: illico reuiuiſcit/ apparet/ proditurq;. Oppoſita itaq; abiuicẽ ſeparata/ inq; locis ꝓpriis ſingula ſtabilita: minime inter ſeſe pugnãt/ neq; hactenus patẽt putãturue oppoſita. Cõiuncta vero/ propiqua effecta & iuxta ſeſe poſita: tũ maxime oppoſita & pugnantia eſſe deprehẽdũtur. Eſt enĩ oppoſitorũ idẽtitas, id eſt iuxta ſe/ aut in eodem loco poſitio) eorũ pugnãtia & oppoſitio. Cõtra vero eorũ diſtantia/ ſeparatio/ oppoſitio & diuerſis in locis poſitio: eorũ eſt idẽtitas & concordia. Eſt igitur antipariſtaſis: totius oppoſitionis & contrarietatis: vita/ lux et apparitio.

Mutuo acceſſu recedunt: receſſu vero ꝓpinquant oppoſita

3 ¶ Triãguli vertex/ eſt oppoſitionis loc⁹: eius vero baſis/ locus identitatis.

¶ Statue duo oppoſita/ vt dyametro diſtantia: ſup quã dyametrum/ perfice triãgulũ: dico eius verticẽ/ acumẽ & conũ: eſſe oppoſitionis eorũ locũ. eius vero baſim (in cuius extremis ipſa oppoſita ſũt ſita) locũ eſſe idẽtitatis eorũdẽ. Nã oppoſitorũ concurrẽtia & vnitas: eſt eorũ oppoſitio/ atq; diſtantia. eorum vero diſtantia: eorumdẽ eſt idẽtitas. Triãguli autẽ vertex/ eorũ eſt cõcurrentia. Baſis autẽ: ipſorũ diſtãtia. Cuncta igitur oppoſita/ in trianguli baſi ſunt eadẽ: in eius vero vertice/ opponunt vnitate & cõiunctione diſtant: dyade vero & ſeparatione inuicem propinquant.



Actus & potẽtia oppoſita.

¶ Bis vtraq; oppoſita ſũt eadẽ: bis quoq; opponũt.

¶ Nam vtraq; in ſeipſis/ ſunt eadẽ: vtraq; vero ſimul ĩ alterutro/ oppoſita. Vt actus in actu & potentia in potentia ſunt eadẽ Actus autẽ & potentia/ ambo in actu: aut ambo ĩ potentia/ ſũt oppoſita. Nam actus in actu/ actus eſt. Actus vero in potẽtia eſt potentia. Potẽtia quoq; in actu eſt potentia: & eadẽ in potẽtia/ actus. Erige enĩ ſuper eandẽ baſim/ duas equi diſtantes: he ſũt linee idẽtitatis vtriuſq; oppoſiti. Et ſi ad huiuſmodi equidiſtantes geminos/ triangulos cõplebis: ambo trianguli/ amborũ referent oppoſitionem.

4 ¶ Rõnũ rerũ oĩm diuerſitas ex earũ oppõne/ ſiue ad idẽ collatiõe colligit.

¶ Oĩa quippe i ſeipſis/ ſũt vnũ: in vno vero/ ſũt multa & oppoſita. Igit̃ ſi quodlibet in ſemetipſo ſtatuis: oĩm erit vnica ratio/ ſc⁹ ſui pricipii. Sicut pri⁹ diximꝰ oẽs nũeros/ i ſeipſis eſſe vnitates: & rationis ſoli⁹ vnitatis (nũerorũ fõtis) ꝓticipes. Si vero vniuerſa cogis ĩ vnũ & ea in eodẽ/ ac minimo cõſtituis loco/ oĩa ad id vnũ ac minimũ: cõtinuo i ꝓpria reſiliũt diffugiuntq; in ſeſe ſingula atq; ĩ ſua loca: ſuaſue rationes ſeſe recipiũt quo pacto & oẽs numeros diximus/ ad ſolã vnitatẽ: eẽ et numeros & cõplures & abinuicẽ diuerſos.



Oĩa ĩ vno mĩta i multis vnum.

6 ¶ Iudiciũ diuerſitatis & oppõnis rerũ oĩm: ab eodẽ minimo & indiuiſibili oritur.

¶ Nã ſi diuiſibile erit/ id in quo duo aut plura ſtatuis oppoſita: quodlibet i eo propriũ ſortiet̃ locũ/ ſuaue ꝓprietate ſtatuet̃: q̃ eſt ipſorũ idẽtitas. Poterit eĩ vnũ oppoſitũ ſtatui ĩ vna ipſi⁹ parte: reliquũ vero in parte reliqua. Vbi autẽ oppoſita ſita ſunt ĩ diuerſis: eadẽ (vt diximꝰ) ſũt nõ diuerſa/ aut oppoſita. Debẽt autẽ vt pugnãtia ſint/ iuxta ſe cõſtitui: & nõ mõ iuxta ſe: ſed & i eodem indiuiſibili. in quo collocata: ꝓprietatẽ recipiãt nullã/ nulloue pacto abiuicẽ diſtare q̃ãt: ſed in vno imperti ſint ſimul. Hac enim indiuidua ſimultate: ſumme abinuicem differentia/ diſtantia & oppoſita eſſe dinoſcuntur.

Q7 intellectus sit totius oppositionis iudex. Cap. VII.

SI a natura nulla est oppositio: superest vt omnis oppositio/ 1
sit ab intellectu

¶ Rerum oppositio (vt nuper in superiore diximus) est quedam earum simul positio. non modo earū iuxta positio: sed earumdē in indiuisibili/ atq; in minimo collocatio & status. Hoc autem est secundum naturam impossibile. quandoquidem natura sunt oia abinuicē separata/ atq; impmixta: singula stata & posita in suis naturalibus locis nulla autem in eodem loco aut simul. Superest itaq; cum nulla sit a natura rerum simul positio pugnantia & oppositio: vt ab solo intellectu/ illa dependeat/ sitq; possibilis. Nam & a sola mente: omnia in eundem transferūtur locū/ omnia simul in minimo/ atq; indiuisibili collocātur. in quo & a mente iudicātur diuersa: & sub propriis rationibus deprehēduntur singula.

In ītellectu alimeōria sunt omnia simul.

¶ Intellectus est totius nature oppositio: natura vero omnium identitas. 2

¶ Quod rebus ipsis naturale est: eorū est identitas. Quod vero vim ipsis affert/ quodue ꝑter naturā est: est eoꝝ oppositio. At natura/ cunctis est rebus naturalis: singula in ꝓprio loco statuit/ nullis est violenta/ neq; resipsas e suis sedibus trāsfert. Intellectus autem solus vi cūctis affert rebus: idē rerū oim est/ e naturali sua sede trāslatio. Nā cum res oēs natura sint in mundo: ab intellectu/ transferūtur in intellectū. que eorū est innaturalis & impropria sedes: & in quo sunt preter suam naturā. Est igitur intellectus totius nature oppositio: rerum emigratio & in alienas sedes translatio.

Intellectus oia a mūdo transfert in seipsum.

¶ Omnia in mundo sunt separata & eadem: coniuncta vero sunt & oppo- 3
sita in intellectu.

¶ Natura intellectui est vt basis. Intellectus vero vt eius conus/ acumen & vertex. Res vniuerse sicuti subsistunt in rerū natura/ extra intellectū: distant abinuicem suntq; separate. Et hec distantia/ atq; separatio: earū est identitas & pax. Vt vero cuncte hauriūtur/ ab eodem minimo atq; imperti itellectu: coniuncte in eo sunt & simul fiunt. Hec autem coniunctio simulue positio: earū est differentia & oppositio. Sunt igitur oia in rerū natura/ separata & eadem: in intellectu vero cōiuncta & opposita Et ex hac propositione/ manifestū est quo pacto ex ratione & necessitate oppositionis: clauditur sub celis solus humanus intellectus esse impartibilis/ vere vnus/ atq; immortalis. Nam si partibilis esset intellectus: non esset iudex oppositionis/ neq; fons esset vnicuiq; proprie rationis. Vt enim sita sunt oia in impti intellectu: tū quoq; diuersa & sub propria ratione/ dinoscuntur singula.

Natura basis: itellectꝰ apex.

¶ Rerum substantia est earum identitas: earum vero intellectualis species 4
est ipsarum oppositio.

¶ Subsistunt enī oia secundū substantiā: in rerū natura/ siue in mundo. At secundū substātiam/ in intellectu esse nequeunt: sed in eo recipiuntur/ dūtaxat secundū speciē. Quo igitur subsistunt in rerū natura: id earū est identitas. quo vero migrant in intellectum/ id ipsarum est oppositio. Est enī natura idētitas & distantia rerum. Intellectus vero earum copula/ qua eliciuntur vniuersorum differentie.

Oia subāliter i mūdo scūm speciē in intellectu.

¶ Vnde fit vt intellectus sit verum rerum omnium discrimen: totiusq; diffe- 5
rentie et oppositionis iudex.

¶ Liquet ex hac illatione: q̄ sit intellectus nature necessarioꝝ & accōmodus. Est enī lux vniuerse nature/ omniūq; rerū differētiarū/ distātia & oppositio: illata ex earū in intellectu propīquitate & positione simul. Et sine intellectu: tota nature series est in tenebris/ in chao i cōfusiōe & pmixtione. Et hec ratio est eius philosophi: qui oia prius aiebat in chao fuisse cōfusa/ pmixta ordinata/ i tenebris & sine differentia. Ab intellectu vero deinceps ortā esse rerū lucem omneq; discrimen emersisse: educta ab eodem fuisse e chao vniuersa/ ordinata/ suis in locis collocata. Et hec oia ex arte oppositorum ꝯ facillime vera esse cōperies. Est enī intellectus apex naturalis trianguli mūdaneq; pyramidis vertex: in quo colligitur cōcrescit/ gigniturue indiuidua omnis ratio: earū rerū que toti mundo/ ac nature sparsim plurifarie atq; diuidue insunt. Nichil enim natura/ Nichil mundus discernit/ aut iudicat: eorū que in ipsis continētur. Omne autem discrimē/ iudiciū omne rerum: relictum permissūq; est intellectui

qui eſt ſpeculum vniuerſe nature: qui & anima mundi/ totiuſq; mũdi in ſeſe inflexio & conuerſio appellatur. Haud alia enim ſui parte ſe nouit/ ſpectat & cõprehendit mũdus: q̃ humano intellectu qui mundi apex & actus eſt. Intellectus eſt anima mundi.

6 ¶ Intellectus eſt id minimum atq; impers/ in quo cum duo ſimul recipi nequeant: rerum omnium diſcrimen/ ratio/ differitas & numerus oritur.

¶ Oſtendimus enim in libro de intellectu/ intellectum eſſe tranſitum rerum omniũ a mundo/ ad memoriam. Nec poſſe ſimul duas ſpecies/ eſſe in intellectu: cũ ipartibilis ſit neq; eãdem ſpeciem duobus momentis/ demorari poſſe i intellectu. Intellectus igitur cum per oĩa: aſſidue feratur/ ac diſcurrat/ nec duo ſimul ipſe prehendat: vnitatim cunctis rebus inſidet: perq; vnitates omnia digerit/ ac numerat. Apprehendit rerum omniũ multitudinẽ haud ſimul & vnice: ſed (vt diximus) vnitatim ſingulas numerando vnitates: & vnamquãq; per ſe ac ſeorſum prehenſans. Apprehendit enĩ rerum multitudinem/ nõ vt multitudinem vnam/ id eſt ſimul totam: ſed vt multas vnitates. Alia quippe eſt vnius multitudinis: & alia multarum vnitatum ratio. Itaq; abſola ipertis intellectus natura/ cui ſimul ineſſe nequeunt plura: rerum omnium oritur diſcrimen/ differitas/ ratio & numerus. Quid vna multitudo & multe vnitates.

¶ Ab intellectu in memoriam/ omnia rurſũ vt in antiquam naturã in idẽ-
7 titatem/ & in priſcum chaos reuertuntur.

¶ Poſtq̃ omnia trãſiere per intellectũ/ ac ſtata ſunt in memoria: tũ demum in antiquam reuertuntur naturã. Nã eodẽmõ ſubſiſtunt in memoria quo prius in mundo cõſiterant: preter id quod prius in mundo erãt/ ſecundũ ſubſtantiam & materiam. In memoria vero ſunt preter materiẽ & hypoſtaſim/ duntaxat ſecundũ ſpeciem. Sunt autẽ ſimul in memoria: ſicut & prius ſimul extiterant in mundo/ ſiue in ipſa rerũ natura. Stant enim in memoria: velut ingens quedam/ infinita & vnica multitudo. Et licet ſecundum ſubſtantiam (perinde atq; & intellectꝰ) minima ſit/ impers/ incorporea & inquãta memoria: virtute tamẽ & capacitate cenſetur latiſſima. Omnia quippe ſimul capit/ continet/ ac reſeruat: quecunq; numeratim/ ſiue vnitatim/ perq; vnitates digeſta ſpecierum multitudine: ab intellectu in eam manarunt ac petranſierunt. Memoria ſubã mima capacitate latiſſima.

8 ¶ Vnde fit vt memoria ſit altera natura: priori/ extereue nature equa.

¶ Nam ipſe intellectus (de agente intellectu loquimur) vtrinq; medius eſt/ inter mundum atq; memoriam. Bifrons eſt: vna parte in mundum/ alia in memoriã ſpectans. Actus eſt & vertex vtriuſq;: vtraq; natura eminẽtior/ vtriuſq; nature: mũdane & humane iudex. Vtraq; autem natura baſis eſt latitudo & potentia: anguſtiſſimi & verticalis intellectualis acuminis. Ambe equales ſunt inuicem/ vtreq; omnium capaces/ omnia ferentes & continentes. Quelibet earum eſt vt tota & vnica rerum omnium indiſcreta multitudo: & vt vniuerſorũ cõfuſio/ chaos & ſimul poſitio. Ab extera vero & mũdana natura: neceſſe eſt vt omnia in-
Intellectus inter vtrãq; naturam medius.



alteram iternam & humanã naturã/ ſeſe arctiſſimo imperti & mimo intellectus oſtio (haud aliterq̃ defecatiſſima & õni hypoſtaſea ſubã nudata) pripiãt. eoue ſolo arduo arcão & pene iuio aditu: hominẽ exterebrent/ penetrentq; in eius memoriam, que eſt ſecunda & vltima ſenſibilium rerũ natura: & vt celeſtis atq; intellectualis/ earũ thalamus ac ſedes. Vnde fit vt totus humanus animus/ ſit vt quidã triangulus: cuius vertex eſt intellectꝰ/ anterior animi pars. Eius vero baſis memoria/ animi pars interna & profunda omnium/ capax. Illatio.

¶ Que ſit ſumma omnium oppoſitio. Cap. VIII.

VEra & ſumma omnium oppoſitio/eſt hec propoſitio: omnia ſunt in intellectu.

¶Nam poſſibile eſt omnia ſimul eſſe in mundo: ſimiliter & ſimul poſſunt eſſe in memoria. In intellectu autem vtpote minimo & ſperti: impoſſibile eſt vt duo/ aut plura ſimul ſubſiſtant. Summa autem rerum oppoſitio pugnantia/ atq; diſcordia: eſt earū ſimul poſitio in eo ſubiecto aut loco: in quo ſimul eſſe non poſſunt. vt in intellectu: cui nulla ſimul poteſt ineſſe multitudo. Quicquid enim aſſidue intellectui ineſt: vnitas eſt & minimū quiddam ſpartibile: idq; minimo quopiam veluti momento in intellectu perſeuerat. Si enim pluſq̄ inſtanti/ conſiſteret ſpecies in intellectu: paſſibilis eſſet intellectus. & aduentante alia vnitate in eundem (cum aſſidue ſuccedant vnitates in intellectū) due ſimul vnitates/ eſſent in intellectu: quod fieri nequit. Eſt igitur ſolus intellectus/ vera & ſumma rerū oppoſitio: ſiue totius multitudinis plurtas eiuſdem per partes digeſtio ſeorſum ſūptio & aſſidua vnitas. Hec vero ſūma oppoſitio/ hac propoſitione & enunciatione profertur: Omnia ſunt ſimul in intellectu. Eſt enim hec ſumme impoſſibilitatis: cuius nullam aliam afferre potes cauſam/ q̄ q; omnia ſunt plura & multa Si enim plurima & multa non eſſent: contingeret ea ſimul eſſe in intellectu. Ab eo enim q; ſunt ſimul in mundo/ aut ſimul in memoria: arguis potius omnium identitatem & concordiam/ q̄ eorum multitudinē differētiam/ aut pugnantiā. Cum vero ais haud poſſe omnia ſimul eſſe in intellectu: ſubiūgis cauſam rerum nūerum/ differentiam/ diſcordiam/ oppoſitionem & multitudinem. Eſt itaq; intellect⁹ vera huiuſmodi omnium oppoſitio/ lis/ differentia/ diſcretio/ diſtantia/ numerus propria vniuſcuiuſq; ratio & multitudo.

Intellectus eſt aſſidua oim vnitas

Sūma oppoſitio ſūma ē ipoſſibilitas.

¶Omnia in mundo & in memoria/ ſunt vnum.

¶Nam omnia in propriſ ſedibus naturis & locis: ſunt indiſtātia & indifferentia. Eſt enim diſtantium & differentium lis: vnitas & propinquitas ipſorum. Propinquitas vero & vnitas ipſorum: lis eorum eſt & diſcordia. Aſt neq; in mūdo/ neq; in memoria: propinqua ſunt/ aut coniuncta omnia. Cum in vtroq; ſubſiſtant omnia/ vt abinuicem diſtantia vt ordinata/ in propriſ ſedibus/ ſuiſue naturis collocata. Eſt enim & ipſa quidem memoria/ natura quedā: & natura altera. que ad prime & mundane nature imitationem/ tribuit vnicuiq; in ſemetipſa propriā/ peculiare mue ſedem. Nempe memoria licet ſubſtantia ſit impers: virtute tamen probatur latiſſima: tanteq; capacitatis quanta eſt & mundi capacitas. Itaq; cum diſtantium diſtantia & ſeparatorum abiunctio/ ſit eorū pax & vnitas: omnia vero & in mundo & in memoria ſint vt ſeparata/ atq; in propriſ locis ordinata & vt in baſi trianguli ſita: dicunt vniuerſa & in mundo & in memoria: eſſe vt indifferentia vt indiſtantia & vt vnum.

Meōria eſt Altera natura.

¶Mundus & memoria/ ſunt vt oīm rerū proprietas: inferens earū vnitatē.

¶Nam & in mundo & in memoria ſtant propriſ locis omnia/ ſingula in ſeipſis/ in ſuaue natura. Hoc autem accidit ex vtriuſq; & mundi & memorie latitudine & amplitudine: in qua vnūquodq; proprium ſortitur locum. Quanta etenim eſt ſubſtantiarum in mundo diſtantia/ quantū diſcrimem/ quantis abinuicem diſcludūtur interuallis: tāta eſt in memoria ſpecierum latitudo/ eadēq; ſpeciei extra ſpeciem/ poſitio & ordinatio. Sicut enim in mundo/ rerum ſubſtantie ſunt ipermixte: ita & earum ſpecies in meōria inconfuſe. Subſiſtit in mundo ſubſtātia ois extra aliam ſubſtantiā. Nulle ſubſtantie ſunt ſimul/ Nulla alij permiſcetur/ aut in ea recipitur. Mundus enī tam latus & fuſus eſt: vt vnicuiq; ſubſtantie/ propriā in ſe tribuere ſufficiat ſedem. Et hec ſedium locorūue proprietas: pax eſt concordia & vnitas rerum oīm in mundo. Similiter & in memoria/ ſubſiſtit ſpecies extra ſpeciem. Nulle due ſpecies/ aut plures confuſe ſunt/ aut ſimul: nulla alij permixta/ aut cū ea in memoria. Capax enim eſt omnium meōria. Ea quoq; tam ingens eſt/ tā ſpacioſa tanteq; amplitudinis: vt ſufficiat vnicuiq; ſpeciei/ proprium in ſeipſa deputare locū. Omnia deniq; ſine pugna & lite cōtinet/ ſtatuitq; ſingula in ſua ſede & natura. Et hec rurſum vniuerſorū in memoria proprietas: eorū eſt vnitas/ pax/ amor/ cōmunitas/ concordia. Eſt igitur tā mūdus/ q̄ meōria: proprietas rerū/ inferens earū vnitatē & pacē. Quia enī tā in mundo/ q̄ in memoria: ſubſiſtunt ſingula in ſeipſis: ideo indiſtantia/ indifferentia & vnū cenſentur.

Queī mūdo ſubārū eadem & ī memoria ſpecierum ordinatio.

Latitudo Memorie.

¶Intellectus eſt vt omnium communitas & vnitas eliciens eorū nūerum.

¶Cum enī ſit impers intellectus & minimus/ ac vtriuſq; trianguli ſiue mūdani/ ſiue hūani apex: haud poteſt duabus/ aut pluribus ſpecieb⁹ peculiarem in ſeſe deputare ſedem. Nam

ſuſcepturus ſecundam ſpeciem: cõtinuo primã ab ſua arce depellit/ ſtatuitq; eam in meõria Nullis igitur ſpecieb9/ vlla eſt in intellectu ſediũ locorumue proprietas. Cõmunitas quippe eſt omnium intellectus: & publiciſſimus ſpecierũ tranſitus/ a mũdo ad memoriã Nichil aliunde ſubit influitue hominis animũ: q̃ perexiguo intellect9 tubulo. Nil aut in mũdo eſt/ aut in meõria: quod non patulis illius & cuncta ſpectantibus oculis luſtretur captetur hauriatur. Valuas ipſe obſidet animi: ne quicq̃ ipurũ/ ne quid indefecatum/ illiquidũ/ aut materie permixtione diſſimile: irrũpat. Vt arctiſſimus iudex & limentinus Ianus: vt totius animi infundibulũ: craſſã nullam aut ypoſtaſeam ſubſtantiã/ intus admittt. Deſpuit quicquid mortale/ diuiduum & ſeparabile a ſeipſo. Immultiplicabilis eſt & ſemper vnus dyadis aut multitudinis incapax. Eſt igitur is intellectus/ vera & indiuidua omniũ vnitas: omnia vnitatim ac ſigillatim numerans/ omnẽq; rerum numerum eliciens. Proprietates intellect9

¶ Solus intellectus omnia numerat. Mundus & memoria nũerant nichil. ¶ Id proprie eſt numerabile: quod iterari numero & frequenter ſumi poteſt. Quod autem tantum vnice & ſemel ſumitur: id haudquaq̃ numerari dicitur. Nempe vnitas numerus nõ eſt: omnis autem numerus/ eſt pluritas vnitatum. Solus igitur intellectus/ omnia veraciter numerat. cum frequenter/ pluries & ſecundum numerum: captet ſorbeatq; ipſas rerũ vnitates ac ſpecies: primo vnã/ ſecũdo aliã & ita deiceps. Mũd9 autẽ & meõria/ nũerare nõ poſſũt cũ que in ipſis ſũt: frequẽter/ pluieſue ſumi aut iterari nequeãt. Nã tota rerũ multitudo ẽ in mũdo. Oim quoq; ſpecierũ par equaue multitudo eſt i meõria. Huiuſmodi autẽ multitudo itear /aut frequẽter ſumi nequit cum ſit tantũ vna. Non enibis /ter/ aut pluries ſumi poteſt. Solus igitur intellectus omnia numerat: qui eſt vnitatis reſumptio & multitudo. Mundus autem & meõria nichil/ numerant: cum tantum ſemel/ ipſis inſit rerum oim multitudo Multitudo oim pluris ſumi neqt.

¶ Q1 intellectus ſit lis & oppoſitio vtriuſq; nature: mũdane/ atq; humane. Cap. VIIII.

1 Triuſq; nature: mundane/ atq; humane lis & oppoſitio: eſt intellectus.

¶ Liquet hec ſtatim ex precedentibus. Nam & in mundo & in hũana memoria (ſunt enim he ambe nature) ſunt omnia in pace & vnitate: ſingula (vt dictum eſt) in locis propriis/ /ſuiſue ſedibus & extra ſeinuicem. In intellectu autẽ proprietatem habent nullã: vt cuius anguſtie in proprias rerum ſedes/ diſtribui ac diuidi nequeũt. Que igitur in vtraq; natura & mũdana & humana/ in pace conſiſtunt: in intellectu/ perpetua lite abinuicem diſcrepant/ dirimũtur/ atq; nũerantur. Is igit̃ haud imerito vtriuſq; nature lis nũerus & oppoſitio cẽſeatur. Intellect9 nullis in ſe tribuit ſedẽ

2 ¶ Linee vtriuſq; nature/ ad inuicem ſunt equidiſtantes. Linea vero intellect9 ſiue ſucceſſionis ſpecierum a prima natura in ſecundam: ad vtrãq; equidiſtãtiũ/ eſt perpendicularis.

¶ Mundana natura: in qua ſunt omnia: eſt vt vni9 trianguli baſis. Oppoſiti vero trianguli baſis/ eſt humana memoria. in qua eodẽ modo diſpoſite ſunt omnes ſpecies: quo & ſubſtantie in mundo/ mundanaue natura. Vtriuſq; autẽ trianguli cõmunis vertex: eſt intellectus. Sicut igitur duorum huiuſmodi triangulorum baſes ſunt equidiſtãtes: ita & ambe nature/ mũdana ſcz & hũana: dicuntur abinuicẽ equidiſtãtes. Partior autẽ vtriuſq; triãguli baſes medias: & medias earũ pũcta iungo linea ad vtrãq; equidiſtãtium perpendiculari: q̃ erit axis vtriuſq; triãguli mundani & hũani. Hãc itaq; ppẽdicularẽ: dico eſſe verã & eq̃tãlineã intellect9 ſiue ſucceſſionis & tranſlationis omnium rerum a mundo/ ad humanam meõriam. Et hec manifeſtior propoſitio ex ſeqnentibus euadet.



3 ¶ Linea ſucceſſiõis oim rerũ a mũdo/ ad meõriã vtriq; eq diſtãtiũ euadit eq̃ lis.

¶ Sit due eqdiſtãtes a b c d e: & f g h i k. Et hec linea meõrie illa vero linea mũdi dicatur. Partior vtrãq; mediã/ i pũctis c & h. Et ſuper puncta c & h: duco ſup lineã vtrãq; medios arcus: ſecundum quantitatem medietatis vtriuſq; quos arcus/ volovt ſeſe contingant puncto/ m. Sunt enim mundus & homo/ velut hi duo) arcus inuicem attigui.

Et ad punctum m: a punctis c & h: duco geminas perpendiculares/ que inuicem erũt directe & linea vna: ſcilicet c m h. Hanc igitur dico eſſe lineam ſucceſſionis ſpecierum/ a mundo per itellectum ad memoriam: totamq; ſimul equalẽ eſſe linee mũdi a e lineeq; memorie c K. Hoc enim manifeſtum eſt/ ex natura yſochelij orthogonij. cuius axis/ eſt ſue baſis medietas. duorum vero triangulorũ eodem vertice communicatium axes: vtriuſq; baſi equales. Erit eni vterq; trigonꝰ in ſemicirculo/ ad arcũ & punctũ m factꝰ: ortogoniꝰ yſocheles. 4

¶ Linea perpendicularis vtriuſq; nature/ ſiue ſucceſſionis omnium a mũdo ad memoriam: eſt omnia.

¶ Nã vtraq; eqdistãtiũ a e & f k eſt oia. Eſt enĩ mũdus pandectes/ id eſt oĩa continẽs: identidẽ & memoria pariter eſt oia. Et linea meõrie: linee mũdi eſt equalis. linea vero c m h vtriuſq; media & ad vtrãq; perpẽdicularis: eſt ambabus equalis. Si igit vtraq; equidiſtãtiũ baſiũ eſt omnia (Eſt eni mũdus oia et memoria omnia) erit & media vtriuſq; perpendicularis & vtriq; equalis/ eodẽ modo omnia. Eſt enim & hec linea: deferens omnia/ a mundo per intellectũ in memoriã. Sunt itaq; omnia in mũdo/ omnia in meõria: & oĩa in vtriuſq; medio.

¶ Humanus animus & mundus: vnũ & orbem complet & quadratum.

¶ Hec ex precedente relinquitur manifeſtiſſima. Sumpta enim a ante precedentis figura: medius arcus/ a m e/ arcus eſt mundi. Alius vero arcus medi/ priori in puncto m attiguus. qui eſt f m k: arcus eſt humani ai. Hi autẽ duo arcꝰ licet preposteri & auerſi ſint: ſimul tamen vnũ iplent orbẽ mixtum ex mundo & hominis animo. Sed & cum vtreq; baſes & media vtriuſq; perpendicularis ſint equales: productis lineis/ a f & e k: abſolues quadratum a f e k. cuius quattuor latera equa erunt: & cuius medietas vna/ erit humani animi: reliqua vero mundi.



6

¶ Huius quadrati centrum & punctum interſectionis dyametrorum: eſt intellectus.

¶ Duc in figura precedentis/ duas dyametros a m k & e m f. dico m interſectionis earum punctum totiuſq; quadrati a f e k centrũ: eſſe intellectum. Id enĩ punctũ: vertex eſt vtriuſq; trianguli: Mũdani a m e: hũani vero f m k. Concurrentia eteni eũ & concurſus mundi/ atq; memorie: finis quidem mundi initium vero hominis/ humaniue animi. Vnde manifeſtum eſt ex mũdo/ atq; homine: cõflari quattuor trigonos orthogonios/ & yſochelios equales: ſemicirculos identidem duos/ equales: orbem vnum & quadratum vnũ.

Illatio. 7

¶ Vnde fit vt iterũ intellectus: deprehendat eſſe vtriuſq; nature oppoſitio.

¶ Nam prius docuimus rerum identitatem: equidiſtantibus lineis exprimi. Oppoſitionem vero & differentiã: linearum interſectione/ atq; dyametris deſignari. Eſt igitur vtraq; natura mundana/ atq; humana: rerum omnium identitas & vnitas. Earum quippe linee/ ſunt equidiſtantes: vt a e & f K. Intellectus vero rerũ omnium eſt oppoſitio: cum ſit vtriuſq; dyametri/ communis ſectio vt punctum m. Eſt enim vt diximus) punctum m intellectus. 8

¶ Mundani radij obliqui penetrantes in memoriam: ab intellectu vt diſſimili/ ſed rariore & ſimpliciore medio: franguntur/ citra perpendicularem. Solus perpendicularis vnus/ continuus/ infractuſq; humanum ſubit aim/ vſq; ad memorie contactum.

Radiorum Natura.

¶ Vniuerſorum radiorum natura eſt: vt diſſimilis medij occurſu frãgantur. Si denſius occurrit medium: franguntur & colliguntur ad medium & ppẽdicularem. Cum vero ſubtilius/ rariuſq; medium offendunt: ediuerſo a medio & perpendiculari/ frangũtur ad latera & extrema. Eſt autem mũdana aura (nam materialis & corporea) intellectuali craſſior/ ac dẽſior. Intellectuales antem thalami: ſubtiliore/ rariore & ſinceriore (quippe immateriali) aura complentur. Vbi igitur mundani radij/ deferentes in animum mundanarum rerum ſpecies: ad animi contactum/ ad os & angũſtias intellectus perferuntur/ atq; perueniunt: in eo contactu & puncto/ in totius ſcilicet animi apice ac vertice ſummo: qui eorum ſunt obliqui/ vniuerſi ad latera/ ſeorſum a perpendiculari & ad equales angulos frangũtur. Solꝰ autem perpẽdicularis/ mediuſue radius: vnus/ directus/ continuꝰ/ infractuſq; euadit. pertranſitq;

Mundana aura deſior intellectualis ſubtilior.

a mundi baſi: vſq; ad baſim animi: quam diximus eſſe memoriã ac totius animi extremũ. Sit enim ſuperiorum propoſitionum figura. Et ſint a/b/c/d/e: mundane quinq; ſubſtãtie/in linea a e & baſi mundi ſite. Sint vero f/g/h/i/k/quinq; earum intellectuales ſpecies: in linea f k/que eſt animi baſis ipſaue mẽoria collocate. Sitq; triãgulus a m e: mundi regio ac ſpacium. Triangulus vero f m k: ſit totius anime/ totiuſue animi thalamus & plenitudo/ mundano triangulo ſubtilior. Punctũ (vt ſepe diximus) m intellectus eſt: & toti⁹ humani animi oſtium quo ſolo vniuerſe ſpecies: influere animi aulã ac mentis ſubire thalamos nate ſunt. Solus igitur radius perpendicularis c m h: hois animũ ſubibit ifractus. ceteros vero obliquos quattuor a m/ b m/ d m & e m: ĩ pũcto intellect⁹ m/ĩ ai cõtactu frãgi oportet/ ad eq̃les ãgulos & a perpendiculari. Frangetur enim radius a m/ in m f: b m/ in m g: d m/ in m i: & e m/ in m K. eritq; f/ intellectualis ſpecies mũdane ſubſtantie a. g vero ſpecies/ b/ h ſpecies c: i ſpecies d: k vero/ ſpecies ipſius e. Eſt enim idem in memoria/ ſpecierum ordo: qui & ſubſtantiarum in mundo.



¶De oppoſitione vnitatis & numeri. Cap. X.

1 Nitas ſola eſt numerabilis: multitudo vero innumerabilis.

Sicut prius de intellectus & memorie oppoſitione diximus: ita & nunc de vnitatis & numeri oppoſitione/ proportionabiliter eſt dicẽdum. Eſt enĩ vnitas intellectui: mẽoria vero numero proportionabilis. Multitudo igit cũ frequenter ſumi & iterari nequeat/ ſed tantũ ſemel: innumerabilis cenſetur. Vnitas vero cum frequẽter ſumi queat & multotiens iterari: cenſetur numerabilis.

2 ¶Numerus: eſt frequens & iterata eiuſdem ſumptio.

¶Vnitas haud eſt numerus: ſed numerorum omnium fons/ atq; initium. Vnitatis vero frequens & iterata ſumptio: gignit numerum/ id eſt multitudinem vnitatum.

3 ¶Vnde fit vt omnis numerus: haud ſui/ ſed ſolius vnitatis ſit nũerus & multitudo: ſui vero vnitas.

¶Cum ſit numerus/ frequens eiuſdem ſumptio: nullus numerus/ erit ſui numerus. Nullus enim eſt ſuiipſius iteratio/ frequens ſumptio & multitudo. Omnis quippe numerus: tãtum ſemel & ſecundum vnitatem/ ſibiipſi ineſt. Ineſt autem vnitas: pluries/ omni numero. Eſt igitur oĩs nũerus/ vnitas nñeri & ſui: vnitatis vero & ſui principij/ nũer⁹ eſt: atq; multitudo.

4 ¶Omnis numerus eſt multa vnitas & vna multitudo.

¶Numerus in ratione numeri/ vnitas eſt: & in vnitatis ratione numerus & multitudo. Vt igitur numerus ſit id quod eſt/ id eſt numerus: ſtatuendus eſt in vnitate & conferendus indiuidue vnitati/ cuius ſoli⁹ eſt iterata ſumptio. Q; ſi eum in ſemetipſo ſtatuis/ figiſq; in numero: continuo propria illum ratione deſtituis: vnitatis illi rationem/ nomenq; tribuens. Vt quaternitas vna/ ẽ quaternitas: & quaterna vnitas. Quaternitas/ vt q̃ternitas/ vnitas eſt & vt vnitas/ eſt quaternitas. Sumit enim quater vnitatem: ac tãtum ſemel quaternitatem. Ineſt vnitati perſeipſam: & per vnitatem ſibiipſi. Seipſa ſua ratione tranſit in vnitatem: vnitate vero vnitatiſue ratione/ redit in ſeipſam & inſemetipſa ſiſtitur.

O ĩs nũer⁹ tãtũ ſemel eſt inſeipſo

5 ¶Omnis numerus/ vt adiectus & denominans eſt numerus: vt vero ſubſtãtiuus & denominatus/ tranſit in vnitatem.

Adiectiuũ & ſubſtantiuum oppoſita quedam ſunt identidem & de nominans/ ac de nominatum. Eorum igitur rationibus/ variatur & numerus. Vt enim numerus adiectiuus eſt & denominans vnitatem: eſt numerus. Velut cum dicis multe (vt quattuor) vnitates. Vr vero ſubſtantiuus & denomĩans efficitur: extemplo in vnitatẽ tranſit/ fitq; vnitas. Velut cũ profers vnam multitudinẽ vt quaternitatem vnam. Eſt enim vna multitudo haud multitudo ſed vnitas multitudinis. Multa vero vnitas: haud vnitas eſt: ſed multitudo vnitatis.

Quattuor	Vnitates	Numerus
4	I I I I	
I	4	
Vna	Quaternitas	Vnitas

6

¶Cuiuſlibet numeri ratio & intellectus: eſt in vnitate.

¶Nam res & ratio ſunt oppoſita: perinde atq; vnitas & numer⁹. Cuiuſuis autē numeri / res & ſubſtantia: eſt in ipſomet numero / ſiue ipſemet numerus. Eius igitur ratio erit in eius oppoſito: id eſt in vnitate / ſiue ipſamet vnitas. Ois quippe numerus: ad ſolam vnitatem / ratio nē habet numeri. Ea etenim mens que numerū iudicat vt numerum: actu illum confert vnitati / ſtatuitq; in vnitate: que multotiens ineſt ipſi numero. Si autem relicta vnitate / intellectus ſolum numerum in ſemetipſo intueatur: illū ſine pluritate deprehendit / vocatq; vnitatem. Sicut & creatura: ad deum quidem creatura eſt: ī ſe vero & ad creaturam eſt vt de⁹. Omnis quoq; finis & quicquid ab aliquo manat initio: ad principium ipſum / rationem habet finis. Ad finem vero & ad ſeipſum: rationē recipit principij. Finis quippe in pricipio eſt finis: & in fine principium. Vt homo in homine & in animali de⁹ eſt: ī deo vero / homo · Eſt enim deus hominis principium: homo vero dei finis / emanatio & creatura.

Mēs nūerū iudicat ab vnitate.

Homo ad brutū aial vt deus

7

¶Vnde fit vt vnitas: ſit intellectu & ratione / omnis numerus.

¶Nam vniuſcuiuſq; numeri intellectus & ratio: eſt in vnitate / ſiue vnitas. Eſt igitur vnitas omnis rationalis & intellectualis numerus. Et cum numerorum ſeries ſit actu incompleta & potentia infinita: omnis vero ratio & intellectus completa abſoluta & perfecta ſint erit vnitas / actu omnis numer⁹: tam qui in actu eſt / q̄ qui in potentia. Erit itaq; vnitas / intellectualis quidam & rationalis numerus / actu infinitus: totiuſq; ſeriei numerorum vera & cōſumata abſolutio. Nam ſi numerus eſt potentia infinitus: vtiq; & potentia numerorū erit infinita. Numerorum autem potentia & proferens virtus: vnitas eſt. Eſt igitur vnitas / virtus & potentia numerorum / actu ifinita: & vt actu omnis numerus / qui extra vnitatem nō actu ſed poſſibilis cenſetur.

Vnitas eſt intellectuois nūerus

Vnitas oiz fōs nūeroz

8

¶Vnitas ſola & numerat & numeratur. Multitudo neq; numerat / neq; numeratur.

¶Oſtendim⁹ ſolam vnitatē numerari poſſe. Q̄ vero ſola quoq; ipſa numeret: hinc dilucet. Nam numerare / eſt vnitatim ſingula digerere / atq; pertranſire. Quod enim omnia ſimul / conunctim & vnice concipit & ambit: id ea minime numerat / ſed ſecundū vnitatē ea ſumit. Quemadmodū prius memoriam nichil numerare / multiplicare aut reſumere poſſe diximus: q⁹ & vnice & ſimul omnia capiat & cōplectatur. Solum autem intellectū numerare: & per partes / atq; vnitates concipere ſingula. Sicut igitur numerare / proprium eſt ſoli⁹ intellectus: ita & ipſi⁹ vnitatis. que plurifarie omnem numerum digerit / abſoluit / pertrāſitq;. Et ſicut ois nūerus eſt numerus ſoli⁹ vnitatis: ita & meōria nūerus eſt & dyas intellectus.

Quid numerare.

9

¶Interſecte & oppoſite habitudines / de numero dicuntur. Eedem vero & equidiſtantes de vnitate.

¶Diximus prius equidiſtantiam & interſetionem / eſſe inuicem oppoſita: per que de cunctis philoſophari licet. Eſt enim equidiſtantia eiuſdē de eodem predicatio: vt cum dixim⁹ vnitas vnitatis / aut numerus numeri. Interſectio vero diuerſa eſt angularis & mixta p̄dicatio / oppoſiti de oppoſito: vt vnitas numeri / numerus vnitatis. Harum igitur quattuor habitudinum / ambe ī=terſecte & oppoſite / dicunt de numero. Eſt eni numerus: nūer⁹ vnitatis & nūeri vnitas. Relique vero eedem & equidiſtantes ſupereſt vt de vnitate ſint p̄dicande. Eſt enim vnitas / vnitatis vnitas: & numeri numer⁹. Identitatis identitas: & oppoſitionis oppoſitio

Quid equidiſtantia & interſectio.



Oꝛ oppoſitorum alterum/alterius fons & origo Cap. XI.



1 Ppoſitorum alterum ex neceſſitate prius eſt & potius: alterū vero poſterius/minuſq; perfectum

¶ Identitas prior eſt oppoſitione: idem prius oppoſito. Vnitas prior numero/deꝰ prior creatura. Ens nō ente/Affirmatio negatione: Lux tenebris/Ortꝰ occaſu/Principium fine. Et ita in vniuerſis/facili inductione liquido alterum oppoſitorum preſtantius & prius: alterum vero poſterius minuſq; perfectum comperies. Inductio oppoſitorū

2 ¶ Impoſſibile eſt duo aliqua/eſſe preciſe & eque prima.

¶ Hec propoſitio omnem tollit fōtanam dyadem/aut multitudinem: ſtatuēs omni dyadē & multitudine/priorem vnitatem velut ipſius dyadis/totiuſq; multitudinis initium ac fontem. Nam ſi eſſent duo eque & preciſe prima: ipſa comparationis rationem haberent adinuicem nullam. Nichil enim eſſet alterum alterius. Incōmunicātia eſſent & penitus abinuicem ſeparata: neq; ſubſtantia/neq; vlla ratione communicantia. Cis prima tus vnitati aſcribendꝰ

3 ¶ Neceſſe eſt oppoſitorum alterum alteri preſtare originem: & ortum eſſe ſecundum a primo.

¶ Nam duo eque prima eſſe nequunt. Omni quippe dyade monas eſt prior. In idipſum aſſentiuntur/concordantue natura & intellectus. Natura ſiquidem nil habet prius monade: nil anterius vnico/ſimplici/minimo & indiuiduo. Intellectus quoq; per cuncta diſcurrens: nil prius & eminētius offendit monade. Nil ante vnū ſimpliciſſimum/minimū atq; indiuiduum concipit. Et ex eodem minimo tam natura/q̄ intellectus: omnia proferunt/atq; eliciunt. Statutis enim ſimul & propoſitis intellectui/equa lance duobus oppoſitis: haud ſimul (vt diximus) intellectus (cum minimus ſit & impers) vtraq; deprehendet. Neq; ſimul vtriſq; afficietur: ſed prius vno/poſterius altero. Si primo intellectus/id eorum quod poſterius eſt ſpectabit: illud ſtatim in id qnod prius eſt ab eo reſoluetur. Si vero quod prius eſt primo intuebitur: ex eo quoq; naturali quadam fecunditate atq; diſcurſu alterū proferet/atq; eliciet Itaq; deus fons eſt creature/Vnitas fons numeri: Principium vero finis. Extremum mediꝭ. Ortus occaſus: priꝰ poſterioris/affirmatio negationis: lux vmbre/ꝓpinquitas diſtātie/Idētitas alteritatis. Et ita omnem oppoſitorum dyadem/in monadem & vnitatem facile reſoluues. Et ex hac propoſitione: quecunq; de deo & ſūmo omnium principio veraciter credimꝰ poſſunt liquido inferri. Neceſſariam inquam eſſe ſūmi principij vnitatē: excluſa omni principiorū & eternorū entiū multitudine. Neceſſariam itē & internā eiuſdē principij diſcretionem/atq; trinitatem: in qua extremū imprimis vnū/ab alio pendet oriturue extremo: & abextremis medium.

4 ¶ Sicut intellectus inchoat ab vnitate: ita & natura & ſubſtantia omnis/ab vnitate pendit. Pulchra Analogia q̄ ſicut intellectualium ſpērum multitudo per vnū & ab vno intellectuali fōte irrupit in aīam ita & oīs ſubā rū multitudo/dunta xat pvnū & ab vno ſubāli fōte introducta eſt in vniuerſum

¶ Natura prior eſt hūano intellectu. Et ad nature imitationē/atq; imaginē: hūanꝰ cieꝰ/mouetur/erudiē & pficitur intellectꝰ. Sicut igit hūane eruditionis initiū/eſt vnitas ſiue vnica minima & indiuidua intellectualis ſpēs: ita & nature & oīs ſubſtātie fōs/eſt diuina & eminētiſſima monas. Oīs eni intellectualiū ſpecierū (q̄ plurime ſunt & inūere meōria) varietas: a fontali intellectꝰ eſt orta vnitate: que ſēper vnica ſigularis & imultiplicabilis pſeuerat. Oīs & eodē modo creaturarū/q̄ ſūt in vniuerſo pluralitas & multitudo innūera: a diuina proceſſit vnitate/q̄ & ſēp vnica/ſigularis & imultiplicata pdurat. Eodē qppe modo principia tam nature q̄ aīmi: pluralitatē & multitudinē excludūt. Eſt enī aīmi pricipiū & anterior ps intellectꝰ: finis vero animi meōria intellectionis dyas. Ita & initiū creature/deꝰ vnicꝰ eſt: dei vero finis emanatio ꝓceſſus/creatura plurima & inūcra. Et niſi ꝓter ꝓpoſitū & ntentū feciſſe videremur/rōes ex oppoſitis necteremꝰ: qbus palam & diuina vnitas/exploſa gētilicia deorū multitudine: & iternꝰ diuīe illius fontane vnitatis numerus vnitate/eq̄litate & emanatiōe cōſumatus ꝓmereꝭ. Eadem quippe & quidē propatula ratione/externꝰ deitatis nūerꝰ explodēdꝰ eſt: & claudēdꝰ eliciendufue iternus. Eadē ratio q̄ diuinā ſtatuit vnitatē: infert & (tollēdi diuini torporis cauſa) diuinā trinitatē. Et q̄ diuinā trinitatē nobis ꝓmit: eternā Materie/Vniuerſi & creaturarū oīm tollit neceſſitatē. Gētilicꝰ error eſt deorū multitudo. Hebreorū pfidia: ſacratiſſime trinitatis numerū proterue deſpuit. Chriſtianorū vera & indubitata profeſſio: diuinā & vnitatē & trinitatē certiſſima & inteмerata fide credit.

Natura	Veritas	Subārum	Causa	
Intellectus	Imago	Specierum	Causa	
Natura	Ab vnitate	Substātias	Elicit	In mundu
Intellectus	Ab vnitate	Species	Introducit	In animū
In natura	Nulle res	Sunt	Eque	Prime
In itellectu	Nulle spēs	Sunt	Eque	Prime

Qꝛ rursus alterum oppositorum per se: alterum vero alterius ratione/sibi ipsi coheret.

Cap. XII.

OPpositorum alterum: per se est id quod est/sibiq; cōstat. Altum vero dnmtaxat alterius ratione/sibiipsi coheret 1

Oppositorū p̄stanti⁹ alterius est origo.

¶ Oppositorum quod prestantius est & alterius origo: per seipsū id quod est/est: sibiq; seipso cōstat. Quod vero secundum est/deriuatitium & imperfectum: perfectioris ratione sibiipsi coheret deq; seipso/haud sui: sed sue originis/suiq; principij medio dicit & verissime enunciatur. Ens eni sibiipsi ente iungitur: itidem & nō ens/sibiipsi medio ente alligatur atq; coheret. Nam & ens est ens: & non ens est non ens Eodemq; medio (ipso scilicet esse) vtrūq; de seipso dicitur. De non ente autem/secundum non esse: dicitur & predicatur ens. Non ens quippe/non est ens. Similiter & verum veraciter est verum & falso falsū. Falsum quoq; veraciter falsū: falso autem verum. Constant itaq; ens & nō ens/ente. Verū quoq; & falsum/veritate sibi coherent. Et eadem lege in cunctis oppositis perge.

Verū falsū.



¶ Oppositorum quod prestantius est: & suimet & alterius oppositi nexus euadit 2

Enūciatio oppositorū trinitate termiorum perficitur.

¶ In enunciationib⁹ & propositionib⁹ oppositorum: trinitas terminorū & vocū contingit subiecti scilicet predicati & medij. Dicitur enim de subiecto predicatum/sub aliquo medio & vtriusq; nexu. Enunciatur autē oppositorum prestantius: de seipso/per seipsum. Eiusq; pronunciationis termini tres/sunt ijdem. Vt veritas/vera est veritas: seu veraciter/aut in veritate veritas. Ens est ens: siue ens ente ens. Quod autem min⁹ est perfectum: de seipso haud proprio sed alterius medio enunciatur. Extrema quidem subiectum & predicatū: eadē sunt. Mediū autem eis est dissonū/atq; dissimile. Vt non ens/est non ens: siue non ens ente non ens. Et falsitas/est vera falsitas: siue veraciter & in veritate falsitas. heret eni agglutinatue sibiipsi falsitas: veritatis nexu & copula.

¶ Vnde fit vt oppositorum prestantius: sit seipso perfectū & trinum. 3

Perfectio trinitatis causa.

Nam ei⁹ de seipso enūciatio est trina: trinisq; terminis & ijsdē costat: ex duobus inquam extremis & medio. Idem eni est qui dicitur & predicatur. idem subiectum quo de enuunciatur/idem deniq; totius enūciationis medium. Vr veritas/vera veritas. Est igitur oppositorum prestātius: seipso p̄fectum & trinum. Etenim trinitas/non perfectionis: sed perfectio trinitatis est causa. Imperfectum autem oppositum: dissimili medio/sibi coniungit deficitq; & a trinitate & a perfectione. Est eni falsitas/haudquaq̄ falsa falsitas: sed vera falsitas. Similiter & affirmatio affirmata affirmatio est & negata negatio At negatio si affirmtaiōe sumitur negatio vocatur si vero negationi comparatur in affirmationem resoluitur Est eni affirmata negatio negatio: negata vero negatio est affirmatio



¶ Oppositorū equidistātia perfecto exprimitur: intersectio vero īperfecto. 4

¶Hec propoſitio vniuerſaliſſima eſt: ad omniū oppoſitorū cōplendā & abſoluendā figurā: Eorū autē equidiſtātia/ ſunt linee equidiſtantes: ſiue enūciationes quib⁹ vtrūq; ſibipſi ſubeſt/ diciturq; deſeipſo. Interſectiones vero ſunt ambe dyametri: quibus contrarie & alterne oppoſitū de oppoſito enūciatur. Itaq; ad abſoluendā duorū quorūcunq; oppoſitorū figuram productis eorū lineis & equidiſtantibus & dyametris: diſpoſitiſq; ſecundū lineas ambobus oppoſitis illinc vt ſubiectis hinc vt predicatis: ſcribe ſecundū lōgitudinē vtriuſq; eqdiſtantiū/ perfecti oppoſiti nomē. In vtraq; vero dyametro: ſcribendū abſte eſt nomē imperfecti: atq; hoc pacto abſolues enūciationū media qb⁹ aut equidiſtāter de ſeipſis/ aut iterſecte alterū de altero dicūtur. Erunt enim in hūc modū quattuor enūciationes/ vere & q̄ neceſſarie. Nā veritas/ vera eſt veritas: & falſitas vera falſitas. Et rurſum veritas/ falſa falſitas eſt. Falſitas vero/ falſa veritas. Et ita in cūctis procede.



5 ¶Oppoſitorum equidiſtātia de perfecto eſt enūcianda: interſectio vero de imperfecto.

¶Hec diſtat a precedente ſicut predicatū / a medio enunciationis termino. Nam precedens de totius enunciationis copula & medio/ locuta eſt. Hec vero de predicato intēdit. De perfecto quippe oppoſito: equidiſtantes habitudines/ dicūtur hoc pacto. Veritas eſt vera veritas & falſa falſitas. Neceſſitas eſt neceſſaria neceſſitas: & impoſſibilis impoſſibilitas. Cetere autē interſecte cōparationes/ imperfecto congruūt oppoſito. Eſt enim falſitas/ falſa veritas: & vera falſitas. Impoſſibilitas vero/ ipoſſibilis neceſſitas: & neceſſaria impoſſibilitas. Lux/ clara lux eſt: & obſcure tenebre. Tenebre vero/ lucide tenebre: & obſcura lux. Et de ceteris iudicium idem.

Veritas	Vera	Veritas	Eſt
Veritas	Falſa	Falſitas	Eſt
Falſitas	Vera	Falſitas	Eſt
Falſitas	Falſa	Veritas	Eſt

6 ¶Oppoſitorum perfectum: ſuapte natura & proprietate/ eſt immutabile: imperfectum vero ſeipſo mutabile & a ſemetipſo diuiſum.

¶Oppoſitorū namq; perfectū (vt dixim⁹) ſeipſo ſumptū/ ſeſe reſtituit. Vt lux lucida lux eſt Veritas/ vera veritas: Neceſſitas/ neceſſaria/ neceſſitas. Eſt igitur ſuapte natura & proprietate immutabile: & a ſeipſo indiſcluſum atq; indiſiunctū. Imperfectū autē oppoſitū: ſeipſo demutatur/ tranſitq; in oppoſitū. Nam ſeipſo ſumptū/ haudquaq̄ ſeſe: ſed ſuū oppoſitū reſtituit/ ac gignit. Falſa eteni falſitas/ eſt veritas. Impoſſibilis/ impoſſibilitas: neceſſitas eſt. Obſcure tenebre/ lux. Negata negatio/ affirmatio. Si autē vis vt impfectū ſibi conſtet/ ſeq; reſtituat: ſumendū illud abſte eſt & multiplicādū perfecto. Tenebre nēpe clare: tenebre ſunt. Negatio affirmata/ negatio eſt. Falſitas vera/ eſt falſitas. Eſt igitur imperfectū oppoſitū: ſeipſo mobile/ inconſtans/ varium & a ſeipſo diuiſum. Iungitur quippe ſibiipſi/ diſſimili copula ſibiq; alieno vinculo & medio agglutinatur.

Impfectio ſibi ac ſeipſa incōſtās

7 ¶Oppoſitorum perfectum: eſt et ſui & alterius identitas/ conſtantia ſtatus et copula. Imperfectum vero & ſui ipſius & perfecti oppoſiti alteritas eſt/ diuiſio/ inconſtantia & motus.

¶Nam vtrūq; oppoſitorū: de ſeipſo/ ſub perfecti oppoſiti & ratione & nomine enūciatur ac dicitur. Vt lux lucida lux. Tenebre vero/ lucide tenebre. Et rurſum ambo cōtrarie & iterſecte: ſub imperfecti ratione & nomine enūciantur. Vt lux/ obſcure tenebre: tenebre vero/ obſcura lux. Eſt igitur oppoſitorū preſtantius: & ſibiipſi & alteri identitas/ conſtantia/ ſtatꝰ inſeipſo copula. Reliquū vero imperfectū: eſt & ſui & p̄ſtātioris diuiſio/ alterita/ smutatio/ incōſtātia & a ſeipſo ſepatio. Nā vtrūq; oppoſitū/ ductū in pfecti/ oppoſiti nomē gignit reſtituitq; ſeipſū. Lux eni & tenebre/ ducte i lucē: hec tenebras/ illa vero lucē gignit. Vtraq; autē ducta in nomen minus preſtantis: continuo demutantur/ proferuntq; alteritatē diſſimilitudinē et oppoſitionē. Reſtituūt eni nō ſeipſa/ ſed ſua oppoſita. Velut ſi lucē & tenebras: ductitaueris in tenebras/ in obſcuritatem & priuationem: tenebris proferes lucē & luce tenbras. Lux

Lux & tenebre oppoſita

enim obscura/ tenebre sunt: tenebre vero obscure lux.

Multiplicātia	Multiplicata	Producta	
Lux	Lucida	Lux	Est
Tenebre	Lucide	Tenebre	Sunt
Lux	Obscura	Tenebre	Sunt
Tenebre	Obscure	Lux	Sunt

Et ex hoc capite apertius considerare licet: naturas & proprietates vtriusq; extremorum oppositorum. Quo inquam pacto alterum seipso constet: alterum vero ab altero substantiā recipiat ab eoq; deriuet̄. quas quia minus presenti intento congruunt/ silentio preterim⁹.

¶De oppositione extremorum & medij. Cap. XIII. 1

EXtremorum oppositorum concursus & concurrentia: eorum medium profert.

¶Vt monas & dyas opposita quedam sunt: quorum concursus & concurrentia gignit tryadem/ vtriusq; extremi finem/ statum medium & amborum complexionem. Porro in superioribus ostendimus: oppositorum vniuersas habitudines/ in tribus consistere orbibus. In duobus scilicet extremis quibus vtrumq; oppositum sibiipsi congreditur: & in orbe medio/ quo ambo sibiiuicē cōferuntur/ copulant̄/ inserūtur. Sicut igit̄ orbis huiusmodi medi⁹/ mutuo extremorū accessu ꝓfertur: ita & itellige oē mediū/ accessu & cōgressu amboꝝ extremorū ꝓferri.

Quomō ab extrēis mediū profertur.



Punctū per se





¶Extremum extremo: & ambo extrema/ medio prestant originem. 2

¶Prius diximus/ haud posse esse duo eque & precise prima. sed ꝓpositis duob⁹ quibuscūq; extremis & oppositis: necessario aliud ab alio/ esse ortum. Et non modo aliud oritur ab alio: sed & simul ambo/ tertium proferunt/ atq; eliciunt. Vt monas imprimis profert dyadē deinde Monas & dyas simul triadē. Similiter & vnū pūctū: primū est & ꝑ se & simplicissimū ac minimū: qđ siue mēti siue oculis ꝓponi & p̄sentari q̄at. Primi autē pūcti fecūditate & motu: gignit̄ secūdū pūctū & linea vna. Amborū vero extremorū pūctorū motu/ ac cōcurrētia: profert̄ illico tertiū pūctū/ qđcū duobus primis superficiem claudit.

¶Vnum est per se primum: deinde vnius in vnum motus: tertio duorum in vnum motus. 3

Primū per se secundū a primo Tertiū ab vtroq;.



¶Tantum vnū est per se primum: cuius fecunditate ac motu/ profertur secundū. Amborū vero cōgressu/ elicitur tertium. Primum sine motu est: & per se/ atq; a seipso. Secundū: motus est & partus primi. Tertiū vero: amborū mot⁹ & partus. In primū: nichil mouetur/ nulliusq; motu ipsū ꝓfertur. Primū/ mouetur in secūdū. Ambo vero extrema ferūtur tertiū: i quo stat/ figiturq; eoꝝ mot⁹. Est igit̄ primū/ vnū per se. Deide vni⁹ in vnum/ vt primi in secūdū motus. Postremo duorū (vt amborū extremorū) mot⁹ i tertiū.

¶Mediū equidistat ab extremis: est & amborū species: nec plus/ aut prius ab vno q̄ ab alio: sed simul & ex equo/ ab vtrisq; profertur. 4

¶In ꝓlatione medij ab extremis: nulla aut tēporis/ aut loci/ aut substantie siue quantitatis cōtingit inequalitas/ aut disproportio. Equidistat quippe mediū ab extremis: non vni extremorū/ q̄ alteri propi⁹. Amborū equa species est. Vtriq; simile est: non vni/ q̄ alteri similius. Simul ab vtrisq; profertur: haud prius ab vno/ q̄ ab alio. Equā substantie portionem capit ab vtroq;. Non magis ab vno profertur/ q̄ ab alio. Non plus vnius/ q̄ alterius essentie parti-

ceps. Ita vt neq; loco/ neq; ſubſtantia/ neq; tẽpore/ quãtitatẽ/ aut qualitate: diſcrepet medi ab equalitate extremorũ. Oĩs enim (vt diximus) cõparatio extremorũ & mediꝫ: tres tantum gignit orbes. Abſolutos duos: cõparatiõe & ratione vtriuſq; extremorũ ad ſeipſum. Ex mutua vero & alterna amborũ collatione: tertius & medius profertur orbis qui ſimul & a primo extremo & a ſecundo & vniformiter ab vtriſq; pendet.

¶ Extrema inter ſe ſunt equalia: Medium quoq; extremis equum.

¶ Duo enim extremi orbes/ ex oppoſitorũ habitudine dinoſcũtur equales. Et medius rurſũ orbis: vtriq; extremorũ euadit equalis. Vt actus & potẽtia: extrema ſũt/ & oppoſita & equalia. Nã actus/ tantus eſt actus: quanta potentia/ eſt potentia. Concurſu autẽ vtriuſq;/ profertur vtrinq; mediũ: id eſt medius actus & media potentia. Nõ actus equalis actui: neq; potẽtia/ equa potẽtie. ſed vnũ aliquid ex medio actu & media potentia: equũ per ſe actui/ equũ et potentie per ſe. Ideo enim cenſetur medium: quia equũ eſt vtriq; extremorũ per ſe/ & amborũ ſimul ſumptorũ mediũ. Statue enim extremos ſenarios duos/ vt oppoſitos & contra ſe poſitos. Profer deinde ſine eorũ imminutione/ naturali amborũ fecunditate ab vtroq; medietatẽ/ vt ternariũ: et cõflabis inter vtrũq;/ vtriuſq; equa portione & medietate vnum: vtriq; extremorũ per ſe equum & amborũ ſimul mediũ. Aut exprime circulo toto albenti/ totũ actum reliquo vero toto nigricãte potentiã totam/ vt hec manauit ab actu. Medio vero circulo/ equa albedine & nigredine infecto: vtriuſq; intelli ge mediũ. Hoc pacto manuduceris: ad extremorũ & mediꝫ dinoſcẽdã verã & naturalẽ equalitatẽ. Similiter ꝓpone tibi hec extrema/ deũ & nichil/ eorũ vero mediũ creaturam: dico ea aliquo pacto equa eſſe. Nã quantus eſt deus in eſſe: tantũ eſt nichil/ in non eſſe. Creatura vero vtriuſq; media: tanta eſt ſimul i vtroq; ideſt in eſſe & non eſſe. Deus eſt actu infinitũ eſſe. Nichil eſt actu infinitũ nõ ens. Creatura vero actu infinitũ eſſe & non eſſe. Deus eſt totũ/ ſimpliciſſimũ et eternũ eſſe. Nichil totum eſſe/ vtraq; parte indimenſum. Creatura vero: itidem eſt non eſſe & eſſe/ vtraq; parte infinitũ. Nam priore parte creatura eſt infinitum non eſſe: cum ab eterno & toto primo euo minime fuerit. Poſteriore vero parte/ eadẽ eſt infinitum eſſe: vt que ieternũ et futuro toto euo/ futura eſt & ſaluãda. Q; autẽ deus ſit eternũ & actu ifinitũ eſſe: perſpicuum eſt ex eternitatis natura atq; interuallo. Eſt enim eternitas vtraq; parte infinita. que cũ ſit equata & integra dei duratio: dicimus deũ ſemper fuiſſe/ ſemper eſſe/ ſemper futurum. Fuiſſe illum ante omne principiũ aſſeueramus. Eſſe in omni medio. Futurũ poſt omnẽ finẽ. Itaq; de deo vnicũ eſſe triniter enunciatur: ſcilicet Ante omne principiũ. in omni medio/ Et poſt omnẽ finem. Deũ igitur abſq; iniuria: eternũ & actu infinitũ eſſe nũcupamus. Q; vero nichil & creatura habeant ſuo modo in eternitate manſionẽ: ſintq; ſub ſuis proprietatibus/ aliquo pacto ifinita: hac ratione oſtẽdere nitimur. Deus (vt creatura⁹ liber ſiue theologia naturalis oſtendit) cum ſit infinitum & purũ eſſe: infinities a ſe fugat/ pellitq; non eſſe ſiue nichil. Nam nõ ens ſiue nichil: nullo pacto deo inſeritur/ nulla ex parte de deo dicitur: aut deo appropinquat. ſed infinities a deo diſtat/ atq; recedit. Eſt igitur diſtantia inter deum & nichil actu infinita & impertranſibilis. ita vt a deo pergentes: ipſum nichil haudquaq; aſſequi valeant cũ nichil ſit/ cũ ſit infinita entis negatio. Sicut ergo deus infinities eſt: ita & nichil/ ifinities non eſt. Si eſſe de deo/ infinities & vbiq; dicitur: Non eſſe de nichilo infinities & vbiq; pari equare enunciatione dicetur. Eſſe de deo: triniter & i tota eternitate predicatur. vt qui ſemper antea fuit ens. Nũc ens eſt: & poſtea ſemper ens futurus eſt. Non eẽ vero de nichilo: itidem triniter & in tota eternitate venit predicandum. Nempe ſemper antea nichil non fuit id eſt non ens fuit non ens. Nunc etiã nichil non eſt. ſemperq; poſtea nichil non erit: id eſt nõ ens/ futurũ ẽ nõ ens. Cũ eni deꝰ ſit i tota eternitate ens: expellit/ fugatq; a tota eternitate nõ ens. ita vt in nulla eternitatis parte: conſiſtere poſſit non ens. Nã ſi in aliqua totiꝰ eternitatis particula/ cõſiſteret nõ ens: in eadẽ parte ipſũ Nõ ens/ eſſet ens. Et ipſum ens id eſt deus: eſſet nõ ens. Haud eni ſimul ſtare poſſũt: ens & nõ ens. Vbi nãq; ens eſt: illic nõ ens non eſt. Vbi deus eſt: illic nichil non eſt. Deꝰ autẽ: eſt in tota & actu infinita eternitate. Ipſũ igitur nichil: in tota pariter & actu ifinita eternitate nõ eſt. tãtũq; nichilo tribuendũ eſt nõ eſſe/ quãtũ deo eẽ. Atqui deo tribuim⁹ eſſe actu ifinitũ & eternũ. Ergo & nichilo competet equũ nõ eſſe: id ẽ actu ifinitũ & eternũ: vtqđ ſemp nõ fuit: ſemp non eſt eritq; nunq;.



Actus & potẽtia oppoſita eq̃lia.

Exẽplũ in numeris.

Aliud exẽplum.

Aliud exẽplum.

Quopacto deꝰ ſit eternum eſſe.

Nõ eſſe triniter de nichilo enunciatur.

ETERNITAS

Deus in tota eternitate

Equalia

Ab eterno prius non ens Creatura Posterius in eternum ens

Nichil in tota eternitate non ens.

Ratio de creatura

Et eodem ferme argumento procede: ad mediam creaturam/ vtriq; extremorum (Deo inquam & nichilo) permixta predicatione exequandam. Nã predicata que simpliciter acseorsum ambobus extremis in tota eternitate tribuuntur scilicet esse & non esse: eadẽ permixti atq; coniunctim/ sunt ipsi creature tribuenda. dicendaq; sub vtroq; simul predicato/ tanta esse creatura: quantus est deus in esse/ & quantũ nichil in non esse. Nam que ab eterno non fuit creatura/ nunc est eritq; in eternum. vt Angelus/ Anima/ Materia. Dicitur igitur non esse de creatura/ in toto primo euo quod caret initio. De eadem vero/ enunciabitur esse in toto euo futuro: cui finis erit nullus. Vtraq; autem simul/ non esse scilicet & esse: de eadem in tota eternitate dicuntur. Constat itaq; hec tria Deũ/ nichil/ creaturã: predicatorum virtute aliquo pacto posse exequari dicue actu infinita. Deũ inquã in esse/ nichil in non esse: creaturam vero in vtroq; simul in non esse & esse.

Angelus Aia Materia eui na.

Principium	Medium	Finis
Deus vbiq; siue triniter ens.		
Esse	Esse	Esse
Creatura varia		
Non esse	Non esse Esse	Esse
Nichil triniter non ens		
Non esse	Non esse	Non esse
Deus	Semper	Est
Creatura	Prius non est	Posterius est
Nichil	Semper	Non est

¶ Extrema & medium: sunt vnum trinum et perfectum.

¶ Sume iterum hec tria: deum/ nichil/ creaturam. Deũ & nichil vt extrema: creaturã vero vt medium. Nã que simplicia sunt/ extrema sunt vocitanda: quod vero varium & mixtum dicendum est medium. Infero hunc in modum. Deus in tota eternitate est esse. Nichil in tota eternitate non esse. Creatura rursum in tota eternitate/ non esse & esse. In media quidem eternitate/ vt in priore euo: ab eterno est in non esse. In reliqua vero media eternitate vt in euo posteriore & a sue creationis initio/ est in esse. Tantũ fuit in non esse: quantum est in esse futura. Constat equaliter ex non esse & esse: ex principio non essendi & fine essendi. Eternitas igitur qua tota deus est: & qua tota nichil non est: & qua rursus tota creatura nõ est & est: trina est & vna eternitas. Non enim extra seiuicẽ sunt he eternitates: sed simul sũt et in vnã eternitatem redeunt. Simul quippe in tota huiusmodi eternitate: deus est: nichil non est: & creatura non est & est. Et hoc pacto in cũctis oppositis q̃ facillime extremorum & medij trinitatem: ad necessariam vnitatem/ vniuscq; substantie identitatem resolues. 6

Eternitas qua deus in esse simplici

Eternitas qua nichil est in non esse

Eternitas qua creatura est in non esse & esse

¶ Omne totum: est et perfectum et trinum/ constans extremis & medio

¶ Si quid est medium solum/ sine extremis: imperfectum est & minime totum. Non enim est/ id totũ quod est: sed solum medium/ nõ extremum. Et si est extremum/ sine medio: neq; rursus est totum/ aut perfectum: caret enim substantia medij. Quod autem est totum & perfectum/ claudit omne esse: & vbiq; est ens. Ens in principio: Ens in fine/ Ens in medio. Ens simul in extremis/ Et ens in medio. Ens itaq; totum & perfectum. simul sine sui diuisione/ in vnitate & i integritate sue substantie: est extremum & mediũ. Idq; vt extremũ/ duale est. Nã duo sunt extrema. Vt vero mediũ/ vnũ est: vnũ eni est/ extremorũ mediũ. Vt vero totũ & perfectum/ trinum est: extremorum dualitate & medii vnitate/ discretum atq; numerosũ. 7

Vt deus totum ens est/ perfectū & trinum. Ens in principio ens in medio/ ens in fine. Entitas autem principii entitas medij/ & entitas finis: vna tantū sunt diuina entitas/ indiuidua infinita eterna trinitas/ sine sui diuisione discreta atq; numerosa.

¶ Consequentie extremorum & medij. Cap. XIIII.

1 Sicut geminata negatio/ est affirmatio: ita & geminata oppositio/ est identitas & vnitas.

¶ Non modo de negatione & oppositione: sed & de cunctis imperfectis/ enunciare licet: sumptionē eorū & iterationē numero parē/ in oppositum trālferri. Geminata qppe negatio/ est affirmatio: bina oppositio/ idētitati coicidit. Duplicata obscuritas lux est. Si eni pfecti nomen dyade/ aut pari quouis nūero sumpseris: elicis ide claudisq; nomē perfecti. Quocunq; autem numero/ sumpseris pfecti oppositi nomē: indemutabile est/ semperq; manet id quod est Impfecti vero nomē: dūtaxat impare numero sibi constat/ seq; gignit at saluat. Idē enim p se & simpliciter: est idē. Bis autē sumptū/ vt idē idem: rursum idē est. Oppositum vero semel sumptū: est oppositū. Bis autem sumptum/ vt oppositum oppositum: transit in idem.

Perfectum omni numero sibi cōstat i perfectū sola imparitate saluatur

2 ¶ Extremorum ad medium geminata oppositio: identitatis eorum & vnitatis est causa.

¶ Gemina distantia/ vna est propinquitas: & duplicata oppositio vna idētitas. Extremorū autēad mediū gemine sunt distantie & oppositiones. Vtrūq; enim distat a medio: & opponitur medio. Geminus itaq; eorū a medio recessus: mutuus est accessus Et amborū a medio distātia/ differentia & oppositio: eorū infert vnitatem/ propinquitatē & cōiunctionē. Est enim medium distātia extremorum: claudens & inferens eorum vnitatem.



3 ¶ Extrema secundū naturā/ inferunt mediū. Medium vero secundū rationē & consequentiā infert extrema.

¶ Quēadmodū natura & ratio mutuicē opponunt: ita & nature ordo/ rationis ordini contranititur. Extrema quippe: secundū naturā inferunt eliciūtq; mediū. Dāt eni illi esse: illiusq; substantiā seipsis proferunt. At in ratione & cō sequētia: mediū ediuerso claudit/ infert gignitq; extremorū vnitatē. Nā p mediū iunguntur extrema/ fiuntq; medio vnū. Et sicut extremorū substātia/ causa est substantie medij: ita & medij vnitas/ causa est vnitatis extremorū. Mediū ab extremis/ recipit substantiā. Extrema vero a medio suā recipiunt vnitatē/ mutuāue concordiā. Et hoc clarioꝰ euadit in dialecticis syllogismis. Hi eni tribus limitibus/ ac terminis absoluūtur: extremis duobus & medio vnico. Extremi autē eorū termini: natura priores sunt medio/ inferuntq; mediū. Eorum tamen vnitas & cōcordia: posterior est vnitate medij. Infertur quippe ab vnitate medij. Nam quia mediū in p̄missis & propositionibus extremis/ vtriq; extremo copulat/ iferitur vniturq;: vniuntur postremo in cōclusione extrema. Sint eni a & b extrema/ c vero mediū. a & b secundū substantiam & naturā: proferūt/ inferuntq; c dantq; illi esse. c autē causa est vnitatis a & b. nam c a & c b/ premisse: inferunt conclusionem a b.



4 ¶ Vnde fit vt trina sit extremorum vnitas & coniunctio: vna ante esse medij/ alia in esse medij/ tertia post medij esse.

¶ Nam cum medium cōmeatu congressuue extremorum sit proferendum: priusq; ortū sit medium/ copulāturvniunturue extrema/ proferēdi medij causa. Et hec mutua cōgressio: prima est extremorum vnitas/ ante esse medij: que & est causa substantie medii. Deinde prolato eductoue ab extremis medio: ipsum mediū/ eiusue essentia & substantia: vnitas est extremorum & vt quedam amborū species. Et hec est secunda extremorū vnitas & coniunctio: in esse medii que est & esse medij. Postrema vero extremorum vnitas/ est que infertur mēdii vnitatē: vt syllogismi conclusio & illatio. Est enim conclusio: extremorū rationalis vnitas/ medii vnitate illata. Extremorum igitur vnitas/ trina est. Prima nature/ ante eē medij: que est & medij causa. Secūda media: i esse medij. Tertia rationalis post esse medii: que medii vnitate rationabiliter infertur. Nam sicut imprimis copulantur inter se secundum naturam/ amborū extremorū essentie/ ad inferendā essentiā medii: ita & in fine/ siue in ratione &

Cōclusio rationalis extremorum vnitas.

intellectu: coit/ concurritq; medium cum vtriſq; extremis/ ad eorum eliciendā vnitatem. Et ſicut ex naturali extremorū acceſſu infertur naturalis medij eſſētia: ita & rōnali medij cum extremis copula/ rationalis extremoꝝ claudit eliciturue vnio.

¶ Naturale vnum extremorum infert naturale vnum medij: rationale vero vnū medij/ rationale infert extremorum vnum.

¶ Naturale vnū extremorum: eſt eorum congreſſus/ ante eſſe medij/ proferēs eſſe medij. Naturale medii vnū/ ē ipſi⁹ medii eſſētia. Rationale vero ipſius medij vnū eſt medii cum extremis vnio & comparatio. Rationale vero extremorū vnū/ eſt rationalis extremorum vnio: quera tionali medii vnitate infertur. Et hec omnia liquent/ ex natura ſyllogiſmi. Nam ſtatue naturam in terminis ſyllogiſmi: rationem vero & intellectum in eius propoſitionibus/ (Sūt enim totius ſyllogiſmi & termini & propoſitiones tres) aliter in terminis aliter i propoſitionibus pergis. Infers enim natura: ex terminis extremis terminū mediū. Ratione vero ex premiſſis/ illationē infers. Itaq; naturale extremorum vnum/ id eſt congreſſus extremorum terminorū: infert natiuū medii vnū/ id eſt ſubſtantiā medii. Aſt medii rationale vnum/ ideſt ſumptio medii cum extremis (vtfit in premiſſis ſyllogiſmi) infert claditq; extremoꝝ rationale vnum: que eſt totius ſyllogiſmi concluſio & illatio. Sicut enim extremorū terminorum ſubſtantia infert medii eſſentiā: ita & medii propoſitiones (id eſt premiſſe/ in quibus ſumitur medium) propoſitionē inferunt extremorū/ ideſt concluſionē & illationem: que eſt rationalis extremorū vnitas. Et ſicut ſimplicia & icōplexa extrema inferūt ſimplex & icōplexū mediū: ita & cōpoſita & cōplexa extrema/ vt premiſſe: eliciunt cōplexū & compoſitum medium/ ſcilicet illationem.

Idē ſimpliciū & cōpoſitorū ordo



5

¶ Si añcedēs infert cōſequēs: oppoſitū conſequētis/ oppoſitū inferet añtis. 6

¶ Dialectica eſt hec propoſitio: que tamen nonnichil/ rationi & intelligentie oppoſitorū confert. Hec autē haud aliud exprimit/ q̄ ſi antecedēs infert cōſequēs: antecedēs infert cōſequens. Sūt enī hec duo antecedēs & cōſequens/ oppoſita quedā & contra ſe poſita. Quare & antecedens eſt oppoſitū conſequētis: & cōſequens oppoſitū antecedētis. Si igitur ad antecedens/ ſequitur conſequēs: ad oppoſitū conſequentis/ ideſt ad antecedens: ſequetur oppoſitum antecedentis/ id eſt ipſum conſequens: quod eſt antecedentis oppoſitū. Vt ſi lux aliquo pacto tenebras infert: neceſſe eſt vt oppoſitū tenebrarum/ id eſt lux inferat lucis oppoſitum/ ideſt obſcuritatē ſiue tenebras. Quēadmodū ſi ſolis in noſtro hemiſperio preſētia ſiue noſtra dies/ Nox eſt antichthonū: neceſſe eſt vt quod nocti Antichthonum aduerſatur id eſt eorum dies: ſit noſtre diei oppoſitum/ id eſt ſit ſolis a noſtro hemiſperio abſentia que eſt noſtre noctis cauſa. Si quoquopacto ortus occaſum infert: & quod occaſui opponitur ideſt ortus: id inferet/ quod ortui aduerſatur/ ideſt occaſum. Sunt enim oriens & oppoſitum occidentis eadem. Similiter & occaſus & oppoſitum orientis/ eadem. Hec itaq; propoſitio haud minoris eſt neceſſitatis: q̄ ea, in qua idē/ de ſeipſo pronunciatur/ vt homo homo eſt. quā primo verā et ſumme neceſſitatis/ arbitrantur omnes.

Dialectica ꝓpoſitio ad oppoſita confert.



¶ Si idem infert oppoſitum: oppoſitum oppoſiti/ inferet oppoſitum eiuſdē. 7

¶Hec est priori eadem: distans ab ea solis vocibus/ac terminis. Sit enim idem antecedēs: Oppositum vero consequens. Oppositum oppositi/ rursum est antecedens. Oppositum vero eiusdem/ rursum est consequens. Itaq; si idem/ infert oppositum: Oppositum oppositi/ id est idem: inferet oppositum eiusdem id est oppositum. Vt si creatura/ infert deum: non deus id est creatura: inferet non creaturam/ id est deum. Si creaturam esse/ claudit esse deum: non esse deum/ creaturam non esse eliciet. Si (vt prius diximus) naturale extremorum vnum/ elicit naturale medii vnum: Et rationale medii vnum/ rationale extremorum vnum eliciet. Naturale extremorum vnum/ est antecedens. Naturale medii vnum/ illatum est & consequens. Rationale vero medii vnum/ oppositum est consequentis. Rationale autem extremorum vnum: oppositum est antecedentis. Itaq; in naturali consequentia: extrema inferūt medium. In rationali vero sequella: ediuerso a medio/ inferūtur extrema. Res extrema: rē ꝓfert gignitq; mediā. Ratio vero media: extreme rationi prestat originem.

Exēplū in deo & creatura.

Exemplū Aliud



¶Extrema ad medium vt vnum oppositum/ esse sumenda. Cap. XV.

1 AMborum extremorum & medii tātū due sunt oppositiones: prīa extremorum inter se/ secūda amborum simul ad medium.

¶Trium horum: duorum scilicet extremorum et medii/ oppositiones tantum due sūt. Prima extremorum adinuicem. Secunda extremorum simul amborum/ ad medium. Nam vtriusq; extremi simul ad medium: oppositio est vna. Proferunt quippe ambo extrema: & simul & eodē modo medium/ vnico & simplici motu eadēue atq; vniformi suiipsorum concurrentia. Haud enim (vt dictum est) alterum extremorum ad prolationem medii/ prius alio cietur aut maiorē illi/ dat substātie portionē. sed equā substātie portionē recipit mediū ab vtroq;.

2 ¶Vnde fit vt ambo extrema ad medium/ sint vt vnum oppositū sumenda extrema vero et medium/ vt tantum duo opposita.

¶Nam intellectui/ haud due simul: sed duntaxat vna oppositio/ est proponenda obiicienda presentanda. Sumptis igitur tantum extremis oppositis: vna est inter ea oppositio/ prima & simplex. Sumptis vero simul extremis & medio: rursum inter ea/ tantum vna est oppositio: q̄ est extremorum simul ad mediū. Collatione quippe & ratione medii: ambo extrema in eādem flectuntur partem/ dicunturq; oppositum vnum. Reliquum vero oppositum medium. Nam & vtraq; extrema/ eodem cōplectimur nomine extremi: vt et quorum ad medium/ eadem profecto est ratio atq; habitudo.

Ambo extrema ad mediū nominis & rationis eiusdem

3 ¶Extremorū oppositio/ absente medio stabilitur: presente tollitur.

¶Sūptis quippe seorsū extremis/ sine cōsideratione ac rōne medii: mēs ea inuicē cōfert vt extrema dyametro distātia & inter se opposita. Accessu vero medii/ illico vniūtur extrema tolliturue eorū dyametrus/ interuallū/ distātia & oppositio. Sunt eni vt vnū oppositū/ contra mediū sumēda: & medio soli simul vnica ac simplici oppositione cōparanda. Distāt igit̄ abinuicē extrema absēte medio: p̄sente vero fiūt propinqua/ cōiūcta & eadē. Vt in tp̄e preteritū & futurū cū adinuicē dicūtur/ sine ratione presētis & medii: opposita quidē sunt & suapte natura distātia. Et ambo ꝓpriis qbnsdā atq; oppoītis rationib⁹ finiūt̄: p̄teritū īquā quod fuit/ futurū vero quod erit. Vt autē ambo dicūtur ad mediū & ad pn̄s tp̄s/ siue ad id quod nobis adiacet instans: illico vtraq; propriis rationibus cedunt/ tollit̄q; eorū oppositio. Et habent eādē ad mediū rationē ac finitionē. Nā vtrūq; tp̄s/ vocat̄ extremū: siue tp̄s qd̄ nō est & tp̄s in potētia. Presēs vero ad vtrūq; cēsetur vt mediū/ vtue id qd̄ ē & act⁹ tēporis.

Itaq; preteritū ſimul & futurū ſub eodē potentie & extremi & eius quod nō eſt noine: diſtant a medio/ ab actu & ab eo quod eſt tēporis/ ſcilicet a preſenti: vnica tantū oppoſitiōe & vt vnum oppoſitum. Similiter & in moribus extrema mala plus/ minuſq; diſtant iprimis contra ſeipſa: opponūturq; inuicē nulla virtutis & mediocris boni ratione habita. Sumpta vero virtute media & cōparata vtriq;: cōtinuo & nomine eodē & ratione vna/ ambo mala diſtāt a virtute. Opponuntur eni virtuti/ haud vt duo: ſedvt vnū malū/ extremū & fugiendū. Hec enim duo virtus & vicium bonum & malum: vnice/ vnicaue oppoſitione abinuicem diſpeſcuntur / ſuntq; duo oppoſita. ſed et deinceps cum malum ipſum & vicium per ſeipſum ſumimus: reperimus id a ſeipſo diuiſum / diſſidenſq; ſibipſi oppoſitione altera.

Aliud exēplū in moribus.



4

¶ Extrema in principio/ diſtantia ſunt & oppoſita: in fine autem vnum ſunt.

¶ Hec propoſitio in gemino ſenſu biniſq; itelligentijs vera eſſe oſtenditur. Nam aut principiū intelligimus tēporis/ aut ſubſtantie principium vtrobiq; autem verum eſt: extrema principio eſſe diſtantia & fine vnum. Nam cum fine vllo medii reſpectu inter ſe cōparātur: inuicem oppoſita ſunt & extrema. Poſtea vero ſumpto medio: ambo collatione & ratione medii / vnum ſunt vniunturq; medio. Sunt igitur in principio ideſt prius diſtantta. In fine vero/ id eſt poſteriore comparatione vnū. Rurſum extrema principia ſunt medij: vt que ipſi medio dedere ſubſtantiam. Medium vero finis eſt/ coicidentia & ſtatus extremorum. Atqui extrema in ſemetipſis duo ſunt: dyametro abiuncta/ atq; oppoſita. In medio vero ſunt eadem proxima & coniuncta. Sunt igitur & hoc etiam pacto/ extrema duo in principio/ id eſt in ſeipſis: & vnum in fine/ id eſt in medio.

Duplex prīcipiū ſubē durationis



5

¶ Vt plurimum: perfectum/ preſtantiuſue oppoſitorum: ſimplex eſt/ vnicū et medium. Imperfectum vero geminum/ ſectile/ diuiduum & extremum.

¶ Monas preſtantior eſt dyade. Medietas extremitate & medium extremo. Medietas autē in monade conſiſtit. Extremitas vero in dyade. Nam tantum vnum eſt medium. Extrema autem duo. Contingit autem vtplurimum inter oppoſita: vt id quod preſtantius eſt/ vicem gerat medii: ſitq; vnū/ indiuiduū & numero ſimplex. Quod vero imperfectum/ aut incōmodum: diuiduum ſit/ ſectile/ geminum & vt quiddam perfectioris extremum: illud circūualans ambiens complectens. Vt bonum eſt vnum inſectile/ medium: indiuiſum a ſeipſo. Malum vero boni circunſtantia & extremitas quedam eſt: numero gemina ſecta/ in plus minuſue diuidua. Similiter & ſanitas vnica eſt/ media & indiuidua: calidi frigidi/ humidi & ſicci naturalis proportio. Egritudo vero eorum eſt diſproportio: orta ex alicuiꝰ eorum aut abundantia/ aut defectu. Vna eſt igitur & media tantum ſanitudo. Egrimonia vero gemina eſt & extremitas: abundans atq; deficiens. Scientia pariter vnica eſt & ſimplex/ veraq; rerum noticia. Aſt ignorantia gemina eſt partita & extrema. Aut enim ignorantia eſt ſcientie priuatio. Aut contrarius oppoſituſue habitus. hunc errorem: illam pure negationis ignorantiam appellitant. Et in cunctis ferme oppoſitis eadem lege vtere: diſpartiens id quod eſt imperfectum/ in extrema duo: quod vero preſtat/ medii ſtatuens loco.

Bonūmalū
Sanitas
Egritudo
Scientia
Ignorantia

¶ Oppoſita duo/ ſimul iuncta: claudunt/ complentq; trinitatem.

¶Hec duo medietas & extremitas/duo sunt opposita: que simul sūpta/trinitatis claudūt complentq; numerū. Nā medietas per se/vnitas est. Extremitas vero per se dualitas. vnitate autē & binario/cōstat ternarius. Medietas igitur & extremitas simul: ternariū complent. Omne enī mediū p se est vnū: Extremū vero duplex. Mediū autē & extremū simul sūt trina. Et ita in vniuersis procede. Nam duorū oppositorū (vt diximꝰ) quod prestātius est: mediū est & vnum. Quod vero est imperfectum: geminum/ diuisum dualeq; reperitur. Ambo igitur opposita simul/ trinitatem implent.

Medietas Extremitas trinitas

7 ¶Mediū est vnū/duale & mixtum: extrema vero duo vnialia & simplicia.

¶O mnenāq; mediū: est vtriusq; extremorū cōplexio/temperātia/harmonia/ mediocritas & concursus. Extrema autē suapte natura sūt simplicia & imixta. Est igitur mediū: vnum/ duale & mixtū. Extrema vero sunt duo vnialia/simplicia & imixta. Mediū est vt dyas vna sibiipsi herens & cōiuncta: extrema vero sunt vt due & separate vnitates. Mediū est vnitas dyadis: Extrema vero/ dyas vnitatis. Substātie enī extremorū: sūt vt simplices & separate vnitates. Substantia vero medij: est vt substantie extremorū concurrentes & cōiuncte. siue ābarū & simpliciū vnitatū: vna/ idiuidua & isepabil' dyas: cōstās vtriusq; extremorū vnitate.

Vnū duale duo vnialia cōuertūtur

Vnitas/dyadis dyas Vnitatis.

¶De oppositorum permixtione & eorum ad duo tantum opposita resolutione. Cap. XVI.

1 VNiuersa opposita: sunt vt duo queuis opposita.

¶Nā duorū quorūcūq; oppositorū: aliud pstantiꝰ est/ aliud vero minꝰ pfectū. Oia autē pfecta/ in eadē sunt parte collocanda: & vt vnū oppositū & perfectū sumēda. Cūcta vero iperfecta/ tāq; prestātiorū opposita: i reliqua sunt pte statuēda/ ex aduerso perfectorū: & ea rursū vt vnū aliquod oppositū captanda. Sūt igit vniuersa opposita: vt tantum duo opposita.

2 ¶Lux actꝰ ē tenebrarū: tenebre vero/potētia & priuatio lucis

¶Hec ppositio iductio q̄dā est & exēplū p̄cedētis. Lux enī & tenebre primitꝰ opponunt: & adiuicē cōparāt. Idētidē & actꝰ & potētia. Quia tū lux & actꝰ pfecta q̄dā sūt: tenebre vero & potētia ipfecta merito: & lux dici actꝰ & actꝰ dici potest lux. Tenebre vero ex opposito/ noie potētie: & potētia tenebrarū/ priuationisq; noie exprimi possunt. Siliter & albedinē vocare potes lucē & actū: Nigredinē vero tenebras & potētiā. Albedinē itidē diē/ Nigredinē noctē: veritatē rursū diē/ falsitatē noctē. Et ita i cūctis pge: omnē oppositionē/ i vnā quāuis oppositionem resoluens: commodum ad commodum/ & incommodum ad incommodum.

Lux Tenebre Actus Potentia.

Albedo Nigredo.

3 ¶Verum omne/omni cōsonat vero: & perfectum perfecto.

¶Vna tātū est veritas: tantū vna pfectio. Nā & si diuidua videat & latissia esse veritas/ pariter & pfectio: pportiōis tamē nexu & vīculo/ Veritas ois/ omni veritati: & pfectiōi pfectio coheret atq; adunat. Ois quoq; falsitas/ falsitati oi: & ipfectio ipfectiōi est annexa & vna. Et q̄cūq; de duobꝰ dicūt oppositis: itellige & ea exprimi cūctis. Qui enī artē nouerit eiusdē & oppositi: noscet & Perfecti & ipfecti/ Vnitatis & nūeri & oīm simul oppositorū modum.

Nox Dies.

Veritas falsitas.

Tātū vna Veritas tātū vna perfectio.

4 ¶Omnium oppositorum longitudo est vna: latitudo diuidua.

¶O ppositorū latitudo est linea/ siue dyametrꝰ oppositiōis: q̄ distāt abiuicē duo q̄cunq; opposita: vt actꝰ & Potētia/ Lux & Tenebre. Eorū vero lōgitudo cōtigit i duplici oppositiōe. Est enī respōsꝰ duorū/ aut plurīū pfectorū: aut duorū/ plurīuue ipfectorū. Vt Lucis & Actꝰ pportio: similiter & Tenebrarū/ atq; Potētie respōsꝰ. Oia itaq; opposita distāt/ opponūtq; latitudie. sūtq; diuidua & regiōe sui dispposita. Lōgitudie vero: sibimetipsis cōgruūt/ respōdent/ vniūturq; pfecta inquam perfectis & imperfectis imperfecta.



Quid o ppositorū latitudo.

5 ¶Quodlibet infinitis est idem & infinitis oppositum.

¶Nā infinite sūt oppositiōes: & idefinita opposita vt lux eadem est Actui Forme/ Diei Veritati. Propinquitati & alijs in-

numeris pfectis. Ipsa quoq; lux oppoſita eſt eorũ oppoſitis: vt Tenebris/ Potẽtie/ materie/ nocti/ falſitati/ nigredini/ diuiſioni diſtantie/ & cunctis iperfectis.

¶ Ex coincidentia/ longitudinis oppoſitorum: permixte eorũ habitudines & loquutiones. contingunt.



¶ Quia enim coincidunt q̃cũq; eiusdem sunt longitudinis: vt perfecta oia iter se itidem & vniuersa imperfecta: permxtim snb vnio oppoſiti nomine/ de alio interdum loquimur. Vt de luce per actũ de actu vero per lucẽ. Tenebre interdum per potentiam/ potẽtia vero per tenebras exprimitur. Etnõ modo hoc/ sed & duorum oppoſitorum habitudines: interdũ alienis oppoſitis permiſcemꝰ & adimplemus: vt lux actu lux eſt & potentia tenebre: tenebre vero/ actu tenebre & potẽtia lux. Idem quippe dicere eſt lucẽ actu lucẽ & lucidã lucẽ. Idẽ lucẽ potẽtia tenebras: & obſcuras tenebras. Et hãc oppoſitorũ permixtã locutionẽ: cũctis diſciplinis accõmodã & ſũme vtilẽ cõperies.

Permixta oppoſitorũ loquutio diſciplinis accõmoda

¶ Artis oppoſitorum vtilitas & applicatio. Cap. XVII

Oincidente oppoſitorum longitudine: Intellectus de genere in genus/ de Specie in ſpeciem/ ex diſciplina in diſciplinam: eadem lege & ratione pertranſit.

Oĩs diſciplina genere & ſpẽ cõſtat.

¶ Omnis ſcientia & diſciplina conſtat tantum duobus/ genere ac ſpecie: huius pprietates/ illius vero differentias & ſubſtãtiales quidditates perquirens atq; reuoluẽs. Nam cũ ſimpliciũ & vocũ & rerũ/ ſeptẽ ſint modi: predicabilia iprimis quinq; vulgatiſſima & ſubiectũ eorũ vnũ/ idiuiduum/ ſingulare/ hoc aliquid/ quod cunctis predicatis ſubeſt: reliquum vero tranſcendens/ quod cuncta tranſilit predicata: vt ens/ vnũ: idẽ potens/ bonũ: & quecũq; ſupreme tranſcendentiſq; philoſophie

sunt peculiaria & propria: harum septem dictionum & vocum humane scientie & disci-
pline: duntaxat sibi quattuor/ vt proprias & adaptatas vendicant/ Genus/ Speciem/ Genera
Differentiam & speciei Proprietatem. Genus enī & speciem: vt precipua & substantialia &
recta in linea collocata desumunt. differentiā vero & proprietatem: vt eorū circunstantias
& laterales quasdam a natura inditas qualitates. Sunt enim differentia & proprietas; Ge-
neris & speciei/ qualitates quedā: vt pote quas de genere aut specie quale rogantibus: re-
spondere atq; obicere solemus. Nempe interrogāti quale sit aial: rationale aut irrationale:
qualis vero homo risibilis respōdendū. Nichil infra genus/ humana meditatur disciplina:
nichil quoq; infra speciem cōcipit. Inchoat ois disciplina a genere et termiatur in specie. Co-
tinet sese quadrato Generis/ Speciei/ Differentie & proprietatis. Aut diuidens Genꝰ aut
finiens speciem. aut demōstrās speciei propri-
etatem. Hi quippe sunt trini cuiusuis discipline
actus: generis diuisio/ speciei diffinitio/ proprie
tatis demonstratio. Eadem differētia que diui-
dit genus: cōponit/ finitq; speciem. genus vero
simul/ cū differentie quidditate: speciei proprie-
tatem eliciunt/ eāq; demōstrāt. Indiffinibile est
genꝰ/ Indiuisibilis species: indemōstrabilis dif-
ferentia. Genus est maximū discipline/ summū
& precipuū eius predicatum. Species discipline
vltimū minimum & cunctorum subiectū: qua-
de & genus & differentia & proprietas/ in di-
sciplinis enunciātur. Itaq; repudiant cuncte hu
mane discipline tria hec: Quod inquam supra
genus est/ transcendens: quod sub specie indi-
uiduū/ singulare/ & vnum numero: quod de-
niq; & extra & post proprietatem Accidens. In-
ter transcendēs & indiuiduum. scientia omnis/
duo sibi substantialia & precipua desumit: genꝰ

Disciplinarū tantū trinus actꝰ Diuisio finiō demōstratio



Repudiatū a disciplinis	Aptum disciplinis	Aptum	Repudiatum	Aptum	Aptum	Repudiatū
Trāscēdēs	Genus	Spēs	Indiuiduū	Differētia	Propriū	Accidēs
1	2	3	4	5	6	
Metaphisicum	Diuisibile	Diffinibilis	Ad mechanicas spectans	Diuidens atq; diffinies	Demōstrabile	Ad mechanicas spectans

& speciē. Inter autem hoc aliquid & accidens: duo inherentia minusue precipua sibi ascri-
bit/ differentiā & proprietatem. Geminis quippe rectis & substātiuis genere/ inquam & spe-
cie: binisq; adiectiuis differentia & proprietate disciplina ois cōtinetur. Omnes igitur hu-
mane scientie/ sunt inuicem proportionabiles: cōstantes simplicibꝰ isdē. eodēque quadrato
Genere/ Specie/ Differentia/ & Proprio. Sunt & facientes idem: aut diuidentes Genus/ aut
Speciem finientes/ aut eius Proprietatem generis & differentie quidditate demōstrantes
Constāt vniuerse discipline quattuor tantū terminis: propositionibus vero siue cōplexio-
nibus geminis: Principio & conclusione: quarū illa intellectualis & per se cognita est: hec
vero rationalis & alterius medio illata atq; demonstrata: Terminorum numerus ad pro-
positionū numerum/ duplus. Quattuor enim disciplinarum sunt voces: genus species. dif-
ferentia propriū. Enūciationes autem earum due. principiū/ Conclusio. Vocum vero actus
binꝰ: generis diuisio & speciei diffinitio. Propositionum demiq; actus vnicus & solꝰ est: cō-
clusionis inquam demonstratio. Itaq; liquet quanta facilitate/ coincidente disciplinarum

omnium humanarum longitudine: ſeſe humanus intellect⁹ ex vna ſcientia in aliam proripiat: eadēq; lege ex vna penetret/ ptrāſeatq; in aliā. Nichil i poſteriore diſciplina/ offendens priori diſſonū: Nichil no eadem proportione nō pari analogia/ ac proportionabili modo i priore ptractatū. Eſt eni quodlibet/ i quolibet. Nichil alicui deeſt. Iildē ac tantis cōſtāt oia/ ſuntq; vnū apud itellectū vniuerſa. Ex genere vni⁹ diſcipline: ferī itellect⁹ ptrāſitq; i genus alteri⁹. Ex ſpecie i ſpeciem/ Ex differētia i differētiā: Et ex ꝓprietate i proprietatē. Ex vnius pricipio digredit i alteri⁹ principiū: Ex deniq; cōcluſione/ i illationē. Ex quadrato vni⁹/ ifert quadratū alterius. Ex toto totū: & partē ex pte. Intellectus equatio eſt ſcietiatū oim: earum iuxta poſitio & cōmēſuratio. Oia earū genera/ trāſferti partē vnā: i alia vero & aduerſa pte ſpecies ſtatuit. Collocatq; genera cū cta/ eadē lōgitudine: vt proportiōabilia/ & vt eadē. Species vero oēs vt easdē pariter ſibi reſpōdētes/ oppoſita lōgitudie cōſtituit. Genera oia i vnū Species uoq; oēs i vnū cōflat. Hoc eni pacto vniuerſorū coincidētia/ ſimilitudinē ꝓportionē & idētitatē deriuat elicit ifert. Exēpli cā Arithmeticū gen⁹ ē nūerus: Geometricū vero gen⁹/ Magnitudo. Nūer⁹ igit ē vt magnitudo: & nūeri ſpēs/ vt magnitudinis ſpēs. nūer⁹ ei & magnitudo eiuſdē ſūt lōgitudiis: & eodē ābo gñis noīe cēſent. Nūeri quoq; & magnitudinis ſpēs: eiuſdē pariter ſūt lōgitudinis/ vocāt̄q; eodē ſpeciei noīe: quo & gñib⁹ opponūtur & ex illorū aduerſo collocātur. Tranſit igit intellect⁹/ de numero in magnitudinē: deq; illi⁹ ſpēbus/ in huius ſpēs. Genera iungit inter ſeſe: & ſpecies iter ſe. Vtrūq; vtroq; metit: nūerū magnitudie & magnitudinē nūero: ſimiliter & ſpecies ſpēb⁹. Nichil in nūero reperit quod non inſit magnitudini. Quecūq; de numero protulit vult iubetq; intelligi de magnitudie. Et quecunq; de hac intelligi & de illo. Aſſeritq; omnū eſſe legem eandem/ iudicium idem: eumq; qui vnum nouit/ noſſe omnia.

Exēplū in Arithmetica & Geometria.

Intellectualis diſcurſus.

¶ Vñ fit vt duplex ſit noſtri itellect⁹ latio: vna i latitudinē/ alia i lōgitudinē. 2

¶ In latitudinē ferī intellect⁹/ a genere quolibet i ei⁹ ſpēs. In lōgitudinē vero: de quouis genere/ i aliud ꝓportionabile genus. aut de ſpē vni⁹: i ꝓportiōabilem alteri⁹ ſpeciē. Prima itellect⁹ latio eſt vt ab vnitate: i binariū/ ternarium & quaternariū ſic ut de puncto in lineā/ ſupficiem & corp⁹. Scda vero de vnitate i pūctū/ de binario in lineā de ternario in ſupficiē/ de q̄ternario in corp⁹. Eſt enim vnitas/ numerorū pūctū: Binari⁹/ prima nūerorū linea. Ternari⁹ prima nūerorū ſupficies vt trigon⁹: Quaternari⁹ primū nūerorū corp⁹. Eſt eni q̄rnari⁹ pyramis. Et ſicut vnitas gen⁹ eſt nūerorum: ita & punctū magnitudinū eſt gen⁹. Tres autem ſūt vnitatis ſpēs/ trefue nūeri: lineāris/ ſupficialis/ corpore⁹. Totidēquoq; ſpēs magnitudinis: linea/ ſupficies/ corp⁹. Nā vtrobiq; & i nūero & i magnitudie: ab eiuſdē gñis vt idiuidui/ ac ſiplicifſimi fōtis ſcatebra/ trine oriūt ſpēs: qbus quāt⁹ eſt nūer⁹: tāta euadit & magnitudo. Vnitrinus eſt nūer⁹. Vnitrina & magnitudo. Vtrūq; gñis & pricipij vnitate cōiūctū: ſpeciei & finis trinitate euadit diſcretū/ atq; nūeroſū. Ambo eq̄ta ſūt iuicē & cōmēſurata. Pūctū enim linea/ ſupficies & corp⁹ ſūt totū magnitudis. Vnitas idētidem/ binari⁹/ ternari⁹ & q̄ternari⁹: totū ſūt nūeri & omnis nūerus. Vt q ſimul iuncti Pythagoricam omnium ſupremam decadem implent. 3

Prima itellect⁹ latio.

Secunda.



Pithagorica decas.

¶ Tanta eſt rerum longitudo: quanta & latitudo.

¶ Nā tātū eſt qdlibet i ſeipſo: quāta ſūt oia/ vt extra ſeiuicē ſubſiſtūt. Eſt igit alicui⁹ gñis latitudo: index lōgitudis oim generū. Vt ſi alicui generi/ ſubſūti latitudie ſpēs tres: erūt & extra illud gen⁹ alia tria gña/ q eidē ſuberūt i lōgitudie. Vt qa ſubſtātiā/ ſiue ſubſiſtētiū genus i tres ptimur ſpēs: viuētia/ ſēſibilia & itellectu ꝑdita: dico & tria eſſe genera poſt ſubſtātiā i latitudie ſumēda: quātitatē/ q̄litatē & locū. tātāq; eſſe ſubē longitudinē: quāta eſt & ei⁹ latitudo. Subſtātie qppe latitudo ē hec ſubſtātia Vita Sēſ⁹/ Intellect⁹. ſiue ſubſiſtētia/ viuētia & itellectualia. Eī⁹ vero longitudo hec Subā Quantitas/ Qualitas/ Locus. Vnitrina eſt ſubā i latitudie/ vnitrina & i lōgitudie. Vtrinq; cōſtis eſt hūani itellect⁹ latio ab eodē gñe

Exēplū in ſubſtantia.

ſiue in latitudinē per ſuas ſpecies/ ſiue in longitudinem per reliqua genera digrediens. E hec propoſitio rite intellecta: ſupra modum conducit/ ad capeſcendā multarum rerum intelligentiam. Precipue quopacto vnūquoduis genus/ ſit in ſeipſo vt omnia: & omnia vt ali quod vnum. Et tantum eſſe quodlibet extra ſeipſū: quantū eſt intra ſe. Et exteriorem alicuius numerū/ indicē eſſe interioris: & internum exterioris eandēq; eſſe longitudinis & latitudinis ſcientiam. Cognita enim alicuius generis latitudine/ in quotue ſpecies diſtribuat: noſce ſillico & quotquot extra ipſum ſunt genera/ quantaq; ſit ei9 latitudo. Ac tota inſuper latitudo/ toti reſpondet lōgitudini. Et latitudinis ſingula: ſingulis longitudinis. Vita quantitati. Qualitati ſenſus/ loco intellect9. Fit enim generatio/ ſecundum ſubſtantiam. Augmētatio ſecundum vitam & quantitatem. Alteratio ſecundū ſenſum & qualitatem. Loci mutatio ſecundum intellectum & loeum.



Tantū eſſe extra ſe qnodlibet quantum intra ſe.

La tio motuū preſtātiſſim9 quaſcdm propoſitum & intellectum mouemur.

4 ¶Rerum latitudo atq; longitudo: angulum cōplent rectum/ equaliū laterum.

¶Nam rectus angulus eſt omnium precipuus/ primus & medius: extremorum angulorum ſpecies/ totiuſq; quadrature oppoſitorū medietas. Et latitudo (vt dixim9) equa eſt longitudini. Comple ntigitur ſimul longitudo & latitudo: rectum angulum/ amborum equaliū laterū. Et hic angulus rectus/ metrum eſt & menſura rerum omniū: exprimēs quantum ſit quodlib et intra ſe/ & quātum extra ſe. quanta ſit vniuſcuiuſq; entis & interior & exterior fecunditas. Huius autē anguli vertex & cōmune punctum: totum ipſum p rofert gignit elicitue angulū. Initium enim eſt & fons vtriuſq; linee: latitudinis & longitudinis. Et in ipſum tā latitudo/ q̄ longitudo: reſolutionis m odo glomerantur/ eo innectuntur & coherent. Reſoluuntur quippe viuentia in ſubſtātiā ſiliter & ſenſibilia & itellectua lia: tāq̄ iſuū gen9 Eidē quoq; ſubſtātie vt precipuo & per ſe ſubſiſtenti generi inherent quātitas qualitas & loc9. hec enim cū accidentia ſint: nullum aliud q̄ in ſubſtantia eſſe recipiūt. Eſt igitur angularis apex communiſq; vertex vt ſubſtantia: totius ipſius anguli caput/ fons atq; initium. a quo cuncta ea emergunt proferūturq;: quecunq; in ambobus totius anguli lateribus continētur. Nam & ſubſtantia cauſa eſt accidentium: & prior eſt ſubſtantia q̄ vita/ ſenſus & ratio ſiue humanus intellectus. Et eodem modo vtere hoc recto angulo ad cunctorum & generū & ſpecierum proportionē dinoſcēdā. Cū tamē duo genera/ in ſua ſerie ſimpliciſſima & prima ſumūtur: neutrum genus ſtatuendum eſt in ipſius anguli capite atq; faſtigio. ſed ipſe agularis apex iſue quadratulus qui toti angulo preeſt: aut relinquendus eſt vacuus/ aut nulli9 ſiue priuationis notula eidē inſcribenda. In omni quippe ſerie nichil eſt prius primo. Nichil ſimpliciſſimo ſimplicius. Quēadmodum in numeris: nichil eſt vnirate prius/ minus ac ſimplicius. neq; item in magnitudinibus: aliquid eſt quod puncto prius minus aut ſimplici9 reperiatur. Itaq; diſpoſitis in altero anguli latere nūeris in alio vero magnitudinibus: angulari eorum apici/ nichil erit inſcribendum. ſed is aut vacuus relinquendus eſt: aut priuationis notula deſignandus.

Latitudinis & lōgitudinis angulus metrum eſt & menſura omnium.

De dalogia seu variatio & quadratura oppositorum

Idē oppō.



Dem eidem idē est & opposito oppositum. oppositū vero eidē est oppositum: & opposito idem.

Lux tenebre.

¶Lux/ clara lux est & obscure tenebre.
Tenebre/ sunt lux obscura: & lucide tenebre.

Veritas Falsitas.

¶Veritas/ vera veritas est & falsa falsitas.
Falsitas autem/ falsa veritas: & vera falsitas.

Necessitas Impossibile

¶Necessitas/ necessaria necessitas est: & īpossibilis īpossibilitas. Impossibilitas autem/ impossibilis est necessitas: & necessaria impossibilitas

Affirmatio Negatio.

¶Affirmatio/ affirmationis est affirmatio: & negationis negatio. Negatio vero/ negationis affirmatio: & affirmationis negatio.

Actus Potentia.

¶Actus/ actu actꝰ est: & potestate potētia. potentia vero/ actu potentia: & possibilis actus

Natura Vis.

¶Natura/ secundum naturam natura est & violenta vis. Vis autē/ secundum naturam vis: & violenta natura

Principiū Finis

¶Principium/ a primo principium: & a fine finis est. finis autem/ a principio finis & a fine principium.

Presens preteritum Futurum

¶Presens ī presēti p̄sens est: quod erat ī preterito futurū. Preteritū vero/ in presēti preteritū dicit: quod ī preterito fuit p̄sens. Futurū deniq; ī presenti futurū est: quod in futuro erit presēs. Vt hodierna dies/ hodie est hoderna q̄ hericrastina dicebat. Hesterna vero/ hodie quoq; hesterna est: que her vocabat/ hodierna. Siliter & crastina/ hodie Crastina dicit: q̄ cras/ vocabitur hodierna. Extrema itaq; tēpora/ p̄teritū futurūq; idipsū q̄d sūt/ dicūt ad mediū p̄sēs. Ad seipsa vero/ dicūt nō id q̄d sūt: sed id quod est mediū Sunt eni ī medio extrema: & ī extremis medium.

Hodie heri Cras

Totū pars

¶Totum/ ex toto totum est: & ex parte pars. Pars vero/ totius quidem pars est: & partis totum

Magnum Paruum

¶Magnum/ magnitudine magnum est: & paruitate exiguum. Paruum vero/ paruitate magnum: & magnitudine exiguum

Habundās Defectus.

¶Habundans/ habūdātia exuperat: & priuatione deficit. Defectus vero habundantia minuitur: et priuatione habundat.

Eligendū Fugiendū.

¶Eligendi/ eligenda electio: & fuga fugienda. Fugiendi vero/ vitanda electio: et fuga eligenda.

Vnitas Numerus

¶Vnitas/ vnica vnitas est: et plurimꝰ numerus. Numerus vero vnicus quidem numerus est & plurima vnitas.

Amicicia odium:

¶Amicicia/ amoris est amicicia: & odij odium odium vero/ amoris odiū & odij amor.

Vita Mors.

¶Primum/ est a primo primum: & a secundo secundum. A ſt secundum a secundo est primum et a primo secundum.

Manifestū occultum.

¶Vita est viuens vita: et mortua mors.
At mors/ viuens mors est: et mortua vita.

¶Manifestum/ palam est manifestum: et clam occultum. Occultum vero/

palam occultum:et occulto manifeſtum predicatur.
¶Loquens/ vocem dicit:ſilentia loquitur. Loquens Silens.
¶Silens vero/ſilentia fatur:vocem ſilet.
¶Plenum plenitudine exuberat:vacuitate carens. Vacuum vero/vacuitate plenum:et plenitudine vacuū cenſetur. Plenum Vacuum
¶Equale/equali eſt equale:et inequali inequale. Inequale vero/equali inequale:et inequali equale probatur. Equale Inequale.
¶Frequēs/vt plurimum frequens eſt: et rarenter rarum. Rarū vero/raro frequēs:et frequenter rarum. Frequens Rerum:
¶Si dominus dominatur:ſeruus ſeruit. Dominus
Si vero dominus ſeruit:ſeruus dominatur. Seruus
¶Hactenus de ſimplicib9 oppoſitorum quadraturis. Que autem ſequuntur permixte ſunt eorum locutiones et habitudines.
LAudabile/laude dignum eſt: et vituperio indignum. Vituperabile vero/laude indignum:et vituperio dignum demonſtratur. Laudabile Vituperabile.
¶Virtus/ bonis ac ſtudioſis virtus eſt:malis vero vicium. Aſt viciūm/perditis ac malis virtus eſt:bonis autem probiſq; vicium. Virt9 viciū Bonū malum.
¶Eligunt ſtudioſi ac probi virtutem: vicia fugientes. Reprobi autem/virtutem deuitantes:vicia proſequuntur. Electio Fuga Probi Reprobi
¶Sanctitas/ſanctis eſt mundicies:que ab īmūdis proſlabe habeť. Aſt macula/ cōtaminatis et īmūdis/eſt vt mūdicies:q̄ a ſāctis/cōtāminatio reputať Sanctitas Labes
¶Scientia/ doctis eſt amica illiteratis vero et indoctis inimica. Aſt ignorantia/ignorātibus eſt amica:q̄ doctis ſtudioſiſq; viris eſt inimica.
Accipe quiſquis eris/preſentia dogmata lector:
Doctrine oppoſite ſeu logodedalie.
Omnis namq; tibi res/vna hac arte pateſcet:
Tam nichil eſt vnum/q; ſit inoppoſitum.
Articula hec diuerſa parat/biſbinaq; gignit:
Quodlibet in proprium/voluit et oppoſitum.
Nempe deus deus eſt:nichil eſt nichil/aut deus eſt nil.
Aut nichil eſt deus/hos implicat iſta modos.
Claraq; lux/lux eſt:tenebre/tenebre quoq; clare:
Lux/tenebre obſcure:ceca q; lux tenebre.
Lex eadem eſt cunctis:diſpeſcens omnia quadro.
Volue igitur/confer:perfice/claude gyros

Artis oppoſitorum ſiue dedalogie Finis. deo
Honor qui(vt ſacra volūt eloquia)
fecit oīa duo:vnū
contravnū

¶Edita eſt in edibus .R.IN C. P. Franciſci de Hallevvin:ambianorum pontificis, Anno ab incarnato deo 1509.29 Nouembris

¶CAROLVS BOVILLVS ILLVSTRI VIRO LVDOVICO BORBONIO PONTIFICI AC DVCI LAODVNENSI. S

SOlent prodituri in publicum nouelli libri illustris Ludouice exquirere sibi patronum: cuius auspicio/ nonnichil sibi & roboris cōparent & claritudiuis. Presens igitur libellus abs te sibi patrocinari commode expostulat: quē & regii sanguinis nobilitas & precipuꝰ virtutū fulgor/ maximopere illustrāt In hoc autē opusculo varie vtimur generationis nomine: interdum illud in eam significationem sumentes/ qua sumere naturales philosophi sueuerunt: pro inq̄ horaria inductione ac tēporaneo aduentu substātialis forme in materiam. Nōnunq̄ vero illud latius prosumimus: volentes omnia ab vno tantū principio/ aut creatione aut generatione orta esse. Oīa quippe implicia atq; euiterna vt Angeli Materia ac Rationales anime: instātanee creationis ortu/ tota simul sūt ad esse deducta: dispari tamē dissimiliq; modo. Nā & angelus vniusquisq; simul totus est factus & angeli oēs simul facti. Materie item pars quelibet & simul omnis materia: repentinū habuit (sed post angelos) initium. Nec dissimili aut priore initio ortū est totum angelorum genus: ortu cuiusuis angeli. Neq; aliū aut priorē duxit ortum tota materies: partium suarū origine/ quaq̄ ipsa sit post angelos creata. Rationalium autem animarū genus (sue substantie de nichilo emersione ac scatebra) ab suis partibus dissidere cōprobatur: quandoquidem aliter tota aliter quelibet aīa prodit in esse. Anime nāq; singule cū sint natura īpertes momentanea origine tote simul ad esse ducūtur. Vniuersus tamē animarū numerus (quā totā animā totiusue rationalis aie speciē censemꝰ) haud totꝰ simul: sed diuidua tēporis fluxione particulati ac sēsim in esse ꝓcedit. Et hoc pacto cū nulla aīa sit generabilis: aiam tamē totā generabilē vtrāq; vero idest & omnē & totā aīam nemertē atq; īcorruptibilē eē ingenne fatemur. dicimusq; gigni hactenꝰ hūanā speciē: procreatiōe aiarū assidua/ hoīe; quoq; indies fieri & absolui. qui cū īpresētiarū inabsolutus & īperfectꝰ sit: nōnūq̄ succedente procreationis rationaliū aiarū periodo: integrū sui esse īdeptur ꝰ est totusq; futurus. Huius itaq; genetationis naturā discutiēs hic libellꝰ: adaperit recensetq; quis sit precipuus atq; immortalis totiusq; materie actus quem consecuta nactaq; materies: nil vltra expostulet nullo sit prestantiore ac potiore fine consumanda Vale.

¶CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI LIBER DE GENERATIONE AD ILLVSTRISSIMVM VIRVM LVDOVICVM BORBONIVM ANTISTITEM AC DVCEM LAODVNENSEM.

¶Quid generatio. Caput primum.

1 

Eneratio est a non esse ad esse: substantialis act⁹ acquisitione progressio.

Quid subā lis actus.

¶Substantialis actus: est cuiusuis substantie/ actus primus & peculiaris forma. Hec enim dat toti esse estq; cunctorū accidentiū & operationū totius: precipua & prima causa. Vt subsistendi forma: elementis/ mixtis imperfectis & mineralibus dat esse. Vita viuentium est essentia: ipsumq; viuere viuentium est esse. Sensitiuus actus: animalia fouet & continet in esse. Eo etenim presente: & sunt & animalia sunt. Rationalis anima/ humana est essentia: que humanum esse toti corpori largitur: estq; pars humane substantie/ precipua & prima/ qua animal est homo. Aduentante igitur in materiā substantiali & primario actu/ eoq; presente: q̄ prius non erant/ generari dicuntur: & a non esse/ progredi ad esse: & ex non ente/ in ens.

Subsistēdi forma.

Vita.

Sensus

2 Ratio.

¶Ante generationem/ vna est consistentia: generationis actu prior/ omniū primum & vltimum.

Materia gnatione & actu prior.

¶Materia prior est & generatione: & ipso generationis actu. In eā quippe/ actus ipse substantialis generatione aduentat: in ea suscipitur & stabilitur. Ipsa eius fultura: & organum omnium ipsius operationū est. Quicquid profert substantialis actus/ quicquid sua fecunditate gignit: oīa in materia/ vt subdita potentia statuit. Illam velut quandam noctem & memoriam: variis accidentiū speciebus/ ipse (vt intellectus & suapte natura actuosus & impassibilis toreutes) insculpit. Exonerans enī sese passionibus & accidentibus cunctis (citra humanas notiones) omnia indit materiei. Hanc igitur materiē actu ipso/ tēpore priorē esse oportet. & preparatā imprimis a natura/ vt cōmune futurorū vniuersorū actuū domicilium: vt substantiale eorum vehiculū. Sicut enim memoria locus est & fultura intellectualium specierū: ita & materia substantialium actuū promptuariū est/ in quo cuncte forme a natura fiūtur/ reponuntur conduntur.

Materia Nox & memoria quedam est.

3 ¶Materia omnium cōmunis est/ vna eadē atq; indifferens.

¶Materia aliquid quidē est vt totius substantie pars & incōpleta substantia. Plus est q̄ nichil: & minus est q̄ hoc aliquid. Nā neq; est hoc/ vel hoc: aut aliud aliquid eorū que huiusmodi sunt. Incognoscibilis & indicibilis est: vtpote quā sub nullā differentiā aut proprietatem: exprimi contingit. Est enim prior omni naturali rerum proprietate ac differentia. cum sit & confusissima actuū omniū & proprietatū facies: cū sit isuper īdiscreta moles: ex qua omnis actus partem accipiens/ sese ea fulcit vallat firmat. Si enim actus & forma: est cuiusuis rei proprietas: per quam de vnoquoq; enunciamus esse ipsum hoc/ vel hoc: non esse hoc aut illud: necesse est vt ante ipsi⁹ actus aduentū/ res omnis sit ipropria atq; idifferens: sine definita affirmatione & negatione. Affirmatio quippe & negatio differentiā actū & proprietatem rerum comitātur. Materies igitur peculiari & positione & negatione prior est: cum de eaipsa dictitare nō liceat: neq; hoc est/ neq; hoc non est. Ambo q̄ppe vniuersalia contraria omne atq; nichil: simul de eodem enunciātur. Omnia etenim est materia & nichil est materia. Omnia est priuatione & potentia. Actu vero habitu & proprietate nichil.

4

¶Materia est oim potētia ex qua cūcta fiūt & naturali gnatiōe absoluunt.

¶Omnia quecunq; modo subsistuut: prius non erant/ poterant tamen esse. Erant enim possibilia: per subsistētiā sue possibilitatis/ atq; potentie/ vt materie. qua ante omnia subsistente: possibilia cuncta & aliquopacto (vt potentia) inchoata & subsistentia censentur. Ex nichilo quippe/ naturali virtute nichil fit. neq; quod fieri impossibile est: id aut factū est aut fiet aliq̄n. Quo enī pacto cui⁹ nulla precxtitit potentia: quodue inchoatū possibilitate nō fuit: fieri potuerit? Necessarium non est factum: quod semper fuit in esse quod & omniū est causa. Impossibile non est factum/ quod fieri nō potuit. Solū igit possibile a sūma illa & suprema omniū necessitate: ex possibilitate & potentia/ in actum & naturale esse produsse

declaratur. Omnia itaq; ex priore possibilitate & potētia preexistēte: fiūt absoluunt cōplent. 5

¶ Trina est rerum potētia: diuina inquā mēs materia et elementatio.

¶ Entiū possibilitas/ est trina. Diuina mēs/ Materia/ & elemētatio: que est materie/ ab elemētari qualitate: proxima & cognata ad susceptionē actus dispositio. Nā deus cūctorū est opifex/ virtus: & potentia vniuersorū que sunt/ siue sensibiliū/ siue intelligibiliū. Isq; eodemq; modo oia de nichilo (nulla preexistente materie) ad esse produxit. Deo igitur ab eterno subsistēte/ veraciter ꝓfecto enūciare possumus: eternā fuisse & increatā rerū omniū possibilitatem. Oia ab eterno fieri potuisse/ fuisse possibilia/ fuisse in potētia: que aliquado sūt facta & ex eterna potentia/ in tēporaneū actū deducta. Et hec cūctorū possibilitas/ est diuina ipsa mēs que ab eterno & subsistit & vniuersa ponit. Ab hac itaq; possibilitate: & immateriales angeli & materia & omnis creatura: fuisse ab eterno possibilia & in potētia dicuntur. Propior autē rerū potentia/ est ipsa materies: que dunta xat sensibiliū/ non autē imaterialiū angelorum potētia ac possibilitas est. Hec eteni prima sensibilis totius substantie pars eiusue ichoatio vocatur. Et hec rerū potentia creata est: & orta a potestate prima hoc est a deo. Proxima vero vltimaue potestas & possibilitas oim: est vulgatissima materie elementatio: qua iprimis ibuitur afficiturq; materies: fitq; vicino & aduentāti in se actui apta/ cōgenea & q̄ simillima. Harū igit̄ triū possibilitatū: sola diuina oia cōplectitur. Secunda angelos minime comprehendit Tertia neq; angelos/ neq; materiam ambit.

Quid elementatio.

Causa cur deus oim possibilitas

Secūda rerū possibilitas materia.

¶ In prima potētia/ fuerunt oia ab eterno/ non autē in secunda aut in tertia 6

¶ Prima potētia diuina mēs est: cunctarū opifex rerū. Fuerūt autē oia ab eterno rōnabiliter in mēte diuina: a qua & sortita sūt/ presētis sue subē initiū. Et ad diuinā mentē/ nulla est entiū differitas: neq; inter se/ neq; quoad esse & nō esse. Nā & vniuersa fuerūt i diuina mēte et semp in ea fuerūt in esse. Haud eni aliqua quidē in ea fuisse & aliqua in ea nō fuisse dicātur: cū ipsa sit equaliter oīm pricipiū: sitq; cūctis rebus/ esse ipartita. Nō autē aliquib⁹ & aliquib⁹ nō. Neq; itē entia/ prius in deo nō esse: q̄ esse sortita sūt. Fuerūt quippe ab eterno/ rationabiliter i esse dei: idest i eterna & semotissima dei possibilitate: qua ab eterno fieri a deo potuisse & possibilia fuisse dicūtur. Atq; ex ea demū diuina potētia: in idipsū qd impsentiarū sunt propriū/ peculiare ꝓximūue esse successerūt. In ipsa autē materiei possibilitate vtrobiq; diuersitas accidit: scilicet & subiecto & tēpore. Subiecto quidē: quia non oia fuerūt in materiei potestate & possibilitate. Angeli quippe ante materiā sunt facti: quib⁹ alia nulla potētia/ q̄ diuina mens: antiquior priorue reperitur. Tempore vero/ q; rursum q̄ sunt in materie potestate: haud semp in illi⁹ esse extiterint: sed pri⁹ in nō esse & posteri⁹ in esse. Nō eni semp extitit materia: sed aliquando est facta. estq; primeue illi⁹ eterneq; potētie (diuine inquā mētis) voluntarium opus & contingens creatura.

¶ Materia est ingenerabilis et incorruptibilis: et tota simul facta. 7

¶ Materia generatione prior est: & corruptiōe posterior/ oīm primū et vltimū. Assumit̄ ab actu in gnatione: ab eodē vero i corruptiōe reliquit̄. Presentatur obiciturue a natura efficienti cause ad susceptionē act⁹/ quē tp̄is duratiōe p̄cellit. Et quo demū ab ea emigrāte/ ipsa in integritate sue substātie pseuerat: i corrupta/ idiminuta/ imutata & sēp vna. Sicut eni materia tota simul repēte ad esse ꝓdijt (Nā simplex/ ingenita in pūcto & indiuisibili creata) ita & suapte natura/ ea dē & indemutabilis pseuerat. Orta ē p̄ter tp̄is fluxionē: nulla quoq; tēporis succesiōe tabescet atq; dilabet̄. Que parē habuit angelicis spiritib⁹ ortū (Nēpe istāta neū) pariquoq; eternitatis statu librata: nullo fine marcescet nūq̄ue interibit. Et qd miran dū magis est: creatorū entiū minimū/ cū maximo: ima vniuersorū potētia/ cū supremo et angelico actu: paribus extremis coaptat̄. Nā & angelorū oīm & totius materie ort⁹ atq; initiū: instans est & tēporis impartibile. Amborū autē occas⁹ finisq; durationis/ nullus est.

Ad diuinā mētem oia eodē se habēt modo.



¶ Differentia generationis et creationis. Caput. II.

Reatio/ generatione: natura est prior 1

¶ Sicut pars natura prior est toto: ita & generatiōe/ prior creatio. Generatio eni est: vt totius ex potētia & actu/ coalitio & pfectio. Creatio vero hacten⁹ generatione probat̄ antiquior: q; substantiales rerū profert ptes statuitq; pria & ātiqssima vniuerse nature fūdamēta: materiā iquā & formā. Et sicut deū cēsem⁹ toti⁹ esse nature autorē/ oīmue cōditorē: ita & ad deū creatio omnis/ ad naturā vero generatio est oīs referēda. Nā & deū oīm creatorē: Naturā autē vniuersorū genitricē/ appellare solemus.

2 ¶Creatio ſimplicia rerum ad eſſe ſtatuit initia actū et potentiam.

¶Simplicia rerum initia ſunt actus & potētia qbus nichil in rebus ſimplicius aut prius/ quibuſue ſenſibilis ois ſubſtantia pficitur. Creauit iprimis deus actū ſine potentia purum/ ſimplicem immixtū: vt angelicum ſpiritū/ vniuerſe nature cōceptū formāue abſolutā. Deinde potētiā vt ſine actu: ideſt materiā oim actuū priuationē meramq; potentiā/ omni differentia & proprietate nudatam. Creauit oim prius extrema: eſſe ſine poſſe & poſſe ſine eſſe Et hec ſtata ſunt tota ſimul: facta ſunt & creata ab initio: perſeuerantq; immutabilia. Eorum inſup numerus: neq; augeri/ neq; minui poteſt. Nam neq; natura oriri angelus nouus neq; iterire pōt vllꝰ. Neq; vlla proferri/ recēs materie atomus neq; vlla vſpiā annichilari. Poſt autē illā primā creationē/ creantur & indies peculiares actus. Vt humane aie ſimplices/ ingenerabiles/ incorruptibiles. quibꝰ materia id fit actu: quod eſſe nata eſt fitq; eius eē/ cuius poſſe: illi primitus inheſit.

Dēus creator nature genitrix.

3 ¶Sicut ſimplicium extremorum et principiorum eſt creatio: ita et cōpoſitorum/ mediorum et finium generatio.

¶Extrema ſimplicia ſunt & principia medii Mediū vero ſubſtantia/ cōpoſitū: extremorū cōnexio & finis eſt. Extrema partes ſunt: mediū totū. Extremorū eſt creatio: mediꝝ autē generatio. Id enī quod ſuapte natura ſimplex eſt/ quod impers & partibus carēs: haud aliter q̄ creatione & repentina ſubſtātie propagatione/ ad eſſe proferī. Vt angelus vt materia vt forma: & ea cuncta/ quorū nulle ſunt partes. Angelici quippe totiꝰ ſpiritus: haud vna pars prior eſt facta/ alia vero poſterior. Neq; itēmateria/ neq; hūana aīa diuidue¦ſēſimq; oriuntur: angelus tamē/ prior eſt materie. Et hec prior/ rationaliaīa. Ceterū totus angelꝰ ſimul/ tota ſimul materies & rationalis ois aīa/ ſimul tota creatur. Intereſt hoc dūtaxat q̄ ſiuul oēs angeli/ ſimul oēs materiales atomi facti ſunt. Nō autē ſimul/ cūcte rationales aīe innaſcūtur: ſed alia poſt aliā. Succedūt quippe aīe ſibiuicē numero: nō autē ſecundū ſubſtantiam. Nā rationaliū aīarū nūerꝰ diuidue & in tp̄e proferī. Singularū tamē aīarū ſubſtātia: ꝓduci tur creaturue in inſtāti. Aſt totū quodlibet/ quod ex materia cōſtat: hac vna ratione/ generabile cēſetur/ q̄ haud ſimul fit totū. ſed eiꝰ pars alia/ vt potētia priorſubſiſtit. alia vero(vt actus)acquirīt poſterior. Huiꝰ enī cū priore preſentia: totius ſubſtantiā adimplet.

Dīe extremorū mediꝝ.

4 ¶Vnde fit vt generatio: ſit quidam prioris creatiōis finis et illius adipletio.

¶Finis quippe extremorū/ eſt eorū vnio. Extremorū aūt vnio: eſt ſubſtātia mediꝝ: cōflata ex actu & potētia. Atq; ꝓtulit(vt diximꝰ)creatio: rerū iprimis extrema/ actū & potētiā. Generatio vero naturali quodā ſuauio & oſculo ea inuicē counit copulatq; : iferēs ex eis mediū & totū. Eſt igīt creatio/ gnationis initiū: gnatio vero creationis finis illiuſue adipletio. Q̄d enī creatione ipfectū diuiſūq; relinqtur: gnatione adipletur/ copulatur perficitur.

Sicut creatio/ ab actu ad potētiā ꝓceſſit: ita et gnatio/ a potētia ad actū ꝓdit.

¶Creatio ī primis angelicū actū/ deinde materiā actuū oim priuationē & potētiā: ad eſſe inſtituit. Gnatio aūt a fine creatiōis/ hoc eſt a potētia & materia: ad medios ſecūdos & particulares actꝰ ꝓcedit. Oi q̄ppe ſēſibili actu: vt ſubſtantiuo vitali/ ſēſitiuo & rationali: gnatio materiā iplet pficit cōſumat. Vniuerſis autē his actibꝰ/ prior eſt materia. angelico tamē ſpū & actu poſterior. Proceſſit igīt creatio: ab actu abſoluto ideſt angelico ad potētiā. A pfectis ad ipfecta/ Ab intelligibilibꝰ ad ſēſibilia. Gnatio vero illi cōtranititur: pergens a potentia ad actū/ ab imperfectis ad perfecta/ a ſenſibilibus ad intelligibilia.

5 ¶Creationis et generationis fines: ſunt ſenſibilium extrema.

¶Proprie creatio ſimpliciū eſt & ſeparatorū extremorū/ eorū inquam q̄ nullopacto gigni aut generatione acquiri dicūtur: Vt angelorū et materie. Nā in nullo ſubſiſtit et acquiritur angelꝰ: q̄ per ſe factꝰ eſt/ tāq; ſimplex purꝰ actotꝰ actꝰ. Similiter & materia nulli ineſt/ ī nullo ſubſiſtit: ī nullo creatiōe eſt acquiſita. Mediꝝ autē & ꝓticulares materie actꝰ: ſatiꝰ gigni/ q̄ creari dicūt. vt q haudq̄q̄ p ſe ſubſiſtere nati ſūt: ſed gnatiōis tranſmutatiōe ī materiā aduentāt: ī q̄ & ſubſiſtūt. Itaq; p̄miſſa hac ſuppoſitiōe: creatiōis finis & vltimum/ eſt materia: creatiōis vero initiū/ angelica ſubſtātia. Atqui materia/ ſenſibiliū omniū eſt initiū: cūctorūue actuū ſtabilimentū/ ens itē minimū/ extremū ac prope nichil. Senſibiliū vero oim finis/ vltimuſue & ſupremꝰ actꝰ/ eſt rationalis aīa: que materie indita eſt vltima. Ois igitur generatio fit inter materiā & humanū actū. ſuntq; materia & rationalis aīa ſēſibiliū oim/ totiuſq; gnationis extrema. Materia nāq; creationis eſt finis: & eadē/ totius gnationis initium.

¶ Generatio creationis implet vacuū: copulatq; luū finē/ creationis initio. 7
¶ Nam creatio/ duntaxat simplicia & separata constituit rerum extrema: absolutū inquā actum angelū & potentiā absolutā materiē: que sūt ens maximū & ens minimū. Inter hec autem: latū interhyat chaos/ vacuū & inane: sensibilium omniū actuū & substantiarum capax. Hanc igitur nature abyssum ac imensum hyans profundum: generatio inchoans ab imo & materia (tanq̄ ab actuū suppositione & hypostasi) cunctis sensibilibus actibus implere satagit. ascendens a materia ad angelici vsq; actus vicinitam: cui supremū & nobilissimum sensibilium actū (id est rationalē animā) coniungit facitq; vicinū. Est enim angelicus actus totius creationis initiū. Humanus vero actus/ generationis finis: coniunctus & attiguus creationis initio. Et hec est causa (vt liber de intellectu predocuit) cur cum homo sit suprema & vltima creatura: proximū tamen primeuis & omniū antiquissimis angelis/ obtineat locum: paulominus illis/ factus inferior. Sit enim vniuersorū linea a m. quā partior in quinq; partes equales punctis h b v s. Sit autē a/ angelus/ m materia/ s subsistentia/ v viuentia/ b bruta animantia/ h homo. Vniuersa linea a m: haud tota simul/ sed diuidue orta est manauitq; a deo. Primū siquidē supremūq; eius punctū a: primitus & ante omnia/ a deo processit. Deinde punctū m/ totius eiusdē linee finis: secundo loco a deo pependit. Et hec sunt vniuersorū extrema: que summum imūq; locum/ in vniuersorū ordine obtinuere: & q̄ quanq̄ distantissima ac dissimillima sint (Nam hec absoluta potētia: ille vero simplex & absolutissimus actus) sunt tamen ante omnia creata. Productis igitur simplicibus oīm extremis a & m: medium interhyabat chaos ac vacuū/ totius linee medie m a: per quā aliquo pacto ipsa extrema copulantur. Hoc autē vacuū: productis deiceps mediis creaturis/ s v b h/ est adimpletū perfectusq; est a deo vniuersorū ordo. Hic enim sensis clauditur entibus: Angelo materia/ subsistentibus/ viuentibus animalibus & hominibus: qui merito angelis ꝓximi vicinicq; euaserunt. Descendit enim deus imprimis ab a in m: qui demū reciproca latione/ ab m in h siue in ipsius a vicinitā: conscendisse declaratur. progressus itaq; est deus in principio/ vt in creatione extremorum: a perfectis ad imperfecta. In fine vero & productione mediorū materialiūue actuū: ab imperfectis processit ad perfecta. In extremis insuper ꝓcreandis: aliquoq; pacto velitatim & velut per saltum & vacuum processisse reperitur. In ꝓlatione autē mediorum actuū: per plenū & continuum progressus deprehenditur. Sunt enī (vt diximus) terum extrema: angelicus actus & potentia materiei/ que & distantissima sūt et primo creata. Media vero quibus vacua eorum impletur intercapedo/ sunt quattuor creaturarum genera: subsistentium viuentium sensibilium & rationalium.

Quid chaos creationis.

Deus
1 A
6 H
5 B
4 V
3 S
2 M

Duplex creationis ordo.

¶ Analogia creationis vniuersorum ad protentionē linee recte. Cap. III.

VNiuersorum a deo productio/ eo modo facta & absoluta est quo et recta linea solet a nobis/ geometrico modo potendi. 1

¶ Ostenditpalam hec propō: q̄ sint mathematice discipline/ ad capescenda intelligendaq; diuina exigende. Nam qui rite cognouerit/ quo pacto recta a nobis linea/ mathematico more describi protendiq; solet: nosset & illico/ quo pacto a deo pependerit manaritq; vniuersorum linea: in qua singula naturali sue dignitatis & perfectionis ordine disponuntur. Angelus inquam in summo: materia in imo. Post quam angelum versus pergendo/ subsistentia. Deinde viuentia: hinc sensibilia: postremus homo. Hic enim creationis qdē ordine/ ab angelo/ sextus & vltimus numeratur. dignitate autē/ prestantia & loco: ab eodē secūdo ē. Solet aūt geometrico de more: recta linea/ a nobis describi hoc pacto. Circini pedē alterū imprimis figimus in plano aliquo immobilē: quo primo protendēde linee/ designatur punctus. Et hec sit angelorum creatio. Reliquus deinde pes a nobis eidem plano imprimitur: quo future totius linee finis ac meta notatur. Hec autem est materie creatio deinde formatis quidem per se duobus totius linee extremis: admouenda est ambobus ipsius circini pedibo/ lignea aliqua aut erea regula: cuius directioni innitens pes circini secundus: moueatur ac reciprocetur ad primum. suoq; tractu expetitam rectam lineam/ in plano conficiat: impleatq; spacium/ quo prius existēte vacuo: ambo puncta abinuicē disclusa separataq; manebant. Hoc sensibili signo/ hac lucidissima analogia: deprehendes quonāmodo sunt rerum extrema/ prius a deo facta. Primum prius/ Secundum posterius. Dei de media ab eodem/ contrario extremorū ordine producta: ascendente ab secūdo extre-

Deus
Angelus
Homo
Bruta
Viuentia
Subsistentia
Materia

morum ad primi vicinia m. Et ſicut vtraq; totius recte linee puncta ab circino per ſe/ ſiue lignee aut ereę regule adminiculo deſignãtur: ipſa autem linea haudquaq̃ ab eodem circino/ ſiue admotione ac directione exterioris alicuius materialiſue regule protenditur. Ita et primas extremaſue creaturas/ angelũ & materiã: creauit deꝰ p ſe ſine exterioris alicuius adminiculo: ſine vlla preexiſtente materie. Secundas autẽ mediaſue creaturas: que ſunt vt ipſa recta linea: haudquaq̃ protulit deus per ſe aut ſimpliciter ſed ex iam preexiſtẽte priuſue creata materie illas compleuit. Nempe materiei/ quattuor actus indidit. Subſtãtialem Vitalem Senſibilem & Rationalem. Eſt enim materia perſimilis lignee regule: vtpote cui omnes ſenſibiles actus/ innituntur. Sicut enim mobilis circini pes/ ad regule extremitatem dirigitur rectamq; lineam deſcribit: ita & cũctos ſenſibiles actus deus iuxta admotũ materie limitem atq; extremitatem/ in rectum direxit diſpeſuit/ ordinauit. compleuitq; vniuerſo tum lineam rectam: extremis duobꝰ ſimplicibus ac per ſe productis/ quattuor vero mediꝰs materiei innitentibus punctis conflatam.

Circinus	Primus pes	Pes ſecundus	Interuallum	Regula
	Pũctũ primũ	Pũctũ ſcdm	Vacuum	Inſtrumentũ
Deus	Angelus	Materia	Sẽſibiles creatu.	Materia

2 ¶ Eadem quoq; vniuerſorum productio in quodam angulo facta eſt: quorum latus alterum directionis: alterum vero/ reciprocationis: & hoc plenum illud vacuum.

¶ Nam per rexit deus/ ab angelo ad materiam: ſtatuens illa prima procedenſq; a perfectis ad iperfecta: a ſummis/ ad ima. A materia vero/ contrario reciprocoq; motu: per medias creaturas/ deuectus in hominẽ eſt: que eſt creaturarum periodus. Facta igitur eſt vniuerſorum productio/ in angulo quopiã: cuius primum directũue latus/ eſt ab angelo ad materiam: Secundum vero atq; reflexum/ a materia ad hominem. Latus inſuper primum/ cuius extrema ſunt angelus atq; materies: eſt hyatus & vacuum vniuerſi. Reliquum autem cuius extrema ſunt Materia & homo: mundi conſumatio eſt & abſoluta plenitudo. Et hec propoſitio ex figura ſequentis/ clarior euadet. Rectus angulus/ extremorum ſpecies

¶ Anguli productionis oim: vertex reflectioniſq; pũctũ/ eſt ipſa materies.

3 ¶ Sit rectus angulus a: hunc voco angulum productionis vniuerſorum. Nam rectus angulus/ precipuus eſt angulorum qui (vt liber deſenſu predocuit) neq; magis/ neq; minus ſuſcipit. ſed vt extremorum/ acuti obtuſiq; medius: imperti atq; indiuidua equalitate continetur. Eſt enim rectus omnis: rectiſſimus. Satius igitur fuerit/ recto equaliſſimoue angulo: q̃ inequalibꝰ extremis/ vniuerſorũ creationẽ exp̃ſſiſſe. In hoc itaq; angulo punctũ a angelũ exprimit/ m vero materiam: que ſunt omniũ extrema imprimis a deo creata. Quia autem materia abiectiſſimum & humilli/ mum eſt entium: ab angelo ad materiam vſq; / deus creando deſcẽdiſſe probatur. Aſt ab ima materie: ſcandere cepit/ per medias creaturas in hominem reciprocus atq; reflexus. Eſt igitur materies: punctum diuine reflexionis ac anguli productionis vniuerſorum vertex. Huius autem anguli/ latus a m: hyatus eſt & vacuum vniuerſi. Latus vero m h: mundi perfectio atq; plenitudo: in primo ſiquidem latere: produxit deus extrema mediꝰs creaturis hyantia & vacua. Secundo vero latere omnem eiuſcemodi inter materiam & angelum hyatum/ mediꝰs creaturis impleuit. In primo inſuper latere: proceſſit deus a perfectis ad imperfecta. In ſecundo vero ab imperfectis ad perfecta progreſſus declaratur.



Que mundi hyatus queue plenitudo

4 ¶ Totius eiuſcemodi anguli: vtraq; latera/ ſunt equalia.

¶ Nam quantus eſt priſcus mundi hyatus quantumq; vacuum: tanta eſt & eius plenitudo. Sunt enim locus & locatum: inter ſe equalia & comenſurata. Vacuum autem: quidam locus eſt/ ſue totius plenitudinis. Sunt igitur vacuũ & plenum: adinuicem equalia. Quare & ambo propoſiti anguli latera: inter ſe pariter equalia. Eſt enim latus a m vt vacuũ: latus vero m h vt plenum. Quantũſiquidem in primo latere a materia ad angelum/ interſtes hyabat vacuum creaturarum: tantundem plenitudinis creaturarum in ſecundo latere acceſſit. Quẽadmodũ ſi priuſq; rectã lineã protenderis: duo iprimis eius pũcta/ deſignaueris i plano quãta eſt amborũ huiuſmodi pũctorũ/ pri/ vacua diſtãtia: tãta ẽ & i ſequẽtis linee lõgitudo.



Prior ſiquidem amborum punctorũ a & b intercapedo: metrũ eſt & menſura/ totius linee a b: que eſt prioris eorum vacui plenitudo eorũq; prius diſſociatorũ copula. Cũ igitur toti⁹ propoſiti anguli/ primũ latus a m: ſit vt diſiuncta diſſociataue extrema: Secundũ vero m h/ vt prioris lateris plenitudo/ copula nexuſq; cũ itẽ primum ſit vt vacuũ & locus: Secũdũ vero vt plenũ & locatũ: neceſſe eſt ambo eiuſdẽ anguli latera/ adinuicẽ eſſe equalia & cõmenſurata. Omnes eni medie creature/ in vacuo quod a materia ad angelũ patet intercipiturq; recepte & collocate a ſummo deo ſunt.



¶Primum eiuſdem anguli latus: vt potentia & priuatio eſt. Secundum vero/ vt actus et plenitudo. 5

¶Hec ex precedente dilucidior euadit. Nam primum lat⁹ a m: eſt vt vacuũ: vt ve ea duo puncta/ que in plano aliquo/ ante protenſionem recte linee: vtriſq; circini pedibus deſignãtur. Secundum autẽ latus m h: perſimile eſt pleno & protenſioni recte linee: qua & interſtitium prius vacuũ impletur: & prius diſſociata puncta/ copulãtur. Eſt igitur totius huiuſmodi anguli/ primũ latus vt a m: vt potentia & priuatio. Secundũ vero m h: vt actus & plenitudo. Et ex hac iterũ manifeſtum eſt: vtraq; eiuſdẽ anguli latera/ eſſe equalia. ois eteni potentia/ tante eſt priuationis: quante plenitudinis/ eſt ipſius actus. cũ totam potentiam: totus actus equaliter impleresufficiat. Si eni potentia/ ſuũ ipſius tranſiliret ſuperaretue actũ: aliqua ipſius potentie pars reliqueretur vacua: que minime ab actu & idẽtitate forme/ repleretur. Et ſi ediuerſo actus ipſe/ ſubditã ſibi potentiã exuperabit: erit ipſius actus/ pars aliqua ſine ſubiecto: vaga/ inanis/ ſupuacanea/ ocioſa. Vt ſi potentia a b c/ ſuperauerit actum d e: erit pars aliq̃ potentie a b c/ vt a b: ſine actu/ vacua & ocioſa quod fieri nequit. Et ſi act⁹ f g h/ potentiã i K ſuperabit: erit ipſius actus pars aliqua/ vt f g inanis/ vaga ac ſine ſubiecto. Relinquitur igitur vt totus actus f g K ſit in tota potentia a b c: vt equale in equali et neutrum ab altero ſuperetur.



¶Primo inſuper eiuſdẽ anguli lateri: Creatio ortum dedit. Secundo vero lateri generatio preſtat originem. 6

¶Nam primũ latus a m: extremorũ eſt & ſimpliciũ poſitio. Secundum vero m h: Mediorũ & compoſitorũ. Sunt enĩ angelus & materia/ ſimplicia & incõpoſita: hec ſiquidẽ potentia ſimplex/ ille vero nudus puruſue actus. Medie autẽ creature que in ſecundo latere collocãtur: Subſiſtentia ſcilicet Viuentia Animalia atq; Homines: cõpoſite ſunt ex potẽtia & actu: ex materia & forma. Atqui vt diximus Creatio: ſimpliciũ/ incõpoſitorũ & extremorum eſt. Generatio vero/ cõpoſitorũ & mediorũ. Id enim creari proprie dicitur/ quod totum ſimul fit: quodue repente exoritur/ vt angelus & materia. Gigni vero id pronunciamus/ quod diuidue & in tẽpore perficitur: cuiuſue actus/ in potentia acquiritur. Eſt enim materia omni actu/ in ea ſubſiſtere nato: tẽpore antiquior. Cuius itaq; pars vna prior ſubſiſtit: alia vero poſterior/ i priore acquiritur: id diuidue fieri ac proprie gigni predicatur. Eſt itaq; propoſiti anguli a m h/ primum latus a m: creatione ortum atq; perfectum. Secundi vero lateris m h: generatio extitit origo.



¶In vtriuſq; lateris ortu: contigit fluxus atq; ſucceſſio 7

¶Primum etenim latus a m/ haud totum ſimul eſt ortum: ſed a quidem prius/ m vero poſterius. Eſt enim angelus/ antiquior materia. Contingit igitur ab a in m/ fluxus atq; ſucceſſio: cum non ſimul angelus & materia/ ſint ad eſſe producta. Quẽadmodum rectam lineam protenſurus: alterũ circini pedẽ/ prius in plano figit/ aliũ poſterius: hoc pacto protẽdende recte linee/ vtraq; extrema haud ſimul: ſed aliud poſt aliud deſignãs. In latere quoq; m h: contingit ſucceſſio/ ab m h. Nẽpe materia: prior eſt omi ſenſibili actu. Mineralia: priora viuentibus. Viuentia/ animalibus prius facta. Animalia deniq; irrationalia: ante hominem orta predicantur. In vtroq; igitur totius mundani anguli latere: fluxus ab initio contingit atq; ſucceſſio.

¶Amplior in mundani anguli ſecundo latere: q̃ in primo/ contingit ſucceſſio. 8

¶Nam in primi lateris ortu: contingit ſucceſſio ſimplex. In origine vero ſecundi lateris/ duplex. In primo ſiquidem latere facta eſt ſucceſſio duntaxat ab a/ i m ideſt ab angelo/ in materiã. Non autẽ facta eſt ſucceſſio/ in ipſis per ſe ſingulis: hoc eſt in angelis aut in mate-

tia. Sunt enim angeli simul omnes facti. quilibet insuper angelus: repente totusq; simul exortus est. Vniuersa item materies & quelibet singularis ipsius atomus: repente totaq; simul facta denarratur. In primo itaq; latere: contigit successio duntaxat ab vno in aliud: vt ab a in m. Non autem in ipso vno/ neq; in ipso alio. Ast in secundo latere: successio fluxusue duplex reperitur. Primus ab m/ per cuncta media in h: similis ei successioni/ que primo lateri inest. Secundus in ipsis singulis: que diuidue ac parte post partē/ generatione absoluūtur. Nam quecunq; in secundo latere continentur (preter materiā) scilicet subsistentia/ Viuentia/ bruta animantia/ & homines: cum sint cōpositā: successione partium aduentuq; posterioris in priorem perficiuntur. Cōtingit igitur in primo latere/ simplex et vna successio/ ab vno simplici/ in aliud simplex. In secundo vero latere duplex reperitur. Prima ab vno/ in aliud. Secunda in ipsis singulis/ preterq̄ in materia: que lateri vtriq; cōis inest.

In secūdo latere successio duplex.

9 ¶Mundanus Angulus/ creatori deo: Angelica et humana cōtēplatione perpulchre in quadrato copulatur.

¶Sit vt prius/ mundanus angulus rectus a m. Ostensum est/ Ambo eius latera a m & m h/ esse equalia. Fiat autem super ipsum oppositus angulus/ eidem equalis a d h. Sitq; vertica



lis eius apex deus totius mūdani anguli origo eorumue autor que i ipso mundano angulo continentur. Manifestum est ab his duobus angulis: impleri quadratum. Huius igitur quadrati/ inferiorem triangulum a m h (quē prius mūdanum diximus) voco substātialem tanq̄ omniū creaturarum capacem Superiorem vero triangulum/ appello spiritalē. vtpote cuius laterum ductu & directiōe ois perficitur dei contēplatio. quoue ifer ior mundanusq; triāgulus creatori deo restituitur/ agglutinatur/ copulatur. Per latus siquidē a d: deum/ angelus contēplatur fitq; diuini luminis capax. Homo quoq; p lat9 h d: in deū fertur deūq; suspicatur. Mundanus igitur angulus a m h: angelica & humana dei contemplatione hoc est lateribus a d & h d creatori deo copulatur atq; inseritur. Sunt enim angelus & homo creaturarū omnium antistites: in valuis diuinitatis collocate ipsāq; diuinitatem circunstantes. per quas reliqua omnis creatura/ per sese abiuncta separataq; a deo illi vt suo authori (quoad nata est) propinquat/ inseritur/ adunatur illiq; mutuate ab eodem substantie/ vota & gratias persoluit.

Angel9 et hō oim creaturarū antistites.

10 ¶Huius quadrati/ precipua quattuor puncta angulorūue capita: sunt/ de9 Angelus/ Materia/ Homo.

¶Deus: vertex est supremi anguli a d h Materia vero inferioris a m h est caput: distans a deo dyametro d m. Angelus autem & homo: capita sunt mediorū angulorum/ que p dyametrum a h distare comperiuntur. Deus est vt meridiei punctum. Materia/ medie noctis punctū exprimit. Angel9 in orientis puncto residet: hō vero in occiduo collocatur. Latus d a linea est & creationis & contemplatiouis angelice: vtpote qua & a deo substantialiter pependit angelus: & in deum cōtemplatione recurrit: Est enim angelus deo: et creatione et contemplatione immediatus proximus attiguus: Latus vero a m creationem materici exprimit que post angelum a deo pependit. Porro tertium latus m h generationem explicat omniū: que post materiā/ diuiduū ortum acceperunt. Et in eo que continentur entia (preter materiam & hominem) scilicet subsistentia/ viuentia/ & animalia veluti minus precipua: non sunt angulorū capita. Quartum deniq; latus h d/ quod ab homine fertur in deū haud creationis/ sed contēplationis humane est latus. Hoc etenim latere/ minime a deo pependit homo. cum haud immediate/ sed post medias creaturas: substantiam acceperit. Eodem tamen latere (si angelo parem facere hominē licet) et diuina lux in hominē influ-

it:& humana mens in deum transit. Possunt igitur superioris totius quadrati latera: his insigniri nominibus. Latus a d creationis & contẽplationis angelice/ latꝰ d m: creationis materie. Latus m h: perfectionis omnium sensibilium. Latus vero h d: solius contemplationis humane. Angelus simplex est: vt qui eadẽ/ qua a deo pependit linea: in deũ recurrit deũue speculautr. Eadem enim est linea d a & a d: que vt d a/ angelo substantiam dedit: vt vero a d: illum deo inserit viq; contẽplationis restituit. Homo autem/ hinc mixtus compositusq; declaratur: qꝺ alio quidem latere/ ortus est a deo. Alio vero recurrit in deũ. Nam per latus m h manauit a deo homo: qui per latus h d/ deum ipsum speculatur fitq; beatus.

¶ Qꝫ species rerum: sunt ingenerabiles & incorruptibiles. Caput. IIII.

¶ Creatio/ initia protulit omnium specierum: que assidue & in tẽpore/ totis generationibus absoluuntur. 1

¶ Sicut creatꝰ est ab initio vniuersus angelorum & atomorũ materie numerus totusq; simul factus: qui neq; augeri possit neq; minui: ita & ab initio sex primis illis precipuisq; diebus (quibꝰ omnia fecit deus) status est consumatus et finitus sensibilium omniũ speciernm numerus. ita vt post sexte diei vespertinum diluculũ: nulla deinceps noua (nature ordine) oriri potuerit species: neq; interire vlla. Cõsumauit quippe/ absoluit pfecitq; deus sex diebꝰ: rerum omniũ species/ id est specierum omniũ numerũ. Nõ autem numerum indiuiduorũ & singulariũ cuiusuis speciei. Illis enim sex diebus specierũ omniũ protulit initia & singularia prima: que deinceps tẽpore toto/ totisq; generationibus sunt absoluẽda. Protulit enim hominem primum/ in vtroq; sui sexu: vniuersorum hominũ parentẽ. quo subsistente: substitit aliquo pacto humana species. Equum primũ/ equorũ oim patrem. quo cuncti equi progeniti sunt. Leonem primum/ progenitorẽ cunctorũ leonũ. Et ita per singulas species procede.

Sex diebꝰ oim spẽrũ numerus absolutus

¶ Species est ingenerabilis: quicquid autem generatiõe perficitur/ singulare & hoc aliquid censetur. 2

¶ Species que consistit tota in identitate/ vnitate & integritate sue substantie: actu insecta/ indiuisa/ indistributa: vt species itellectualis & celestis: tota simul est facta & creatiõe orta. Nam & vnusquisq; angelus/ totus simul est factus: & vniuersi angeli simul creati. Vnaq; stella/ tota simul est facta: stelle omnes simul create. Sol totus/ simul est factus. Planete cũ ci simul creatione orti. Celum totum simul ad esse prodiit. Vniuersi quoq; celi/ idem habuerunt creationis initium. Eodem instanti/ sunt ad esse producti. Sunt enim celi & quecunq; in eis lucida & micãtia corpora infixa sunt/ celestes species: actu indistribute/ indiuise/ vnice: in identitate & integritate sue substantie perseuerantes. Sunt & ingenite: id est nulla tẽporali generatione/ sed creatione sola orte/ toteq; simul facte. Siliter & materia species: quedam est: ingenita simplex/ creatione simul facta. Que autem post angelos & materiã superant/ sensibiliũ substãtiarum species: neq; rursus totis seipsis/ sunt generabiles. Nulla enim generatione: tota aliqua sensibilis species/ simul oritur. Sed cum secte quidem sint/ actu distribute & materie participatione singulares continuis generationibus/ tote per partes sunt absoluende. quoad finitus singularium & partium vnusquisq; speciei cõpleatur numerus: qui erit vt totius speciei identitas/ vnitas/ & integra substantia. Quod enim quelibet generatio in mediũ affert/ attollitq; in mundũ: haud tota aliqua species est. sed est totius alicuiꝰ speciei pars: singularis eadẽ numero hoc aliquid. Nã & phenix: vnica licet in orbe subsistat sueq; nature consortẽ & partem repudiet/ perpetua solitudine gaudens: nulla tamen phenix/ est tota phenicis species totaue phenicis substantia. sed simul que preteriere phenices que presentes & que future sunt. Est enim & phenicis species multorum singulariũ: que in mundane durationis totiusue tẽporis curriculo sunt absoluenda.

Intellectualia et celestia sũt species.

Quicquid gignitur singulare est

Vnica Phenix

¶ Totius vniuersi partes sunt species. 3

¶ Vniuersum/ quiddam genus est & rerũ vniuersitas. Generis autẽ cuiuslibet: vere subãles precipue & prime partes/ sunt eius species: que toti generi subsunt & in quas distribuit ipsum genus. Erunt igitur & precipue & substãtiales vniuersi partes: rerum naturaliũ species constabitq; vniuersũ totum/ ex speciebus: quarum deesse vniuerso potest nulla: & quarum numerus status definituſq; est/ ab initio/ creatione absolutus. Nã siue sumpseris vniuersum pro cunctis ijs que sunt: erunt vniuersi partes & species quattuor: Diuia/ Angelica/ Celestis

Materialis. Omnes enim materiales creaturas: materialis ſpeciei noīe cenſem⁹. Siue vocaueris vniuerſum omnē corpoream creaturā: vniuerſi ſpecies/erūt Celi Planete & materiales creature: queſūt vt materie partes/ ſtate & fixe ingenerabili & incorruptibili materia.

4 ¶Vnde fit vt vniuerſum ſit immutabile/ingenerabile & incorruptibile.

¶Nam cuius partes ingenerabiles ſunt & incorruptibiles/ ſemper eodēmodo habētes: id profecto eſt ingenerabile & incorruptibile. Vniuerſi autē partes ſunt rerum omniū ſpecies ingenerabiles & incorruptibiles: et que ſēper eodē habēt modo. Perſeuerant eni ab initio hactenus vniuerſe rerū ſpecies/ cōſtantes vniuerſi ſubſtantiā: inſeparabiles ab vniuerſo & que nuſq̄ extra eius ſubſtantiā/ emigrare vſpiam poſſunt. Extra enim vniuerſum nichil eſt: neq; actus neq; potentia. Cum igitur vniuerſo nichil addi queat neq; quicq̄ ab eo tolli: ipſum eſt imutabile/ ingenerabile & incorruptibile. Nam ſingularis creatura/ que generatione oritur noua aut corruptione interit: haud vniuerſi pars eſt/ cum minime ſit ſpecies: ſed ſingularis & indiuidua. Ceterum & illa ipſa neq; generatione additur vniuerſo/ neq; corruptione fit extra vniuerſū: Que enim ante generationem/ erat in potentia ideſt in materia: rurſum poſt corruptionem/ iterum in eadē potentia & materia reperitur. vtpote in quā: corruptionis tranſmutatione reuertitur. Ois autē potētia & materia: eſt/ degit reſidetq; in vniuerſo. Eſtq; vniuerſi pars quedā. Singularis igitur creatura generabilis & corruptibilis: ante generationem & poſt corruptionem/ eſt in vniuerſo: neq; generatione eidē additur: neq; corruptione tollitur.

Extra vniuerſum nichil eſt.

5 ¶Vniuerſum ſcibile eſt/& cognoſcibile.

¶Id enim eſt ſcibile & cognoſcibile: cuius a nobis/ deprehendi poteſt partiū numerus: cuiuſue partes ſūt numerabiles/ certe/ ſtate atq; definite. Vniuerſi autē partes/ ſunt (vt dixim⁹) rerum ſpecies: quarū omnium ſtatus ac definit⁹ eſt a creationis initio numer⁹. Hic autē numerus licet nos actu lateat/ ſitq; nobis ignot⁹: tamen quia certus ac finitus/ numerabilis eſt & ratione ſcrutabilis. Eſt igitur ſcibile & cognoſcibile vniuerſum: actu tamen ignotum & incognitum. Quis eni hominum aſcendit in celum: & menſus eſt orbem eius aut dinumerauit ſtellas firmamenti: quorum numerus eſt & quidam ſenſibilium ſpecierum numerus: & ratio ſubſtantialium partium vniuerſi.

Quid a nobis ſcibile.

¶Generationem/mutationem eſſe ſecundum medium: non ſecundum extrema. Cap. V.

Generatio rem affert in medium: quā corruptio tollit e medio.

1 ¶Sicut que intereunt/ tolli dicūtur e medio: ita & que oriuntur/ dicuntur procedere in mediū. ideſt in noſtrū conſpectū/ in noſtrū iudiciū: in noſtrā apparitionem & mundanā. hanc lucē cui qnādiu ſubſunt quandiu ſupra terram a nobis cernuntur & conſpiciuntur: eſſe & ſubſiſtere dicūtur. Vbi vero e medio id eſt e terrenis ſedibus (nam terra mundi eſt medium) migrant: non eſſe a nobis dicuntur. Affert autem hoc pacto rerum ſubſtantias in medium/ id eſt in eſſe Generatio: que corruptione/ in antiquum materiei chaſma & chaos reuocatur diſceditq; e medio.

2 ¶Ante generationem poſtue corruptionem res eſt in extremis

¶Extremum circunſtantia quedam eſt & ambitus mediꝰ. Omne ſiquidem mediū: aliquo pacto inter extrema verſatur. relinquens aut ſupra aut infra: aut a dextris aut a ſiniſtris: aut ab anteriore aut a poſteriore parte extremum. Eſt enim non ens/ entis ambitus & circūſtantia: creato ente prior & eodem poſterior. Ex autem non ente/ generatione fit ens. Corruptione vero/ ex ente: non ens. Ex quali non ente/ generatione fit ens: tale fit ex ente non ens/ in corruptione. Nam res vtrobiq;/ ante inquam generationē & poſt corruptionem/ aliquopacto ens eſt: ſcilicet potentia ens ſiue ens in potentia & in materie. In vtriuſq; vero medio: eſt ens actu/ ens totum & perfectum. A generatiōis igitur fine/ ad corruptionis vſq; initium: res eſt in medio in actu & in eſſe. Aſt ante illam & poſt hāc: in extremis eſt/ in potētia & in non eſſe.

3 ¶Res prius & poſterius eſt in potentia/ in occulto/ in tenebris/ in mūdi extremo/ in natura/ in non eſſe. Medio vero tempore in actu/ in apparitione/ in luce/ in mundi medio/ in nobis & in eſſe.

Vtilitas artis oppſitorum.

¶ Ex arte oppoſitorum manifeſta eſt concurrentia horum Potentie/ Occulti/ Tenebrarū/ Extremi/ Nature & non eſſe. Item & horū inter ſe: Actus/ Apparentis/ Lucis Medi/ Noſtri/ & Eſſe. Nam que ſubſiſtunt in potentia: occulta dicuntur/ in tenebris/ in mūdi extremo/ ſoli nature cognita/ & actu non entia. Que vero actu ſunt: aperta & manifeſta ſunt/ luci expoſita/ in mundi medio ſita/ nobis cognita & entia. Senſibiliū igitur rerum ſubſtātie prius & poſterius/ ante generationem ac poſt corruptionem: ſunt in potentia/ in occulto/ in tenebris/ in mūdi extremo/ in natura/ in non eſſe. Medio autē tempore inter generationē & corruptionem ſunt in illorum oppoſitis: in actu/ apparentes/ lucide/ & clare/ in mundi medio/ apud nos/ nobiſue cognite & in eſſe.



	Generatio	Status	Corruptio
Coincidētia interſe	Potentia	Actus	Potentia
	Occultum	Apparens	Occultum
	Tenebre	Lux	Tenebre
	Extremum	Medium	Extremum
	Natura	Nos	Natura
	Non eſſe	Eſſe	Non eſſe
	Pars	Totum	Pars
	Imperfectum	Perfectum	Imperfectum

¶ Celum eſt extremum mundi: eius vero medium terra. 4

¶ Nam vndecūq; celum terram circūſtat/ ambitq;: & trium dyametrorū ſibiīuicem perpēdicularium (quibus poſitionū & locorum differentie notantur) termini & extremitates celo inſunt. medium vero eorum ſiue commune ſectionis punctū in terra. Surſum & deorſum in celo ſūt: mediū in terra. Celeſtiū quippe hemiſperiorū: aliud eſt vt cōi ſurſū/ aliud vt deorſū. dextrū & ſiniſtrū in celo: eorū mediū in terra. Ante & poſt in celo: Eorum medium in terra. Eſt enim terra/ vnitrinum mundi medium communiſue triū localium daymetrorū ſectio.



¶ Vnde fit vt priꝰ & poſteriꝰ: dici poſſint ſenſibilium ſubſtantie/ eſſe tanq̄ in celo: medio vero tempore in terra. 5

¶ Senſibilis ſubſtātia/ generabilis & corruptibilis: extremis tēporibus (id eſt prius & poſterius cū ſit i extremis/ dici poteſt tāq̄ i celo eſſe: ideſt tanq̄ in principio & potentia mundi. Medio vero tempore inter generatiōem & corruptionē: ſubſiſtere in mundi medio/ id eſt in terra pronunciatur. Nā ex oppoſitorum equepollētia & coicidētia: idem ferme de celo & terrra quod & de potentia & actu/ de extremo & medio & alijs cunctis opoſitis eſt iudicium. Celū quippe potentia/ extremū/ initiū & pricipiū eſt ſenſibiliū: Terra vero ex oppoſito: ſenſibiliū eſt actus/ mediū/ ſtatus & finis. Sēſibilia igitur eſſe in celo: eſt ſēſibilia eſſe in potentia/ occulta inchoata in ſimplici natura/ a nobis ſeparata/ in tenebris/ Imperfecta/ incōpleta & in principio. Ea vero eſſe i terra: eſt ea apparere/ eſſe apud nos & iuxta nos/ Eſſe in fine/ in actu/ in forma/ Nobis cōiuncta/ proxima/ cōpleta & ſēſibili actu perfecta. Habet eni celum ad vniuerſa ſenſibilia: rationem & nomē principij/ potentie/ inchoationis/ priuationis/ actꝰ/ ſimplicis/ incomplete ſenſibilis ſubſtantie. Terra vero eſt vt ſenſibilium actus/ ſtatus finis & cōpleta ſenſibilis ſubſtantia.

Oppoſitorū equipollentia.

Quid ſenſibilia eſſe in celo.

Quid ea eſſe i terra.

¶Omnia ſunt in celo & in potentia: non omnia in actu & in terra.

¶Celum (vt diximus) principium eſt & potentia ſenſibiliū: terra vero eorum finis & actus. Creauit enim deus celum: priuſq̄ terram: Potentiam ante actum/ Principium ante finem. Principiū inchoatio eſt & potentia ſubſtantie totius: que conſtat ex principio & fine/ ex potentia & actu. Eadem igitur aſſertione qua dixeris/ omnia eſſe inchoata/ omnia eſſe in potentia: non autem eſſe omnia perfecta & actu entia: dicas & omnia eſſe in celo/ non omnia in terra. Omnia eſſe in diſtantia/ non omnia in propinquitate: Oia eſſe in occulto/ non oia in apparentia. Et eodē modo ex cunctis reſpōdentibus oppoſitis/ dilucide philoſophaberis ſtatuens inter ea/ eternas generationis & corruptionis viciſſitudines.

¶Cur celum vt ſenſibilium potentia: terra vero vt eorum actus dicatur Cap. VI.

1 CElum cum ſit prima & vniuerſaliſſima ſenſibilis mūdi pars: ad cuncta ſēſibilia rationem habet potentie/ principij & inchoationis. Terra vero ad eadem ſenſibilia: contrariis nominibus vt actu/ fine/ & perfectione inſignitur.

¶Hec tacite perquirit: cur celum cum ſit precipua & potiſſima/ ſenſibilis pars mundi: potentie tamen noīe a nobis exprimitur. Terra vero cum ſit hūmillima & abiectiſſima mundi pars: ipſi⁹ actus nomine declaratur Eſt enim potentie nomen abiectiori: actus vero appellatio potiori & preſtantiori adaptanda. Adhec dicimus/ haud imerito comparatione ſenſibilium: congruere celo/ potentie nomen: terre vero iuſtam deberi/ actus appellationē. Nam celum eſt vniuerſaliſſima mundi pars: in cuius concauo/ fit atq; abſoluit omnis generatio & corruptio. Nulla quippe ſenſibilis mutatio: ſupra celum aut extra celi ambitum fieri nata eſt. Nulla actuū varia alternatio (acquiſitio īquā eorum ac deperditio) in alio loco/ q̄ ī ſublunari concauo perficitur. In ſolo etenim contrariorum & materie loco: fit omnis ſenſibilis mutatio. Atqui contrariorum & materie locus/ eſt ſublunare concauū: in cuius ſolo ambitu omnis & materies e contrariorum pugna reperitur. In intellectuali nempe aut celeſti regione: nulla neq; materies/ neq; cōtrarietas natura collocatur. Si igitur materiam rerum naturalium poſſibilitatē vniuerſalemq; potētiam vere nūcupare licet: cur minus & celum ipſum tanq̄ primā & vniuerſalem ſenſibilium partem vocare licebit: terram vero eorundem ſenſibiliū/ propriam & peculiarem partem. Sicut enim res naturalis/ fieri nequit extra potentiam & materiam: ita & neq; extra celi ambitum/ emigrare poteſt. Semper quippe eius materia: ſub celi claudit contineture ambitu. Si nullius rei materia/ naturaliter extra ſublunaris celi concauum migrat: nulla profecto res naturalis/ parte ſui poſſibili & materiali extra celum agitur. ſed ſublunari cōcauo/ eatenus iugiter ineſt. Reliqua vero ſui parte ideſt actu & forma: res naturalis variat. Haud enim ſēper eſt in actu: ſed prius & poſterius extra actum/ in ſimplici potentia degit. Etque ex ſimplici materia/ per generationē i forme ſublimitatem conſcendit: rurſum per corruptionem/ ex lucidiſſimo ipſius forme decore: in obſcuram materiei vmbram (dempta forma) relabitur. Omnis ſēſibilis ſubſtantia iugiter atq; aſſidue: eſt in actu potentie/ materiei & poſſibilitatis. cum ſemper ſit in potentia/ ſemper inchoata/ ſemper poſſibilis. Non eſt iugiter in actu actus: ſed dūtaxat in tempore medio/ quo a corruptione generatio dirimitur. Semper eſt & in parte: non ſemper in toto. Semper in intellectu: non ſemper in ſenſu. ideſt ſemper intelligibilis: nō ſemper ſenſibilis nobiſue apparens. Semper eſt in natura & ſubſtantia ſui prima: non ſemper in nobis aut in ſecūda ſui ſubſtantia. Semp eſt in ente remotiore: non ſemper in ente propiore nobiſue cognato acvicino. Semper denicq; eſt in celo: non ſemper in terra. Migrare quippe nequit res naturalis e celeſti ambitu. Et terreno autem orbe ac circulo ſiue e mundi medio: corruptione extortis agitur/ in quod per generationem aduentarat. Idem itaq; eſt hoc in propoſito celi & vniuerſalis potentie nomen. Eadem quoq; terre: & ſenſibilis peculiariſue actus appellatio.

In ſolo cōtrariorum loco omnis fit mutatio

2 ¶Celum eſt omne ſenſibile: Terra vero non omne/ ſed aliquod & aliquod non.

¶Hec celum edocet: esse ipsum totum & vltimū sensibilium. Terram vero non totum: sed duntaxat aliquid & partem. Nam si in celesti ambitu/ versatur degitq; quicquid est sēsibile/ quicquid generabile & corruptibile: erit vtiq; celum/ omne ac totū sēsibile & vt ipsum vniuersale sensibiliū. extra quod nichil est accipere: quod sensibile & mutabile sit. Est enī celū sensibilium omnium capax. Terrenus autem orbis/ haud est omne sensibile: sed aliquod & aliquod nō. Omnem etenim sensibilem substantiā: terrenus haudquaq̄ ciclꝰ orbisue cōplectitur/ sed duntaxat aliquam & aliquam non. Nam superiora & prestantiora tria elementa: Aqua/ Aer/ Ignis & quecunq; in eis degunt animantia: minime a terreno orbe capiuntur. sed extra terram versantur illiusq; concauū transiliunt. Vniuersa tamen ipsa ab celi cōcauo ambiuntur: ipsiq; celesti orbi subsunt. Est igitur celum: id omne quod est sēsibile. Terra vero non omne sensibile: sed aliquod & aliquod non.

In celo sūt oīa nō oīa in terra

¶Vnde fit vt celū celesti sue ambitus & materia: sint vt eq̄lia & cōmēsurata. 3

¶Nam vtrumq; & celum inquā & materia: sunt omne id quod est sensibile. Sicut enim sub celesti concauo/ fit omnis sēsibilium actuum permutatio: ita & ea oīs variatio/ fit in materia. Omnium & generationū & corruptionū locus: est sublunare concauū. Omnium vero & generationum & corruptionū subiectum: est materia. Nullus sensibilis actus: non oritur/ nō est/ nō occidit sub celo. Nullus quoq; nō otitur/ non est/ nō occidit: in materia. Sūt itaq; celum & materia: aliquopacto equalia. Celum tanq̄ vīs sensibilium actuum locus: Materia vero/ tanq̄ vniuersale eorum subiectum.

¶Vnum celum: est pluribus ac pene infinitis terris equum. 4

¶Eadem de celo & terra: que de potentia & actu/ toto & parte dicenda sunt. Vnum enim totum: pluribus est equum partibus. Vniuersale vnū: singularibus pluribus. Potentia vna pluribus actibus. Vnica materia formis pluribus. Vnū quoq; celū: pluribus et sine nūero terris. Sicut igitur omnis sensibilis permutatio: fit in vnitate potentie & in pluralitate discrimine ac varietate terrarū: Et sicut eadem est vnitas: que cunctorum numerorum varietati fluxui ordini & immense serici preest: ita et idem est/ atq; vnicum celum quod oīm terrarū fuxioni varietati/ serici et ordinationi preficitur.

Oīs mutatio ī vnitate potētie: & in actuum discrimine fit.

¶Sicut vniuersus celestis concaui ambitus/ in quattuor elementa sectus dispartituſq; reperitur: ita & vniuersa materie plenitudo/ in quattuor substātiales actus: sese eadem lege et naturali ordinatione dispescuit: In substātialem Vitalem/ Sensitiuum & Rationalem. 5

¶Hec propositio analogiam pulchram et rite attendendam propalat. Nam in antepreccdente: celestis concaui ambitum/ omni materiei capacitati equauimus. Obtinet enim materia/ vniuersum sublunaris concaui ambitum: ita vt nulla sit eiusdē concaui pars ente vacua materialiq; presentia destituta. Et non modo materies: sed & elementum totam hanc sublunarē occupat distēdit ipletq; regionem. ita vt ea regio idue cōcauum: sit equalissimus elementi (vt elemētū est) locus. Sicut igitur sublunaris cōcaui plenitudo/ in quattuor elementa secta diuisaq; repperitur: Ignē Aerē Aquam Terram: & vniuersus materiei captus/ est quattuor substantialiū actuum hisce elemētis propotionabilium plenitudo. Oīs siquidem materies. aut rationali aut sensitiuo: aut Vitali aut essentiali actu: queue est/ occupata/ impregnata. queue deo vt nulla sit materie para: que sit mera priuatio nullo horum actuum foueatur. Et de his/ plura in sequentibus dicturi sumus.

Analogia pulchra & rite attendenda.

¶Vnde fit vt generatio fit: quidā eiusdem potētie/ in plures actus: vniusue celi in complures differenteſq; terras excursio ac/ naturalis progressio. 6

¶Hec ꝓpositio ad celestis latiōis imitationē: materiam quoq; ipsā effingit/ vnā eandēq; ꝓ varios actꝰ natura discurrētē. est enī hoc ī proposito/ materia & potētia: rationabiliter cōparanda vnitati. Actꝰ vero & forma multitudini. cum sit vniuersorum tantum' vna eadēq; materies & potētia: actus autē ac forme oīm sūt absq; nūero. Sicut igit ī cunctis numeris/ eadē est vnitas ex qua vniuersi cōflant: & hec (vt ī libro oppositorū predocuimus sup cunctos discurrit nūeros eosq; sola apprehēdit ac nūerat: sēsim vnitati sigillatiq; vnicuiq; īsidēs ita & imutabilis materia vna eadēq; permanēs: ī varios fert actꝰ ī pluresq; formas pergit: sigilatim cūctas suis ī finibꝰ excipiens. Celi quoq; vnius permanentia: omnē terrarum varietatem ac permutationem vniformiter apprehendit claudit ac numerat.

Omnis enī terrarum permutatio: sub celesti (vt diximꝰ statu/ vnitate & ꝑmanentia ꝑficitur. Est enī gñatio: quidā celestis huiusmodi circa t̄rā discursꝰ ac gyrꝰ. ꝓportiōabilis ei ꝓgressioni q̄ fit ab vnitate in nūeros. aut a tota materie/ i cōplures differētesq; actꝰ sēsim ꝑcurrēte.



7 ¶ Extra celum/ potentiā/ principium/ extremū/ aut naturā: substātia nulla depelli/ migrare aut facessere potest.

¶ Substātia sensibilis tam prius q̄ posterius q̄ in medio: tā ante generationem/ q̄ post corruptionē & inter vtrāq; semper est possibilis & in potētia. Nam si est in actu/ est & simul in potētia: cum nequeat esse actus/ siue potentia. Non autē si est in potentia: est & in actu. Prius enī & posterius: est in potentia simplici/ sine actu. Cum igitur potētia/ sit vniuersalis & tota rei subsistētia: in qua omnis sensibilis substantia/ & ante actū & in actu & post actum subsistit/ fulcitur & substentatur: quopacto res extra potentiam depelletur aut emigrabit? aut quomodo extra celū/ aut principium/ aut extremum/ aut naturā facesset? Sicut enim si res est in actu/ simul est & in potētia: non autem si est in potentia/ in actu eam esse oportet: ita & si res est in tellureo terrenoue ambitu: simul probatur & esse in celesti. Nam terra celesti inest ambitui in eoq; versatur: perinde atq; & actus in potentia.



Est enim terra celi mediū sicut & actus: totius potentie/ est vt medietas. Si autē fuerit res in celo: haud oportet eā esse i terra. Et pari pacto de ceteris argue: Sensibilē substantiam/ sēper esse in natura: non sēper in nobis. Sēper in extremis: nō semper in medio. Nā si est in medio: est & i extremis. cum medium sit/ subsistatue in extremis. Vt mundi mediū/ in mundi degit extremo. terra inquā in celo: Actus in potētia: Nos in mūdo siue in natura.

Extremū Mediū Celū Terra. Potentia Actꝰ Natura Nos:

¶ Q7 generatio & corruptio/ sunt mutationes rei secundum actum & totū: non secundum potentiam & partem. Cap. VII.

1 OMnis sensibilis substātia/ variabilis est solo toto: parte vero immutabilis.

¶ Nā sensibilis substantia/ quandoq; subsistit tota & quandoq; nō tota: semper tamen in parte est & in parte subsistit. Eam quippe in parte esse: est eius aliquam subsistere partē. Semper autem est eius potentia & materia. Siue enim tota subsistat: vt a generationis tempore ad corruptionis tempus: est & simul in parte. cum minime sit totum/ sine parte: cum sit nullus actus/ sine potentia. Est igitur sensibilis substantia/ solo toto variabilis: parte vero nullatenus immutari potest. Eadem enim de toto & parte: que prius de actu & potentia/ sunt dicenda. Nam totum quidam actus est: potentia vero pars est quedam.

2 ¶ Vnde fit vt generatio & corruptio/ sunt mutationes rerum secundum totum & actum: non autem secundum potentiam & partem.

¶ Nam generatio actū potētie inducit/ completq; ex potentia et actu totū. Corruptio vero eodem actu sublato: totum resoluit. Neq; autem generatio/ potentiam affert: neq; eandem potentiam/ tollit/ exinanit aufertq; corruptio: Que enī generatione stata/ posita & al-

lita non est: corruptione aboleri & auferri nequit. Ante igitur generationem & post corruptionem: cum sit res in parte & in potētia/ a qua emigrare aut liminari non potest: dūtaxat solo medio/ actu & toto: generatione & corruptione variatur.

¶ Tanta est corruptionis vis: quanta & generationis. 2

¶ Nam generatio actū inducit/ complens totum. Corruptio vero eūdem tollit actum/ dissociatq; totum. Initium generationis est potentia: finis vero actus & totum. Corruptionis autem initium: est actus & totū. Finis: potentia & pars. Fiunt enim generatio & corruptio/ aliquopacto in circulum: vt a quo cepta est generatio/ in idē corruptio reuertatur. Est igitur corruptionis vis: quanta & vis generationis.

Gñatio & corruptio in circulū fiunt.

¶ Generatio quod non statuit & ponit: corruptio minime tollit. 3

¶ Nam equa est vis vtriusq;. Generatio etenim haud potentiam & materiā astruit/ statuit/ ponitq; in esse: Eandem quoq; potentiam & materiam/ minime tollit destruitue corruptio. Creatio autem generatione prior & antiquior: potentiā ipsam & omnium materiā ad esse instituit. Huic vero potentie generatio actum indit/ eamq; forme decore inuestit/ ornat cōsumat. Sicut igitur potentia & materies: potentiore & anquiore ortu/ q̄ generatione ad esse pdijt: ita & si eadem esset abolenda/ haud corruptione: sed annichilatione (que creationi contraria) abiret (vt prius) in nichilum. Qui autem illam creauit deus: vt quandā basim/ vt ypostaseam & humistratam omnium sēsibilium essentiam/ ad eorum esse perne cessariam: illam bonitate propria & substantie creaturarum causa/ in esse continebit eamq; toto dimetietur euo: semper futuram/ supremo sensibilium actui (vt humano immortali aio) in resurrectione denuo famulaturam/ imortalitatis gloria illustrandam: cum ipso deniq; animo/ in celos attollendā: in ethereisq; thalamis/ perpeti sede: supra natute vires collocandam.

Creatio & annichilatio cōtraria

Creatio	Generatio	Corruptio	Annichilatio
Ex nichilo	Ex potentia	In potentiā	In nichilum
Supnaturalis	Naturalis	Naturalis	Supernaturalis
Dei solius	Plurium	Plurium	Deo possibilis
Facta	Fit	Fit	Non fiet

¶ Quanta est potentia/ actu: tantus est actus/ potentia.

¶ Potentia amplior est & latior actu: quandoquidem est id totum quod est/ omnia occupās siue extrema siue media. Est enim potentia: in principio/ in medio/ in fine. Actus autē duntaxat est & subsistit in medio. vt qui in pricipio ante generationem & in fine post corruptionem nullus est. Res ante generationē/ ac post corruptionem: degit in actu potentie/ & in potentia actus. ideſt est actu in potētia: & potētia in actu. Est enim perfecta secundū potētiam: imperfecta vero secundum actum. Nam dūtaxat in medio/ perfecta est secundū actū: & in actu sui act/ & totius. Itaq; cum latior/ amplior & vniuersalior sit potentia ipso actu/ actus vero pusillus & exiguus: vni potentie/ plures equantur actus: vna et eadem potentia plurium est actuū capax: vnitati potētie respondet actuum pluritas. Quāta igitur est potentia actu/ id est vnitate. tantus est actus potentia & multitudine.

¶ Vnde manifestum est eandem potentiam: plurium esse actuum capacissimam: 4

¶ Nam potentia est vt totum: & vt linea tota tam extrema q̄ media. Actus vero parti: & linee medie respondet. Eiusdem autem totiꝰ/ plures sunt partes: eiusdem principij/ fines plures. Eiusdem itaq; potentie/ sunt & actus plures. Rursum potentia est vt omne: actus vero vt aliquid. Sunt enim omnia in potētia: In actu autē non omnia/ sed duntaxat aliqua & aliqua non. Extra enim potentiam nichil est: extra vero actum sunt deguntue plurima. Atqui id quod est omne: est immultiplicabile ac tantum vnū. Aliquid vero multiplicabile/ frequēs concisum/ diuiduum & multū reperitur. Est igitur omniū potētia tātum vna: actus vero plurimi & diuersissimi. Nam ipsius omnis ac totius vnitas: multitudini alicuius/ ac partis coincidit illiq; vna & eadem esse declaratur.

Eiusdē principij fines plures:

Vnum	Omne	Multa	Aliquid
Vnum	Totum	Multe	Partes
Vna	Potentia	Multi	Actus
Vna	Materia	Multe	Forme

¶ Q2 potentia sit vt dyas actus vero vt monas. Cap. VIII.

1 POtētia cum extrema sit & actuū circūstātia: merito dyadi/ medius vero actus monadi comparatur.

¶ Exttema duo sunt: eorum autem medium vnum. Potentia extremitas est & circunstantia actuū: potentiarū vero medietates sunt ipsi actus. Est igitur potentia vt dyas: actus vero vt monas. Est enim sensibilis substātia/ prius et posterius in potentia: medio vero tempore in actu.

2 ¶ Sicut linee recte/ definita sūt & stata ambo extrema/ media vero infinita: ita et sensibilium omnium/ stata est et vna potentia/ actus vero innumeri et infiniti.

¶ Sit recta linea a b: definita et stata sunt eius extrema/ a b/ et actu notata. Media vero pūcta/ designari possunt innūera et infinita: p que linea tota/ in partes geminas scissilis est atq; diuidua. Et quecunq; in tota linea/ actu notaueris puncta vt c d e: inter totiꝰ linee claudūtur/ vallanturq; extrema. Ita igitur fit et in rerum sensibilium substātijs. Eadem enim sunt sensibilium omnium & definita ab initio extrema: que est materia. eorū vero media & actꝰ peculiares/ proprij/ numero indefiniti.

a b
c d e

3 ¶ Sicut super eandem recta lineam/ trianguli plures fiunt basi communes/ vertice differentes: ita et ex eadem materia/ plures sensibiles substantie conflantur/ potentia et materia cōmunicantes/ forma et actu differentes.

¶ Sit vt prius recta linea a b: super quam fiant triāguli a c b/ a d b/ a e b: et quotuis alij. Horum eadē est basis a b: vertices vero differētes c. d. e. Ita & intelligē sensibilium omniū substātiarum/ eandem esse basim/ vnicā materiam/ vnam cōsistentiam et hypostasim. actꝰ vero esse plures/ vnicuiq; proprios / atq; accommodatos.



4 ¶ Sicut recta linea vnico pūcto est idefinita & incerta/ duobus vero pūctis certa ac stata relinquit: ita et rei naturalis substātia/ vna tātū sui parte/ vt potētia est ifinita: geminis vero ptibꝰ vt potētia et actu/ finita certa et pfecta euadit.

¶ Sit datum punctum a. possunt ab eo recte plures et numero indefinite protendi: vt a b/ a c/ a d & quotuis alie: A igitur pūctum: nullius earū est actus/ nulliꝰ proprietas/ definitio & differentia. quandoquidem substistente puncto a/ earum nulla est definita: sed quelibet manet incerta et in potentia. Subsistente autem b puncto: continuo linea a b/ certa & stata est.

Analogia recte linee ad rei naturalis substantiam



Nam inter duo queuis puncta/ haud plures recte: sed tantum vna cadit recta. Recte igitur linee actus est puncti iteratio siue secundum punctum/ aut duo puncta: quibus designatis certū est recte linee interuallum. Hec itaq; transfer/ ad rei naturalis substantiam. Rei enim naturalis sola potentia & materia: nullius est status/ certitudo/ aut definitio. vt que est ifinitorū actuum capax: Aduentante autē secundo rei puncto secundaue eius parte vt actu: extēplo rei substantia vnica et stata esse probatur. Vnus quippe actus haud pluriū/ sed tantum vniꝰ est substantie. Et sicut de vnico. puncto/ pūcta infinita et linee infinite dicuntur: de duobus vero punctis/ tantum vna linea: ita & de materia/ indefinite numero substantie plureue actus enunciātur: At de quolibet actu/ tātū vna substantia dicitur. Nullus quippe actus: plurium esse potest.

5 ¶ Actus/ imprimis est potentia: et potentia actus.

¶ Anteq̃ ſubſiſtat actus/ eſt eius potentia. qui cum deinceps generatione acquiſitus & perfectus eſt: actus eſt/ & actu ſubſiſtens. Nã ab initio/ eſt & ſubſiſtit ſola rei naturalis potentia ipſo actu antiquior. Ante igitur aduentũ ipſius actus: potentia eſt actus/ id eſt actu ſubſiſtẽs & actus potentia: id eſt poſſibilis & futurus. Eſt enim preſens actus quidam: futurum vero/ quedam potentia.

Si act9 eſt in potẽtia potẽtia eſt in actu.

¶ Omnis rerum differentia & contrarietas: eſt ex parte actus/ nulla autem ex parte potentie. 6

¶ Senſibiles nãq; ſubſtãtie ſemper ſũt in potẽtia: non autem ſemper in actu. Depelli ſiqui dẽ nequeũt/ aut liminari e potentie finib9 neq; faceſſere e terminis ſue poſſibilitatis. Ante actum/ ſunt in potentia. In ipſo quoq; actu/ ſunt in potentia. Poſt deniq; actum/ identidem ſunt in potentia. Prius autem ſunt extra actum: poſterius rurſum extra actum fiunt: Medio vero ſolo tempore in actu ſunt. Differentiam igitur/ aut contrarietatem nullam habent in potentia aut in materia: ſed in ſolo actu & forma. Poſſunt enim duntaxat extra actum fieri/ ab actu depelli: in quo quandoq; ſunt & quandoq; non ſunt.

¶ Senſibiles ſubẽ cõſtant ex ĩfinito & finito: illo vt potẽtia/ hoc vero vt actu. 7

¶ Sicut prius Rectã lineã/ docuim9 conſtare geinis pũctis: altero infinito/ id eſt infinitarũ linearũ initio: altero vero finito ideſt/ tãtũ vni9 actu & fine: ita & intellige ſenſibiliẽ ſubſtãtiam/ geminis partibus conflari: vna infinita/ id eſt infinitorum potentia/ ſubiecto & initio: que eſt materia. alia vero finita/ ſtata vnica & certa: id eſt tantũ vnius ſubſtãtie actu & forma. Nam materia haud aliud eſt/ q̃ ſubſtantia quedam ĩfinita: ideſt non finita / nondum completa: inchoata & impfecta. Forma vero materie finis eſt: & ſenſibilis ſubſtantie complementũ. qua in materia ſubſiſtente: finita/ cõpleta & perfecta res ſenſibilis nominantur

¶ Senſibilium ſubſtantiarũ infinitũ/ eſt finitum: Finitum vero infinitum.

¶ Senſibilium ſubſtantiarum infinitum/ voca materiam & potẽtiam: finitum vero/ formã & actum. Materia & potentia prius ſubſiſtit: prius finita eſt cõpleta & perfecta: q̃ toti9 act9 & forma. Ante enim generationem/ adhuc imperfectus eſt & infinitus actus: nondũ ſubſiſtens. Materia tamen perfecta eſt & finita. Eſt igitur ſenſibilium ſubſtantiarum infinitum/ prius finitum: imperfectum/ prius perfectum. Earum vero finitũ/ pri9 infinitum: perfectum prius imperfectum. Prius enim eſt & perficitur rerum principium/ q̃ finis. Rurſum & hoc pacto aliter intellige: ſenſibilium ſubſtantiarum infinitum (id eſt potentiam) eſſe finitũ. Finitum vero (id eſt actum) eſſe infinitum. Nam rerum omnium ſẽſibilium/ tantum vna eſt potentia: actus vero innumeri & indefiniti. Eſt igitur & ſenſibilium ſubſtantiarum/ infinitũ (ideſt potentia) numero finitum & vnum: earum vero finitum (ideſt actus) numero varium & indefiinitum. 8

Materia pri9 perfectaq̃ forã.

¶ Vnum infinitum/ eſt tantum: quanta/ finita infinita. 9

¶ Vna potentia eſt tanta: quanti infiniti actus. Eadem potentia/ infinitorũ actuum eſt capax. Vnitas potentie/ eſt actuum numer9. Sume enim infinitum vnitate & finitate/ finitum vero ifinitate & multitudine: vtraq; inuicem equabũt. pinde atq; vna dualitas & due vnitates. Vnum quippe infinitũ: eſt capax/ infinitorum finitorum. Infinitum ipſum/ eſt numero quidẽ finitum & vnũ: ſubſtantia vero infinitum. Que autem finita dicuntur: ſubſtãtia: ſunt finita/ numero autem infinita. Vt vnitas: numero quidem finita eſt immultiplex & tãtum vna. ſubſtantia tamen/ potẽtia & virtute eſt ifinita. cũ nũeros eadẽ poſſit ifinitos. Numerus autem ſubſtantia/ virtute & poteſtate finitus eſt: numero tamen infinitus. Quis enĩ numeri ſupputationem abſoluet/ numerabitue numerorum ſeriem. Similiter & materia nũero/ finita/ ac tantũ eſt vna: virtute tamen & potentia infinita/ qua ſuſcipere poteſt act9 innumeros. actus vero/ numero quidẽ eſt infinitus: virtute tamẽ & poteſtate finitus. Eſt enĩ omnis actus tantum vnius actus. vt vnus deus ſubſtantia infinitus/ numero tamen finitus & vnus: infinita poteſt finita vt infinitos mundos. Omnis enim mũdus: eſt ſubſtantia finitus.

Cõparationes infiniti & finiti.

¶ Q̃ generatio eſt vt ab intellectu ad ſenſum/ ab intelligibilibus ad ſenſibilia. Cap. VIIII.



Eneratio eſt ab extremo mũdi/ad mũdi mediũ progreſſio.

1 ¶Generatio progreſſio eſt a priori ad poſterius: A potentia ad actum/ A materia ad formam & ab extremo ad medium. Eſt enim potentia/ prior actu. Extremum prius medio & materia prior forma. Extremũ autẽ mũdi celum/ licet preſtantius ſit terra: analogiã tamẽ vt dixi⁹ habet ad ſenſibilium potentiam/ extremitatem/ cõmunitatem & principiũ. Mũdi quoq; medium terra: congrua proportione/ ſenſibiliũ actibus reſpondere ꝓbatur. Sicut enim diſtantior/ prior & remotior ſenſibiliũ pars/ eſt ipſa materies: Propior vero poſterior & immediatior eſt actus & forma: ita & celũ ipſum iure dixeris remotiorẽ & prio rem eſſe ſenſibilium partẽ/ & vt quãdã eorũ potentiã: terrã vero vt eorum partẽ propiorẽ immediatã & vt actũ. Et ſicut ſenſibilẽ ſubſtantiã/ diximus depelli non poſſe/ e ſue potentie ac poſſibilitatis terminis (ſemper quippe eſſe in potentia: in qua contrarietas reperitur nulla) Eandem vero poſſe migrare ab actu (Nam quandoq; eſſe in actu & quandoq; extra actũ et contrarietatẽ omnẽ ſolis actibus ineſſe) ita & argue nichil ſenſibiliũ/ migrare celeſti ambitu poſſe: ſemperq; ambitu celeſti claudi/ quicquid eſt ſenſibile: & contrarietatem eſſe in celo nullam. Non autem omnia ſenſibilia/ ſemper eſſe in terra: ſed ea poſſe depelli & migrare e terrenis ſedibus. Et quandoq; in terra eſſe/ quandoq; extra terrã.. Omnẽ quoq; contrarietatẽ & rerum pugnã: eſſe in terra & in ipſo mundi medio / nullã vero in celo aut mundi extremo. Eſt igitur generatio/ quedam ab extremo mundi & celo ſimultoto: ad mũdi mediũ & terrã progreſſio: tanq̃ a potentia ad actum/ a principio ad finem: ab indifferente ad id quod differens varium diſtinctũq; reperitur.

In celo cõtrarietas nulla.

Oĩs cõtrarietas i tra

2 ¶Celum eſt vt ſenſibilium potentia & baſis: terra vero vt ſenſibilium act⁹ et vertex.

¶Intellige euerſam mundi pyramidem: cuius tota baſis ſit celum/ aut celi concauum. Vertex vero & conus terra: que ad celum totum/ eſt vt exigua atomus & punctum. Huius pyramidis a tota baſi/ ad conum deſcenſus: eſt vt ſenſibilis mundi generatio/ pergens ab vniuerſo celo ad terram. Eſt enim celum/ ſenſibilis mundi potentia/ atq; initiũ. Terra vero ſenſibilis mundi finis/ actus & vltimũ. Sicut enim primũ recte linee punctum/ indefinita eſt & inchoata recta: ſecundũ vero punctũ/ definita ſtata & certa: ita & celum prima eſt ſenſibilis mundi poſitio. Terra vero ſecũda poſitio/ ſenſibiliſq; mũdi finis/ definitio/ cõplemẽtũ.

Mũdus eſt vt pyramis

3 ¶Intelligibilis mundus eſt quedam ſenſibilis: mundi ſuppoſitio. Senſibilis vero/ intelligibilis mundi adiectio.

¶Hec claram & dilucidã habet intelligentiã. Nam ſuppoſitiones dicuntur/ naturalia q̃dã & perneceſſaria adiectionũ fundamenta: que ſine adiectis eſſe quidẽ poſſunt/ ſine ipſis autẽ adiecta/ aduentitia & ſecunda eſſe & ſubſiſtere nequeunt. Vt potentia/ ſuppoſitio eſt actuum ſine actibus quidem poſſibilis: actus autem ſine illa impoſſibiles manẽt. Celum ſuppoſitio eſt terre/ ſine terra poſſibile: terra vero ſine celo impoſſibilis. Simplicia & prima: etiam ſuppoſitiones ſunt compoſitorũ & ſecundorũ entiũ. Compoſita vero & ſecunda entia/ eorum ſunt adiectiones. In dyalecticis propoſitionibus/ ſubiectũ ſuppoſitio eſt predicati: predicatũ vero ſubiecti adiectio. In demonſtrationibus & ſyllogiſmis: hypotheſes & aſſumptiones prime ſuppoſitiones eorum ſunt: que deinceps inferuntur. Vniuerſa item principia/ concluſionũ atq; illationum. Subſtantie quoq;/ accidentiũ hypotheſes & ſuppoſitiones ſunt. Accidẽtia vero ſubãtiarũ adiecta & aduẽtitia. Supponũt enĩ (vt aiunt) accidẽtia eſſe ſubãs: ſubẽ vero accidẽtia ſupponũt minime vt q̃ ſine accidentibus eſſe poſſũt. Ita & intelligibilis mũd⁹ ſuppoſitio eſt ſenſibilis mũdi: ſẽſibilis vero/ itelligibili velut adiectus & aduẽtitius. Supponit enim ſenſibilis mundus eſſe intelligibilẽ: non autẽ intelligibilis ſenſibilem.

Fxẽplaris declaratio ſuppoſitionũ & adiectionum.

Potentia
Actus
Celum
Terre
Simplex
Cõpoſitoꝝ
Subiectũ
Predicati

4 ¶Vnde fit vt generatio/ ſit quidam ab intelligibilibus/ ad ſenſibilia motus

¶Generatio eſt vt ab omni ſuppoſito/ ad adiectum: a ſimplici ad cõpoſitum. A primo ente ad ſecundũ: a potentia ad actũ: a celo ad terram. Ab extremo ad mediũ. a natura ad nos. ab occulto ad apparens & manifeſtum. Et generatim vt a cunctis oppoſitis/ que potentie ſunt proportionabilia: ad ea que actui & fini reſpondere declarãtur. A principio ad finem: a tenebris ad lucem. Ab inchoato ad perfectũ: ab infinito ad finitũ. A parte ad totũ: a ſpiritu ad corpus. Ab intellectu ad ſenſum: & ab intelligibilibus ad ſenſibilia. Eſt enĩ intellectus prior ſenſu: & intelligibilia ſenſibilibus. Supponit ſenſus eſſe intellectum: & adiectus

est intellectui. Intellectus suppositio quedã est & fundamentũ sensus: idem latior est sensui/ complectens vndiq; ambiensq; sensum. O is enim sensus/ est in intellectu: sicut vertex et centrũ in sua circunferentia. Et sicut terra est in celo ideſt in celi ambitu & actus in potentia ita & sensibilis mundus est in intelligibili. Hic enim extremus est & circunferentia: ille vero medius & centrum. Hic continens: ille contentus.

¶ Rursum generatio est vt ab arcano et occulto/ ad clarum et dilucidum. 5

¶ Sensibilis substantia: constat ex parte vna arcana & occulta/ alia vero dilucida & clara. Pars eius occulta vmbratilis & incognita: est materies atq; potentia. Eius vero pars manifesta cognita & clara: est eius actus & forma. Dic eodẽ modo/ eandẽ rẽ constare ex tenebris et luce: Ex nocte & die/ Ex confuso & discreto/ Ex vnitate & numero: Ex intellectu & sensu. Ex intellectuali parte & sensibili. Generatio igitur ex cunctis suppositis infert eorũ adiecta: Ex tenebris/ lucẽ/ Ex nocte diem. Ex vnitate/ numerũ: Ex occulto/ apparentia/ & manifesta Ex intellectu sensum/ Ex potentia actũ/ Ex principio/ finẽ. Et ita in cunctis argue. Est enim generatio persimilis dyalecticis syllogismis: qui sicut suppositione premissarũ & principiorum/ conclusionem eliciunt: ita & hec suppositione potentie/ actum infert. Et sicut rationales syllogismi haud statuũt quidem sua principia: neq; eorũ elucidant/ probantq; veritatẽ sed ea vt aliunde q̃ ratione clara/ certa & euidentia desumunt: atq; supponũt: ita & generatio nullo pacto sua cõstituit initia/ aut potẽtiã ad esse instituit: sed aliunde & ex priore aliqua causa (vt creatione) ortam/ eam suscepta/ assumit supponitq;. adijciens illi actum & finem. Vnde fit vt sicut creatio positio est & ortus potentie ac materie: generatio vero positio & origo solius actus & forme: ita & in rationabilibus syllogismis/ alia sit lux principiorũ/ alia illationis & conclusionis. Lux principiorum supposita est & prima: quam intelligentiam nuncupamns. Lux vero illationis/ adiecta est illata & secunda: quam rationem & scientiã nominamus. Et hec generationi & actui: illa vero creationi & potentie/ miro responsu adaptat.

Tenebre
Lux
Nox dies
Dies
Confusum
Discretum
Vnitas
Numerus
Intellectus
Sensus.

Analogia

¶ Generatio item est vt a spiritu ad corpus: et ab omni priore/ ad posterius naturalis profectio. 6

¶ Spiritus natura prior est corpore & est corporis extremitas quedam: corpus vero in spiritum medio degit. Sunt enim spiritus/ natura siti & collocati in mundi extremo vt in celo. Corpora vero stata sunt & librata/ in mundi medio. Generatio itaq; sicut actum potentie/ ipsa naturaliter infert: ita & corpus addit spiritui & spiritum corpore inuestit. Protulit enim deus imprimis puros/ simplices & sine corpore spiritus: que sunt intelligibilis mundi entia: et totius vniuersi conceptus. qui licet nobis ac sensui occulti sint: intellectui tamen & nature cogniti/ ac perui sunt. Post autem huiusmodi spiritus/ orta est omnis corporea creatura: tanq̃ adiecta & aduentitia spiritali suppositioni/ operiens & occludẽs omnẽ spiritalẽ ac primeuam creaturã. Hic igitur naturalis progressus a spiritu ad corpus/ ab intellectuali creatura ad sensibilem: Ab intimis occultis & arcanis mũdi: ad extrema/ patentia/ manifesta & signa: quedam est generatio: & sensibilis actus in potentia acquisitio. Est enim intellectualis creatura/ sensibili antiquior: & vt totius nature suppositio. Sensibilis vero intellectuali recentior: & illius adiectio. Adiecit enim deus sensibilia/ ad intellectualia illis: hec inuestiuit/ abdidit/ obumbrauit. Sicut enim sensibilis singularisue substantia: haud nuda & pura sed sub accidentibus conspicitur adoperta: ita & intellectualis mundus/ haud nudus ac purus: sed sensibili & aduentitio mundo velatus adopertusq; nobis pellucet atq; reuelatur.

¶ De Generatione vniuersi. Cap. X.

EX vtroq; mundo/ intellectuali inquã atq; sensibili: constat cõflaturq; vniuersum. 1

¶ Sicut sensibilis substantia: haud tantum vno/ sed geminis coalescit conflaturue punctis/ potentia & actu: Materia & forma: parte occulta & parte apparente: ita & vniuersum totum/ binis ex partibus conflatur. Ex principio inquam et fine. Ex essentia & apparentia. Ex inchoatione & perfectione. Ex potentia & actu. Et ex occulta parte & parte manifesta. Intellectualis enim mundus: prima arcana & occulta vniuersi pars est eiusue/ suppositio. Sensibilis autẽ mundus: pars est vniuersi secũda nobis apta atq; manifesta: priori abdite & arcane pti adiecta.

¶ Intellectualis mundus/ ante sensibilem est factus.

¶Intellectualis enim mundus/ eſt ſenſibilis mundi ſuppoſitio & initium: perinde atq; & ce lum ipſum/ terrene molis hypotheſis & ſuppoſitio vocitatur. Sicut igitur celeſtis orbis tel lureo diffinitur antiquior: ita & intellectualis/ mundus ante ſenſibilē factus cōprobatur. In tellectus quoq; ante ſenſum. Spiritus ante corpus. Operuit enim deus intellectnalem mun dum ſenſibili mundo. Spiritalem itē creaturā/ ſub corporea appendice occuluit. Intellectū deniq; ſenſu inueſtiuit. Et hec vel ſine vlla expoſitionis/ aut commentarij luce: euadunt ſe ipſis q̄ manifeſtiſſima.

2 ¶Vnde manifeſtum eſt genitum eſſe vniuerſum: ac parte poſt partem fa ctum atq; productum.

¶Nam prior a deo factus eſt intelligibilis mundus: deinde ſenſibilis illi eſt adiectus. Ce pit enim deus/ a creatura ſibi propiore: pergens ad diſtantiorem. Et ambo mundi/ totius vniuerſi ſunt partes. Intelligibilis quidem mundus pars prior/ ſuppoſitio & potentia. Sen ſibilis vero pars eius ſecunda/ adiectio/ finis & actus. In ortu igitur vniuerſi contingit ſucceſſio partis poſt partem: quam generationem nuncupamus. Que enim tota ſimul ſunt facta: creata dicuntur/ non genita. Vt angelus vt materia. Que autē non tota ſimul: ſed parte poſt partem abſoluūtur/ ſuccedunt q̄ in eſſe: gigni dicuntur. Vniuerſum igitur totum eſt genitum: ac parte poſt partem factum. Vniuerſi enim generatio facta eſt/ cum ex preexi ſtenti intellectualis mundi ſuppoſitione: adiectus allatuſq; eſt illi ſenſibilis mundi act9, quē admodum in diſciplinis ex preexiſtenti & preſuppoſita/ principiorum cognitione: ſequen tiū concluſionū demonſtratur veritas/ clauditur ratiocinatio/ infertur ſcientia. Que creata queue genita dicantur.

3 ¶Vniuerſi generatio: humane generationi contranitens | euadit oppoſita.

¶Vniuerſi quippe gn̄atio/ facta eſt: a ſpū ad corp9. Ab intellectuali ad ſēſibile/ Ab itellectu adſēſū/ Ab occulto ad dilucidū & oculis peruiū. Hūana autē gn̄atio/ huic cōtranitiť ordi ni. Fit enim a corpore/ ad ſpiritū: a ſenſibili/ ad intellectuale. A ſenſu ad intellectum: ab ap parenti & eo quod in propatulo eſt: ad abditū & arcanū. Vt enim in libro de intellectu dixi mus: prius eſt hominis corpus rationali anima/ que creaturarum eſt vltima. In mundo qp pe ſenſibili/ factus eſt ſenſus ante intellectū: & ſenſibilis creatura ante intellectualem. O ia namq; animantia/ ante hominē ſunt facta. Et eadem eſt proportio/ cunctorū animalium ad hominē: que humani corporis/ ad animā aut que ſenſus ad intellectum. Sunt enim vniuer ſa animantia/ vt hominis corpus: homo vero vnus/ eorū eſt vt anima & actus. Vniuerſi igi tur generatio: humane generationi/ contranititur ac ordine oppoſito incedit. Creauit eni deus/ prius animam vniuerſi/ hoc eſt intellectualem arcanūue mundū: q̄ corpus vniuerſi ideſt q̄ ſenſibilē apparentēue mundū. At contrario ordine perficitur homo: vtpote cui9 cor pus/ abſouitur formaturq; prius: aia vero poſterior. Fit itaq; in vniuerſi cōplemento/ mo tus ab anima ad corpus: In homine autē/ mot9 a corpore ad animam. Corp9 pri9 anima.

4 ¶Simpliciter et ſecūdū vniuerſū: ſpūs eſt corpore prior et itellectus ſēſu. Se cūdū quid autē et in ſēſibili mūdo: Corpus prius eſt ſpū et ſēſus itellectu.

¶Aliud eſt quod vniuerſum: aliud quod ſenſibilem mundum nuncupamus. Vniuerſum quippe totum quiddam eſt & vtriuſq; mundi complexio: intellectualis & ſenſibilis. Senſibi lis autem mundus/ pars eſt vniuerſi ac totius ipſi9 corpus. Aliud itaq; eſt prius ſimpliciter: & aliud prius ſecundum quid. Aliud prius in toto & in vniuerſo: aliud prius in parte & in ſenſibili mundo. Nam ſimpliciter & in vniuerſis que ſūt/ ſpiritus eſt corpore antiquior: In tellectus ſenſu & actus potentia. Angelici quippe ſpiritus/ intellectus & actus: antiquiores ſunt omni & corpore & ſenſu et potentia. In ſenſibili autem mundo: e contrario accidit. in quo corpora priora ſunt ſpiritibus & animabus: ſenſus quoq; intellectu prior & poten tia actu antiquior. Intellectus enim vniuerſi/ prior eſt ſenſu vniuerſi: id eſt intellectualis mundus prior ſenſibili mūdo. At ſenſibilis mundi ſenſus prior & origine antiquior eſt ſenſi bilis mundi intellectu. Eſt enim ſenſibilis mundi ſenſus: irrationale animal/ ſenſitiue virtu tis particeps. Senſibilis autem mūdi intellect9 eſt homo: cui ſoli ſubluna cōgruit cōpetitue intellectus. Anime porro maioris mundi/ ideſt vniuerſi: ſucceſſit eius corpus. A ſt minoris mundi/ ideſt hominis corpori: ſucceſſit anima/ illiq; eſt generatione adiecta. Eſt igitur ſim pliciter et ab vniuerſi ordine: intellectus ſenſu et ſpiritu corpore prior. Secundū quid vero et ordine ſenſibilis mundi: ſenſus intellectu et ſpiritu corpus. Nam et vniuerſum perfectū ac genitum eſt: a perfectis ad imperfecta/ a ſummis ad ima. Senſibilis autem mundus/ p fetus et abſolutus eſt: ab imis ad ſumma et a cunctis impfectis/ ad potiora & preſtantiora.

¶ Intellectualis mundus/ſimpliciter lux eſt & dies & actus: ſecundum quid autē et ad nos & in ſenſibili mundo: tenebre/potentia & nox nūcupatur. 6

¶ Hec propoſitio adiecta eſt/ad diſcutiendam quorūdam que diximus ambiguitatē: cur ſcilicet intelligibilem mundū/ſenſibilis mundi potētiam baſim/ſuppoſitionē/fundamentū & vt materiā nuncupauimus: cū potentia & materia ſint impfecta. Intellectualis autē mundus/ſit ſenſibili preſtātior potior/& vt actus & ſpiritus et anima. Huius dubietatis/in prōptu eſt & in propatuloratio. Namintellectualis mundus: totius vniuerſi eſt actus/lux & dies Senſibilis vero mundus eiuſdem vniuerſi: eſt vt potentia/tenebre & nox. Attamen cū intellectualis mundus/ad ſenſibilem dicitur mundū conferturue ad nos: hoc pacto ſecundū quid ſumptus: potentia/nox & tenebre cenſetur. Eſt enim nobis occultus: ſitus in noſtris tenebris in noſtra nocte & ignorantia. Eſt & potentia/initium/inchoatio: & ſuppoſitio ſenſibilis mundi. Subſiſtente enim actu & conſumato intellectuali mundo ante ſenſibilem: ſenſibilis mundus nondum ſubſiſtebat eratue abſolut9. Erat tamen in potentia/inchoat9 erat/initiatus & imperfectus. Eſt enim intelligibilis mundus: propinqua ſenſibilis mundi potentia/eiuſue initium & inchoatio. quē haud ſecus appellare licet inchoatū ſenſibilē mūdum: q̄ congruit materiē/imperfecte & incōplete rei naturalis cenſeri nomine. Sicut enī materia/eſt perfecta quidē materies: & imperfecta rei naturalis ſubſtantia: Eſt item perfecta pars & inconſumatum totū: ita & intellectualis mundus: eſt incōpletus/atq; impfectus ſenſibilis mūdus: perfecta itē pars eſt & incōpletū totū. Et ſicut potentia/prius eſt in actu & ī eſſe q̄ actus: cuius eſſe/ſequitur prioris potentie eſſe: ita & intellectualis mundus/prius fuit in actu/q̄ ſenſibilis. Nam huius eſſe illius eſſe: & huius actus illius actum ſequutus eſt.

Dubieta's

Solutio

¶ Ante creationem & potentia et actus erant in potentia. Creatio autem potentiam ſtatuit in actu: Generatio vero/actum in actu. 7

¶ Hec propoſitio vera eſt vtrobiq; modo: ſiue potentiam ſumpſeris/pro ſenſibiliū potentia & materie: ſiue pro intellectuali mundo/qui eſt vt potentia/initium inchoatio ſenſibilis mundi. Nam & creatus eſt intellectualis mundus/totuſq; ſimul exortus: & creata eſt materia/factaq; tota ſimul. Non tamen ſimul cum intellectuali mundo/id eſt cū angelis: ſed poſt angelos/vt prius oſtendimus. Ante igitur creationem & priuſq̄ quicq̄ faceret de9: erat et actus omnis & omnis potentia/in potentia: ideſt ſimplici poſſibilitate/in poſſe eſſe/in diuina ſola mente & poteſtate. Creatio autē vtrāq; potentiam (ſed ſeorſum) ad eſſe produxit. Statuit enim prius in actu vniuerſi potentiā/id eſt intelligibilem mundū. Secundo ſenſibilium potentiā: quā materiā eſſe docuimus. Eſt enim intelligibilis mundus/vniuerſi initium parſue eius prima. Materia vero cunctorū eſt ſenſibiliū inchoatio & pars eorū prima. Intelligibilis inſuper mundus/ſenſibilis mūdi inchoatio & potētia cēſetur. Intellectuales quoq; creature/ſenſibilium creaturarum: ſpiritales corporearum immateriales materialiū initia/atq; hypotheſes vocantur. Succeſſit autem creationi generatio & ortui potentiarū/actuum origo. Nam generatione perfectus eſt ſenſibilis mundus: & adiectus intellectuali mundo vt actus potentie: vt predicatum/ſubiecto: vt & finis principio. Infert & ipſa generatio/aſſidue ipſi materie/omnē actum: quo ſenſibilis omnis ſubſtantia perficitur/abſoluitur/conſumatur. Effectū igitur eſt quod volumus: vt ante ipſam creationē/fuerit tam potentia q̄ act9 in diuina potentia & poſſibilitate. Erant enim ī primo euo: actu non entia. Porro creatione orta eſt imprimis/quam potentiam nuncupamus: ſucceſſitq; in eſſe ſimplex materia/que eſt vniuerſorum poſſibilitas. Sequenti autem generatione exortus eſt actus: adiectaq; priori materie ea forma/que ad complendam totius ſubſtantiam erat perneceſſaria.

Hec propō vtrobiq; vera.

Gñatio creatione poſterior

Ante creationem	Potentia	In potentia	Erat
Ante creationem	Actus	In potentia	Erat
Creatione	Exorta	Potentia	Eſt
Generatione	Ortus	Actus	Eſt

¶ Q̄ intellectualis mundi ſubſtantie: ſunt ſeparate/ſimplices et immixte.

Cap. X

Q dītelligibilis mūd⁹

Intelligibilis mūdus est bifariā principium sine fine.

1 INtellectualis mundus/est vt principinm sine fine.

¶ Intellectualis mundus est intelligibiliū creaturarū regio/aut intelligibilis creatura. sicut & sensibilis mundus: sensibiliū creaturarū regio aut sensibilis creatura nuncupatur. Intelligibilem autē mūdū/principiū esse sine fine: Intellige hoc pacto bifariam. Aut principiū esse durationis/sine fine durationis. Etenim intelligibilis mundus/factus quidē est & creatus a deo: sed dimensus/statusq; in euo: habuitq; sue durationis initiū/finem tamē habiturus est nullū. Aut intelligibilē mundū/principium esse substantie: sine fine substantie. Et hec rursum intelligentia/veritati subnixa reperitur. Intelligibilis enim mūdus/est diuini totius operis initiū cuius finis est sensibilis mundus. Sicut igitur materiā ante ipsius actus aduētū censemus infinitā: idest non finitā/actu fineq; carentem & principiū quiddā sensibilis substantie/sine fine: Ita & intelligibilē mundum/absq; iniuria nūcupare possumus principium sine fine: tanq̄ separatū a fine hoc est ab vltima dei creatura. Ortus enim est intelligibilis mundus/ante sensibilē: qui et duratione & loco/abiunctus est & separat⁹ a sensibili mūdo. Nā si et hoc ipsū vere dicitur: intellectualis creatura est solū prīcipiū creature dei/nō tota dei creatura sed tm̄ prima creatura: totiusq; diuini operis initiū: cur minus enūciare licebit/intellectualē creaturā: prīcipiū esse fine fine? Est enim principiū sine fine: solū & separatum principium/fini immixtū/atq; īcōiūctum. Intellectualis igitur mundus vtrobiq; tam duratione q̄ substantia: est separatum principium & principium infinitum idest sine fine: tanq̄ intellectuale sine sensibili.

2 ¶ Intellectualis item mundus: est suppositio/sine adiectione et actus sine potentia: aut potentia sine actu.

¶ Hec est eodē/vt precedens modo discutiēda. Est enim intellectualis mundus: vt propositionis subiectum/sine predicato. Nempe vniuersum totū est vt vna aliqua propositio: cuius terminus suppositiuus & primus/intellectualis mūdus est & supercelestis spiritus. secūdus vero predicatiuus & adiectitius: sensibilis est mund⁹ ac sublunare corpus. Et sicut qui ore propositionem enūciat reserans explicansue/interne sue mentis conceptū: haud simul eam totam profert/sed prius eius subiectū/deinde predicatū: ita & diuina mens internos/propriosq; conceptus/seq; ipsam substantiali quadam vniuersi propositione reserare volens: haud eam simul pronunciauit protulitue totam/sed parte post partē. Primo enim verbo intellectualem expressit mundum peperitq; subiectum: secundo vero sensibilem & predicatum parturiuit. Diuina siquidē mēs: primo eloquuta effataq; est idē: silēs oppositum. Deinde silēs idem: oppositū est effata & eloquuta. Est enī idē intelligibilis mūd⁹/deo propior. Oppositum: vero sensibilis mundus a deo semotior & longiore distans interuallo. Primo nāq; protulit deus actum sine potentia aut potentiā sine actu. Nam intellectualem mundū vtrouis nomine: aut actus/aut potentie nuncupare licet. Est enim intellectualis mūdus/actus simpliciter & spiritus & anima vniuersi. secundum quid autem & ad sensibilem mundū: est vt potentia/inchoatio & initium

Analogia vtriusq; mundi ad ambos ꝓpositionis terminos.

3 ¶ Diuina mēs quicquid erat factura: primitus concepit/deinde materiam protulit ex qua compleret vniuersa.

¶ Prima & diuine & humane mentis operatio/est simplicissima & intellectualis conceptio qua vtraq; mens intelligit/attingit/cōcipit/proponitq; quicquid est factura. Humana autē mens/diuine quidē mentis est imago: & ad illius imitationē nititur operatur/effingitq; singula. In hoc tamen vno/imago: substantiali sua veritate cōperitur inferior: ꝙ humana mens nullam futuri sui operis materiam profert. Nam creatio per quā oritur materia: soli diuine menti ac veritati reseruatur. Nulla enim neq; angelica/neq; humana mens: statuere ad esse nouā aliquā creaturam potest/nullāue ex puro non ente proferre substantiam aut materie tomum. Intellige igitur peritissimi architecti mentem/imprimis intra se future domus ideam exprimere/eāq; speculari: ante & extra materiam. Deinde ab eodem gigni materie molem: ex qua deniq; domus sit cōplēda atq; absoluēda. Hec mens diuinā oīm opificem exprimit mentem. & suarum conceptionum & materie totius sui operis/causam. Cōcepit enim diuina mēs īprimis oīa extra/ante & super materiā: protulitq; omniū conceptus hoc est angelos ante materiam. Post ipsos vero cōceptus & intellectuales creaturas

materiam peperit statuitq; ad esse. Interest autem in humana et diuina mente: q; humana mens/ suos conceptus intra seipsam profert: illiq; perpetuo humane insunt menti. Diuina autē mēs: proposita/ conceptus/ notiones/ angelos/ ideas/ species/ exemplaria/ archetypos & sigillaria vniuersi: extra seipsam produxit vt totius futuri sui operis initiū. Illos attamen quia nos lateant & extra materiā subsistant: plerūq; eo pacto diuine astare presenteq; esse mēti dicitamus: quo & nostre notiōes nostris iugiter mētibus offerunt obijciuntur/ pñtant.

¶ Vñ fit vt intellectualis mūdi subē: sit natura separate/ simplices & imixte. 4

Prima ratio.

¶ Nam substantie intellectuales facte & create sunt ante materiam. Sunt igitur immixte simplices & separate a materia. Sicut eni quicquid factum est & post materiam creatum in materia est factum/ ortum atq; perfectū: & ab ea fulcitur / gestatur/ continetur vt omnis sensibilis act9/ cum rationali anima: ita & quicquid factum est ante materiam: est extra ma

Secunda ratio.

teriam: & factum & subsistere natum. Rursum intellectuales substantie(vt diximus) persimiles his notionibus sunt/ que nostre insunt menti. Atqui he notiones separate sunt a mundo/ ab elementis/ a corpore/ sensu & materia: habentes esse simplex/ purum/ & immixtum/ in humana mente. in quam niclul alteritatis/ nil materialis dissimilitudinis/ nilue indefecatum & impurū admittitur. Sunt igitur & intellectuales superceleste sq; substantie: natura simplices/ abiuncte a materia/ impermixte/ separate absolute. Eadem quippe ratio que minoris mundi hoc est hominis/ arcanas notiones asserit immateriales: maioris quoq; mundi inuisibiles conceptus/ idest superceleste substantias: immateriales incorporeasue esse confirmat. Qua ratione/ humane thalamos mētis nulla posse imbui materie/ nichil materiale excipere posse predicaueris: eadem ratione & ī intellectualē mundum(que mens est vniuersi) nullam materiei particulam/ natura introduci natam absq; dubio intelligendū. Eteni licet nonnulla materiei pars(vt ea ex qua humanū conflatur corp9) intellectualē mundū & iam subiisse & iterum subitura credatur: id tamen supernaturali ordinatione iam accidisse ac deinceps futurum arbitramur. Cum igitur naturalis materiei locus/ sit sensibilis subluna-risue mundus: omnis materies ab vtraq; tam mundana/ q̄ humana mente extorris agitur nullaq; omnino ipsius pars in vtrauis mente recipitur. Sed quicquid vtriq; menti inest: spiritale/ simplex/ incorporeū/ impermixtū/ separatū/ immateriale atq; absolutum esse declaratur. Que tamen mūdana versantur ī mēte/ ideste que ī intellectuali degunt mundo: substantie sunt & rerū veritates. Que vero hūane insunt menti/ accidentia sunt: superceleste rū veritatum precipua/ verissima & equalissima signa.

¶ Cū substātia sit prior accidente: necesse est separate substātie/ gradū esse 5
vnū seorsum: Aliū vero substantie coniūcte et accidentibus permixte.

¶ Omne quod natura prius & prestantius est: cum queat esse/ sine posteriore ac min9 pfecto: necesse est vt huiusmodi in aliquo: siue tempore siue gradu/ exemptū sit ab imperfecto sitq; per se/ sine posteriore subsistens. Quēadmodum deum nunc esse dicimus cum creaturis: simulq; subsistere/ quando & vniuerse creature subsistunt. quia tamen prior est/ cunctis creaturis deus & potest sine creaturis esse: necessarium fuisse dicimus aliquem eiusce potentie actum: in quo hec potentia/ fuerit in actu. Vt in primo eternitatis euo: in quo ab eterno/ ante creationem vniuersorum: subsistit deus vnicus/ separatus a creaturis et solus. & q modo cum creaturis subsistit: ī primo illo euo substantia/ gradu/ tempore et loco: ab vniuersis creaturis extitit abiunctus. Ita igitur argue/ de substantia & accidente. Substantiam natura priorem/ ac prestantiorem accidente: ante accidentia creatam & factam. & oportere in aliqua regione/ aliquoue gradu & loco: vt in intellectuali/ ethereoue mundo: degere substātiam puram/ separatam/ impermixtam & sine vllis accidentibus. Sunt igitur totius substātie/ gradus gemini: primus substantie/ vt substantie: ideste simplicis immixte et sine accidentibus. Secundus substantie coniūcte: accidentibus permixte & varie. Primi igitur gradus substantie sunt in intellectuali mundo: secundo vero gradu in sensibili. Et eadem dixeris de spiritu & corpore: de forma & materia: de intellectu & sensu/ de actu & potētia. Quia enim spiritus est corpore prior ac longe potior: alia est regio/ in qua spiritus abiunctus degit a corpore: alia in qua corpori coniunctus reperitur. Alius mundus/ in quo intellectus est imixtus purus & sine sensu. Alius in quo intellectus/ sensui est addictus. Loc9 alius est in quo forme degunt absolute & immateriales: ali9 in quo haud aliter substitūt/ q̄ in materia Aura alia etherea/ plena puris & imixtis actibus ideste angelicis formis: alia sensibilis/ cui9 vniuersi actus in potētia esse sunt nati. Sicut enim in rerum naturaliū gradib9/ quia esse-

tia prior est vita: stat in quibusdam reperire essentiam / abiunctam et separatam a vita/ vt in mineralibus: quam tamen in posteris / vt in viuentibus & plantis reperimus vite coniunctam. Similiter & vitā sensu priorem/ in viuentibus separatā a sensu reperimus: sensum quoq; in aialibus/ a ratione abiūctū qui in hoie ratiōi coniūct9 est: ita & imprimis necesse est in eminentiore aliquo gradu sublimioreq; regione: reperiri substantiam ab accidentibus abiūctā atq; separatā: q̄ in iferiore et sublunari hac regiōe visitur accidētibus esse pmixta

¶ Q; paulo supra materiam: sint quattuor elementa cunctarum generationum initia. Cap. XV.

1 Sicut paulo supra non ens & nichil est materia: ita et quattuor mundi elementa/ paulominus supra materiam collocantur. Materie ꝓprietates.

¶ Materia initium est hypostasis & fundamentum sensibilrū vniuersorū: ante oia sensibilia creata/ cīm minimū/ non ens actu/ non enti nihiloq; vicina/ operiēs ipsum nichil/ superfusa/ stata/ fundataq; in nichilo. Subest enim materia cūctis: eidēvero nichil subest. Que autē post materiā/ prima sunt facta: sunt quattuor mundi elemēta Terra/ Aqua/ Aer/ Ignis: vicina/ proxima & attigua materiei. Eorū eni act9: primi materiā obducūt/ implēt q; vastissimū ei9 hyatum. Ab his vniuersa materies: suapte natura inanis priuata/ arida & vacua: imprimis elemētatur disponit/ preparat: vt sequentiū sensibiliū actuū Substātiui/ Vitalis/ Sensitiui & Rationalis plenitudine/ decore ac habitu repleatur.

2 ¶ Sicut materia est entiū minimū: ita & quatuor elemēta/ entia actu mīma.

¶ Materia cum sit actu non ens & non hoc aliquid: haud censetur ens minimum sed entiū minimū. Est enim vltimum entium: post quod & sub quo nichil est entiū. Elementa autem prima sunt (pergētibus surſū) actu & simpliciter entia/ prima post materiā facta. Deorsū vero spectātib9/ vltima occurrūt: vtpote quorū actus/ materiei vicini & proximi sunt. Extremo eteni in loco actu & simpliciter entium collocata: rerū naturalium ordines definiūt/ sistunt/ clauduntq;. Sunt igitur elementa minima actu entia/ ideſt simplicissima: vt quibus actus nullus aut forma subest: sed sola materia.

3 ¶ Elemēta homogenea sūt/ tota silia: sine ꝓtiū iter se/ aut a toto differitudie.

¶ Nam simplicissima est materia & homogenea tota: sine vllo sui partiū discrimine. Quelibet eni materie pars: totius nomine insignitur/ cēseturq; materies. Oēs eius partes: & sibiuicē & toti materie sūt q̄similime. Atqui elemēta sūt primi & simplicissimi ipsius materie act9: primaue ei9 perfectio. Vnius autē cuiuspiā habitu: nulla in reb9 oritur diuersitas ac differētia. Erūt igit & tote elemētorū substātie/ conflate ex materia & vnico ac simplicissimo actu: natura homogenee/ ideſt sine partiū abiuicē & a toto/ diuersitate ac differitudine. Distant quidē inter se elemēta: suntq; & diuersarū specierū & plurīū actuū & cōtra seiuicē ethe rogenea. Vt ignis: ab aqua differt/ ab aere & a terra: & cetera itidē inter se. Attamē quodlibet in seipso totū: indifferētis est eiusdēq; speciei ac suapte natura homogeneū. cui9 & oēs partes & totū: sūt rationis & noīs eiusdē. Vt tot9 ignis/ ignis est: & ei9 oēs partes ignes. Aer totus/ aer. & oīs eius pars aer. Aqua/ aqua tota: & queuis pars aque/ aqua. Terra tota/ terra est: & vniuersa eius glebula/ ac portio terra.

4 ¶ Omnia sensibilia & ex materia fiunt & ex elementis. suntq; deguntq;: & in materia & in elementis.

¶ Elemēta secūde cuiusdā ac ꝓpioris oīm sēsibiliū materie vicē recipiūt. Nā sūt materia vicinior ꝓpiquior ac dispositior: ad sequētiū actuū susceptationē. Et plerūq; elemēta ipsa (tā ipsi materiei propiquāt suntq; vicina atq; similia) materie nomine cēsem9. dista eni paulomin9 a materia. Sicut eni pquirētib9 sensibiliū simpliciter primū/ quod quōlibet est ens: materia nobis occurrit/ cūctorū inchoatio: ita et eorū dē sēsibiliū scrutātib9 primū simpliciter siue primū actu: ingerit sese elemetū cui9 act9 est prim9 & simplicissim9 act9. Et ante oia sēsibilia/ facta sūt hec: materia iquā & quatuor elemēta sūtq; cūcta sēsibilia ex materia & elemētis facta. Materia tamē antiquior est elemētis: & ex ea/ sūt facta elemēta. Et sicut extra materiā null9 sublunaris esse natus est actus: ita & neq; extra elementum/ sensibilis aliqua substantia est subsistere nata. Materia elemētis quattuor

5 ¶ Sicut materia/ omnium substantialium actuū naturale est subiectū: ita & quattuor elemēta sēsibilium oīm substātiarū/ sunt naturalis regio ac locus.

¶ Quēadmodum pars ad partem: ita & totum ſeſe habet ad totum. Materia autem & omnis eius actus/ ſunt quedam partes. Elementum vero & ſenſibilis queuis ſubſtantia: ſunt tota & perfecta entia. Que igitur materiei ratio atq; habitudo ad ſenſibilem omnem actū: ea eſt & elementi/ ad omnem ceteram ſenſibilem ſubſtantiam. Omnis autem ſenſibilis actus: natura ſedet/ degit/ fulcitur/ ſaluaturq; in materia: que eſt vt cunctorum actuum naturale ſubiectum ac verum domicilium/ quo natura emigrare nequeunt. Ita igitur & omnis ſenſibilis ſubſtātia: natura in aliquo degit/ ſtat ſaluaturq; elemēto: vt in naturali regione ac loco. et extra elementum fieri nuſq̄ poteſt: nec ſubſiſtere extra elementum.

¶ Vnde fit vt tota ſublunaris/ ſenſibiliſue mundi regio: ſit ſecta atq; diuiſa in quattuor elementa. 6

¶ Nā quicquid eſt ſub lune concauo/ quicquid a terre meditullio/ ad celiv ſq; lune concauū ambitum patet: eſt ſenſibilium ſubſtantiarum locus ac naturalis tota regio in qua ſola generatio/ temporaliſue permutatio contingit. Vniuerſa igitur ſublunaris mundi plaga et natiua ſenſibilium ſubſtantiarū regio: eſt plena elemento. Quattuor autem ſunt elementa Tota itaq; regio/ que eſt a terre centro ad celi lune concauum: in quattuor elementa eſt ſecta atq; diuiſa.

¶ Q; tota materia/ eſt elementata: et in quattuor elementa diſtincta. Cap. XII.

1 Ota materia eſt elemētata et nulla eius pars eſt/ ſine actu et forma elementi.

¶ Eadem dicenda ſunt de tota materia: que in precedente illatione/ de vniuerſa ſublunari et ſenſibili regione ſunt dicta. Eſt enim materia tota ſēſibilium actuum ſubiectum. Sicut igitur nulla eſt ſublunaris regionis pars vacua & deſtituta elemēto: ita & nulla eſt materie pars arida ideſt actu & forma elementi vacua/ priuata inelemētata. Si enim pars aliqua materie eſſet inelementata & actu orbata elemēti: eadem & cetero omni ſubſtantiali actu priuaretur eſſetq; expers formatum ac ex toto vacua: et vt quiddam ocioſum in natura quod nuſq̄ eſſe poteſt. Haud enim minus eſt incommodum/ materie partem aliquam/ eſſe inelementatam elementariſq; forme expertem: q̄ ſenſibilis regionis plagam aliquam/ eſſe elemento inanem vacuam ocioſam omniq; ſenſibili ſubſtantia deſtitutam

Cōparatio ſublunaris cōcaui ad materiam

¶ Sicut nulla ſenſibilis regionis plaga/ poteſt eſſe ſine elemento: licet poſſit ſine preſtantiore eſſe ſubſtantia ita & nulla materie pars poteſt eſſe ſine actu elementi: eſſe tamen poteſt/ ſine potioris ſubſtantie actu. 2

¶ Omnis ſenſibilis ſubſtantia eſſe/ recipi & ſaluari nata eſt in elemento. Eſt enim elementum: prima/ proxima & ſimpliciſſima/ ſenſibilis regionis plenitudo. cui & toti & cuiuis eius parti: ineſt elementum. Tota quippe ſenſibilis regio/ que eſt a terre meditullio ad concauū uſq; celi lune: eſt ex neceſſitate elementata & elemento plena. Non autem omnis ipſa plena eſt mineralibus/ aut omnis viuentibus plena/ aut animalibus/ aut hominibus. Ita igitur argue & de materia: totam ex neceſſitate & quālibet eius partem/ eſſe elementatam/ actuue elementi affectā/ plenam/ impregnatam: nō autem aut totam/ aut omnem eius partem: plenam eſſe actu perfectioris potioriſq; ſubſtantie. Non enim omnis materia/ mineralium fert actum: neq; omnis viuentium/ aut omnis animalium aut vniuerſa hominum.

¶ Vnde fit vt prima et perneceſſaria materie affectio ſit elementatio prima- 3
ue eius plenitudo/ actus et forma elemēti. Prima quoq; et perneceſſaria ſublunaris regionis plenitudo: ſubſtantia elementi.

Que neceſſitate ſet a ſublunari regione et a materia vacuū tollant.

¶ Sicut materia ad actum & formam elementi: ita & ſenſibilis regio/ ad ſubſtantiam totius elementi. Impoſſibile eſt autem totius ſublunaris regionis/ partem eſſe aliquam elemento vacuam. Impoſſibile igitur & eſt aliquam materiam: actu & forma carere elementi. Neceſſitas enim qua tollitur a ſublunari regione vacuum: eſt elementaris ſubſtantie preſentia. Neceſſitas vero qua exterminatur exulatq; a materia vacuum: eſt eius elementatio ſeu preſentia actus ac forme elementi.

Elementaris ſubſtantia a mundo vacuum tollit
Elementaris forma a materia vacuum exterminat
Sine elemento mundus eſſe nequit
Sine elementi forma: materia ſubſiſtit minime
In toto mundo & in qualibet mundi parte eſt elementum
In tota materia & in qualibet materie parte eſt elementi forma
Senſibilis ſubſtantia in mundo eſt mediante elemento
Senſibilis actus in materia eſt mediante forma elementi
Non in toto mundo ſunt ſecunde ſubſtantie poſteriores elemētis.
Non in tota materia ſunt ſecundi actus poſteriores actu elementi
Aliqua pars mundi ſine animali ac ſine homine reperitur
Aliqua materie pars ſine animalis aut hominis forma ſubſiſtit

4 ¶Hec tria: Materia/ Senſibilis tota regio & Elementū: ſunt vt equalia & ſenſibilium omnium ſubſtantiarum capacia. Materia/ ſēſibilis regio/ elemētum.

¶Materia eſt per ſe/ vt omnis ſenſibilis ſubſtantia. Nā omnis ſenſibilis ſubſtātia/ fit ex materia: in qua degit & ſubſiſtit omnis ſenſibilis actus. Rurſꝰ ſenſibilis tota regio eſt vt omnis ſenſibilis ſubſtantia. Omnis quippe ſenſibilis ſubſtantia: inter terre centrum & lunaris celi circunferentiam verſatur/ ac degit. Deniq; & elementū: eſt iterum vt omnis ſenſibilis ſubſtantia. Nam tota ſenſibilis regio/ eſt elemēto plena: & omnis ſēſibilis ſubſtantia eſt ex neceſſitate in aliquo elemento. Hec igitur tria: Materia/ Senſibilis tota regio & Elemētum: cū eidem tertio ſcilicet ſenſibiliū ſubſtantiarum vniuerſitati/ adequata & equalia ſint: inter ſe quoq; adequantur. Nempe eorū quodlibet: ſenſibilium omniū ſubſtātiarum eſt capax. Nulla enim ſenſibilis ſubſtātia/ fieri poteſt extra materiam: nulla extra ſenſibilē regionem/ nulla denique extra elemētum: Et hec intellige/ ſecundū naturam eſſe dicta. Nam humanā totā ſubſtantiā (animam dico & corpus) fide credimus & confitemur: fieri poſſe extra elementū. Etiam aliquā eiuſmodi e ſēſibili/ ac ſublunari regione: in ethereos & perpetue imortalitati deputatos thalamos feliciter eſſe deſūptā. Hoc autē fieri preter nature ſeriē nullꝰ ignorat. Humana Felicitas.

5 ¶Sicut ceteri ſenſibiles actus/ recipiuntur in materia elementata: ita & omnis ſenſibilis ſubſtantia/ in ſenſibili regione: haud aliter/ q̄ elementata & elementis plena/ recipi eſt nata.

¶Intellige vniuerſam ſenſibilium regionē/ a terre meditullio ad lunā: eſſe inanē & vacuā elemento. dico in huiuſmodi vacuo & inani ſpacio: nullā ſenſibilē ſubſtantiam recipi natā. Intellige & eodem pacto materiā/ aridam & ex toto inelemētatam. dico & nullū deinceps ſubſtantialē actum/ in ea (vt huiuſmodi) recipi natum. Senſibiliū quippe ſubſtantiarū/ ſedes & locus: eſt elementū. Subſtātialium autem actuū/ ſedes: eſt pariter actus elementi. Ois igitur ſenſibilis ſubſtantia: eſt in ſenſibili regione/ mediante elemēto. Omnis vero ſenſibilis actus/ eodē modo in materia: mediante actu & forma elemēti recipitur. Et ſicut ſublato ab aiali tactu/ reliquus ois ſecūdus tollitur ſēſus: ita & a mundo/ tolle elemētum: omnē ſēſibilē ſubſtantiam exterminas. a materia vero tolle elemēti actum: ceteram itidem omnē deſtruis formam. Etſi ſenſibilem regionē vt carentē elemento/ iure cenſes inanē & vacuam: debes & eadē de cauſa/ materiā inelemētatā: appellare inanē/ ſterilē/ vacuā/ ois forme expertem.

6 ¶Materie elementatio/ eſt velut quedam eius diſcretio/ atq; diſtenſio: ad totius ſenſibilis regionis occupationem & plenitudinem.

¶Materia creata eſt tota ſimul: tanq̄ in puncto aliquo/ in imperti acmīmo: velut quiddam eorū omnium que deinceps erant futura/ primogenium cētrum communeq; medium. Prima autē eius expanſio/ diſcretio/ fuſio/ dilatatio: & e natiuo illo cētro in totius ſenſibilis regionis corporeā plenitudinē & occupationem diſtentio: eſt ea quam elementationem nūcupamus & formam elementi. Materia quippe/ illa prima & antiquiſſima rerū eſſentia: que ſuopte preſſa pondere/ perexigua ſeſe ac pene imperti mole/ in centro cōtinebat/ ſubſidebatq; in ſeipſa antea inanis nulliuſq; plenitudinis: actu tandem & forma elementi diſtenta ac rarior effecta: ſtatum imprimis/ ac ſpeciem plenitudinis accepit. totamq; ſenſibilem & ſublunarem regiōem compleuit. Diſpāſa etenim expataq; a medio & centro/ ad celi vſq; lunē attactum: ſublunarem omnem regionem occupauit atq; obtinuit. Eodem quoq; actu Modꝰ quo fingit materia: in indiuiſibili ſpacio fuiſſe creata ac deinceps elementata.

& forma elementi: materia in totius ſenſibilis regionis plentudine / preſentia & occupatione: fulcitur/ ſtabilitur & continetur. ne in antiquam redeat/ decidatue atomum: ſenſibilē regionem relinquens vacuam/ materie preſentia ac plenitudine deſertam.

¶ Vnde manifeſtum eſt elementationem/ ſiue elementi actum: eſſe velut quandam materie quantitatem/ raritatem & plenitudinis formam. 7

¶ Formis quippe elemētorum/ diducta & (vt ita dicam) effilata diſtentaq; materies: e cētro ſuo & priſca atomo/ in ſublunaris totius regionis preſentiam & plenitudinē ſeſe prorupuit. Eſſe eteni materie/ creatū eſt totū ſimul: & velut in quadā atomo. idq; ante ſui elemētationem: in quodā ſeſe minimo & centro continebat inane/ ſterile/ ifecūdū. ſublunari tota regione/ tum ad inſtar vaſti hyante profundi/ ac vacui. Aduentante autē primario actu elementi: continuo e mundi medio/ in circunferētiā vſq; & extrema mūdi: materies tota proſiluit ſeq; in ſublunare concauū/ totam diffudit. Nulla eteni ſublunaris cōcaui pars: eſt aut materiei/ aut elementi preſentia deſtituta. Eſt igitur totius elemēti actus: vt quedā prima ria materie quantitas/ raritas/ explicatio/ diſtēſio & plenitudinis ipſi⁹ forma. Eſt enī & elementi actus: vniuerſaliſſimus ac primus materie actus. vt qui primo ineſt materiei: & cum ea cōuertitur. Omnis quippe act⁹ elementi: eſt i materia. Et in omni quoq; materie & quauis materiei parte: eſt actus elemēti. Nulla nāq; materies/ eſt (vt diximus) inelemētata: Nulla eius pars/ non elementari actu impregnata.

Elemētatio quātitas q̄dā eſt & extenſio materie.

¶ Fit etiam vt ſubſtantia/ ſit prior quantitate. 8

¶ Nam materie eſſe/ quod eſt omniū ſenſibiliū primū: eſt vt ſubſtātia. Primus vero materie actus/ que eſt elemētatio & act⁹ elemēti: quātitati cōparatur. Sequētes autē materie act⁹ quibus (mediante elementatione) ipſa eſt affici & imbui nata: ſunt vt quedā ipſius materie ſubſtātiales qualitates. Eſſe enī materie eſt primū: Eius quantū/ ſecundū: tertium vero eius quale. Interroganti quid ſit materies: reſpōdendū eſt/ vniuerſorum ſenſibilium eſſe & eſſentia prima. Percunctāti quāta ſit: reſpondenda eſt elemētatio. Eſt enī tanta materies: quāta eſt quatuor elementorū/ totiuſq; ſublunaris regionis plenitudo. Sciſcitanti autē qualis eadē ſit: poſteri eius omnes actus ſunt qualitatum loco) enunciandi. Quale enim ſit materie eſſe poſtulanti/ aio ego tale eſſe: aut inquam minerale/ aut vegetatiuū/ aut animale/ aut rationale.

Eſſe Quātū Quale.

Interrogationes ad materiam.

	Eſſe	Subā
Materiei	Quātū	Elemētū
	Quale	Ceteri act⁹

Cap. XIII.

¶ Quod materia tota ſimul eſt elementata.

¶ Materia/ tota ſimul eſt creata: & tota ſimul elementata.



¶ Materia par angelis habuit initiū: Illi enim ſimul/ toti & oēs ſunt facti. 1
Materie quoq; eſſe ſimul totū eſt de nichilo ortum: ac poſt angelos factū. Et non modo hoc: ſed & ipſa materia/ tota ſimul elementata. Sume enim elemētū/ vt vnū aliquod gen⁹: & elemēti actū/ vt generati vnā aliquā formam/ totiuſq; materie quātitatē/ ſiue elemētationem & plenitudinē: dico hanc totā formā/ hācue quaternitatē: in totā materiē/ totā ſimul fuiſſe introductā. nō autē pri⁹ ſecūdū actū vnius elemēti: deide ſecundū act⁹ aliorū. Si enī fluxu dierū/ elemētationē materie ab initio pfectā cōtēdis: fatearis oportet ſublunarē regionē/ poſt creationē materie: aliquo tēpore fuiſſe vacuā/ materie preſētia & elemēti plenitudine deſtitutā. Eſt enī materie elemētatio: tota eius diſtētio/ ad ſenſibilis toti⁹ regionis plenitudinem & occupationem.

¶ Si materia dierum fluxu fuiſſet elementata: ſublunaris regionis pars aliqua/ ab initio extitiſſet vacua. 2

¶ Hec ad confirmationē p̄cedētis eſt adiecta. Nā cū materie elemētatio: ſit quedā ipſi⁹ in vniuerſā ſublunarē regionē diſtētio & explicatio: idē dixeris materiā/ fluxu dierū fuiſſe elementatā: & ſenſibilē regionē/ parte poſt partē fuiſſe a materia refertā/ oppletā/ occupatā. Et ſi cōfiteare ſenſibilis toti⁹ regionis plenitudinē: ex materie p̄ſentia/ totā ſimul (ob explodēdum vacuū) fuiſſe abſolutā: cōfiteberis & materiam/ fuiſſe totam ſimul elemētatam. Eadē enim eſt materie elementatio: & ſenſibilis totius regionis plenitudo.

¶ Quopacto materia ſine ſucceſſiōe elemētata ſit: ſēſibili figura explanare. 3

¶ Sit diſtantia duorū p̄ctorum a & b ſublunaris, celi concauū: que eſt & totius materie & ſenſibilium omnium ſubſtātiarū/ naturalis loc⁹ ac regio. In eo quippe ambitu: & oīs mate-

ria & cuncte ſenſibiles ſubſtãtie verſantur. Manifeſtum eſt huius concaui ambitum ac totũ ſpacium: haud ſenſim/ ſed totum ſimul eſſe creatũ. Non enĩ punctũ a/ ortum eſt ante b. quemadmodum neq; lunaris globi pars vna/ ãte aliam emerſit: ſed ſimul totus lunaris globus/ ad eſſe prodijt. Vniuerſus eius orbis/ ſimul eſt perfectus: ſimul ambe eius mete A & b emerſerunt. Dico hunc ſublunarẽ ambitum: aut nõnunq̃ fuiſſe inanẽ ac vacuũ/ aut materiam illi fuiſſe concreatam. Et nõ modo cõcreatã extitiſſe materiam: ſed & ſimul vniuerſam materiam/ fuiſſe elementatam: ſimul eandem in quattuor elementorum molem excreuiſſe, atq; in inſtanti/ quicquid eſt ſub celo lune ſpacij: ab ea occupatum. Sit enim punctum c inter a & b: deſignãs materiam/ creatam in celeſti ambitu. Si prius extitit c/ q elemẽta retur c: erat c ab initio mera priuatio/ nullũ ſuſtinens actũ: nullius forme ſplendore illuſtratũ. Erãt in c/ ſole tenebre ſine omni lucis apparitiõe. Erat deniq; c deſidẽs atq; cõpreſſũ in medio/ ſeq; in cẽtro & impti atomo cõtinebat: omne ſpaciũ quod eſt ab A in B/ vacuum reliquẽs. Eſt enĩ oĩs atom⁹ & omne ipers: nullius replẽtie & plenitudis. Si igitur exterminare cupis vacuũ/ ab ſpacio & ambitu A B: dicas oportet materiã C/ ſim̃l factã cum A & B: atq; hec tria puncta A B. C/ ſimul eẽ creata. Et nõ modo hoc: ſed & cõfitearis op⁹ eſt materiã C/ haud ab ortu ſuo caruiſſe actu elemẽti: aut ſeſe cõtinuiſſe i medio & cẽtro/ ſine plenitudie/ ſine diſtẽtiõe & pfuſiõe ſui. ſed ſim̃l atq; facta ẽ idĩtã illi fuiſſe elemẽtariũ formarũ tetradẽ: ex q̃ iuſtiſſimã ſtabilẽq; molẽ recipiens/ toti ſublunari cõcauo aſtiterit: illudq; ſua p̃ſẽtia repleuerit. Haud enĩ materia ex natura ſui aut ex ſiplíciſſimo ſui eſſe/ in ſublunaris concaui plenitudinẽ diſtẽta eſt: ſed ex elemẽtariũ actuũ natura/ p quos ipſa & ĩ ordines primit⁹ digeſta eſt & i totã ſẽſibilẽ regionẽ diſtributa. Eſt ſiqdẽ materie eẽ/ natura pri⁹ & antiqui⁹ actu elemẽti: tẽpore tamẽ nõ pri⁹/ ſed ſim̃l factũ. Q; ſi dixeris materie: cõcreatũ eq dẽ fuiſſe actũ primi mĩmi & ſipliciſſimi elemẽti/ veluti terre: nõ autẽ triũ ſequẽtiũ Aq̃/ Aeris Ignis: ſed materiã illos diuidue ac fluxu tẽporis accepiſſe: Idẽ hoc i p̃m ẽ/ ac ſi p̃dicaueris materiã/ ĩ ſoli⁹ terreni orbis quãtitate ac mole: fuiſſe & creatã/ ſimul & extentã: nõ autẽ in vniuerſa mole q̃ttuor elemẽtorũ. Qui igitur hocpacto ſẽſerit id totũ inane ac vacuũ aliquãdo fuiſſe declarat: qcquid eſt a tellurei orbis circũferẽtia/ ad concauũ celi lune. Si vero dices materiã/ fuiſſe ſim̃l extentã dũtaxat ĩ molẽ terre & aq̃: qcq̃d ab aq̃ ſupficie/ ad celũ patet: iure eodẽ relíques vacuũ. Si in triũ dũtaxat elemẽtorũ mole/ vt terre/ aq̃/ aeris: creatã fuiſſe materiã cõtẽdis/ vti linea h i: tãtũ dẽ ſpacij/ nõnũq̃ vacuũ fuiſſe fatearis oportet: quãtũ eſt id/ qđ igne⁹ orbis obtinuit: quodue ab igneo elemẽto cõpleẽ. Supereſt igiẽ vt aut nõnunq̃ celeſte cõcauum extiterit vacuum: aut materia tota ſimul fuerit elemẽtata/ tota ſim̃l ĩ tetrade ac mole q̃ttuor elemẽtorũ vt i linea k l creata/ abſoluta/ pfecta. Eſt enĩ elementorum quaternitas: ſublunari ambitui equalis. Vnde fit vt ob exterminandum mundi vacuũ: ſit a tribus auferẽda ſucceſſio. Prima ab A ĩ B: Secũda ab A B i C. Tertia ab elementatione ſine diſtentione ipius C. Nam null⁹ contigit ab A i B/ tpis fluxus. Null⁹ ab A B/ in C. Null⁹ in elementatione C. Sunt enĩm A et B ſimul facta: Simul item A B et C. Simul deniq; A B C et linea K L: que eſt totius materie diſtentio atq; elementatio. Eſt igitur Materia C/ haud in C/ hoc eſt in indiuiſibili: ſed in diſtentione et quantitate linee K L: hoc eſt in ſua ipſius elementatione/ ſiue in elementorum tetrade creata atq; perfecta.



Omne idíuiſibile nullius eſt replentie.

Materia ex natura ſui nulli⁹ plenitudinis.

4 ¶ Vnde fit vt quattuor elementa: ſint ſimul creata et facta.

¶ Nam tota ſenſibilis regio: eſt quattuor elementorum moles et eorũ plenitudo: tota ſimul abſoluta eſt perfecta. Sũt igitur et quattuor elemẽta: tota ſimul ab initio creata et facta. Si enim prior facta extitiſſet ſola terre moles: omnis a terra ad lunam regio/ tum extiſſet ianis et vacua. Et ita de ceteris argue elementis.

Qui ſucceſſionẽ ponit in materie elemẽtatione: vacuũ fuiſſe confitetur.

5 ¶ Senſibilis totius regionis ſpacium: totum ſimul eſt factum et oppletum materia atq; elemento.

¶ Nam lune celum: totum ſimul eſt factũ. Facto autem repente ac toto ſimul/ lune celo: totius quoq; ſublnuaris concaui ſpatiũ/ eſt ſimul factum atq; dimenſum. Eſt igitur vniuerſa ſenſibilis regio: tota ſimul facta. Sẽſibilis eĩ regio eſt id totum ſpacium: quod lunari concauo clauditur. Et cum vacuum ĩ natura eſſe nequeat vllũ: hec quoq; regio/ ſim̃l atq; eſt facta: eſt et oppleta materie atq; elemẽto. Non prius eſt facta: q̃ materiali rudere cõſtrata. neq; prius vnius cuiuſuis ipſius partis: q̃ alterius/ eſt abſoluta et perfecta plenitudo.

6 ¶ Materiei cõcreat⁹ eſt act⁹ elemẽti: et ſẽſibili regiõi/ cõcreata ſubã elemẽti.

¶ Sicut ſenſibilis totius regionis ſpacium: haud vacuum/ ſed in elementi plenitudine & preſentia eſt procreatū et factū: ita et materia haud ab actu inanis: ſed cū elemētari actu eſt procreata et facta. Idem enim eſt incommodum/ materiam quandoq; fuiſſe ſine quouis actu: & ſenſibilem regionē fuiſſe ab initio vacuam ac deſertam elemento. Sicut igitur non prius extitit ſenſibilis regio/ in eſſe ſimpliciter: q̄ in eſſe et plenitudine elementi/ Eſſe enim ſimpliciter ſine elemēto eſt eſſe vacuū et inane ſpacium ita et materia haud ſubſtitit prior/ actu elementi: ſed et ſimul tota eſt facta: et ſimul tota elementata: et rurſum ſimul facta et elementata. Non enī facta eſt parte poſt partem/ neq; dierum fluxu elementa: neq; prius tēpore facta q̄ elementata. Prior quidem eſt natura elementis et elementorum formis: tempore autē ſimul facta.

Duo īcommoda q̄ ſequerentur.

¶ Elemēta ſūt ingenita/ nullaue generatione orta: omnium tamen generationum initia. 9

¶ Omnis quippe generatio/ in tempore et diuidue perficitur. Elementa autē ſimul tota ſūt facta. Eorū igitur ortus haud generatio/ ſed creatio cēſetur. Rurſum elementi actus/ eſt ſenſibilium omnium primus: vicinus et proximus materiei. et ante ipſum nullus eſt prior actꝰ: a quo gigni et naturalis generatiōis ſerie/ in materia proferri potuiſſet. Omnis enim actus: naturali generatione/ ab actu exoritur atq; profertur. Sunt igitur elementorum actus ingeniti: ab ſolo ſupremo actu/ vniuerſorum actuū opifice deo/ producti & materiei concreati. Ab ipſis autē vt omnium initiis et primis: deinceps reliquorum actuum/ naturali ſerie/ atq; ordine generationes ſuccedunt abſoluunturq;.

Alia ratio.

¶ De naturali ordine elementorum. Cap. XIIII.

Elementorum ordo: eſt vt puncti/ linee/ ſuperficiei et corporis. 1

¶ Elementa licet ſimul ſint facta: ordinē tamen habent adinuicem aut nature/ aut perfectionis. Nempe et hec punctū/ linea/ ſuperficies et corpus: et ſimul facta ſunt/ et perfectione ſecundum prius et poſterius ſunt ordinata. corpus perfectione cenſetur primum: punctū vero perfectione vltimū. origine tamen e puncto omnis magnitudo profertur et elicitur. Ita et ignis perfectione/ ē elemētorū primꝰ: terra vero perfectione vltima. Cūcta tamen elemēta quoquopacto e tra: perinde atq; magnitudines epuncto/ proferri et oriri comperiuntur. Sicut & in naturalibus rebus/ materia perfectione eſt vltima: omni actu inferior. Omnis tamen ex eius poſſibilitate elicitur ac profertur/ ſenſibilis actus.

Terra	Aqua	Aer	Ignis
Pūctū	Linea	Supficies	Corpꝰ

¶ Sicut omnis magnitudo puncto profertur: ita & omne elementū e terra. 2

¶ Sicut puncti motus elicit/ gignitq; omnē magnitudinem: ita & omne/ elementū/ terrea quadā colliſione & motu profertur/ gigniturq;. Eſt enim terra vt pūctū: Aqua vt linea/ Aer vt ſuperficies/ Ignis vt corpus. Subeſt punctū/ omni magnitudini: Terra vero/ ceteris ſubeſt elementis. Punctū eſt vt potētia magnitudinū: qua trini magnitudinū eliciūt actꝰ. Terra vero vt potentia elementorū: quatrini ſcatent & emerguntelemētorū actus. Ois magnitudo fert/ geſtatq; in ſeſe punctum. Omne vero elementū: in ſua ipſius mole/ terram concipit/ cōtinet & claudit. Primum quod ſcatet e puncto/ linea eſt: & puncti in longitudinē fluxus & motus. Primū vero quod e terre laticibus/ ſcaturit: eſt aqua terrene molis/ quidā in longum defluxus & motus. Poſt lineam oriuntur e puncto/ ſuperficies & corpus: Poſt aquā vero eodem pacto e terre cuniculis: ſeſe aer & ignis in ſūma & naturalia loca propiunt.

Terra punctū & materia proportionabilia.

¶ Sicut omnis magnitudo eſt motus iu punctum: ita & omne elementum aliquo pacto motus in teram. 3

¶ Punctum ſolum primum & per ſe eſt punctū: puncti vero in punctum motus/ ſiue puncti reſumpſio ac iteratio eſt linea. Linee autem in punctum motus: ſuperficies eſt: Superficiei vero in punctum delatio corpus gignit. Idem ſubiectum eſt puncum: in quod tria perlata/ tria gignūt. Ita & eadem eſt cunctis ſubdita terra/ ex qua/ trium proportionabili motu tria proferuntur. Terra ſiquidem ſola ac per ſeſumpta: terra eſt. Terre vero in terram motꝰ aqua. Aque in terram motus: aer. Aeris in terram delatio/ ignis. Principia tria/ eodem medio: tres eliciunt proferuntq; fines. Nam Punctum Linea Superficies: puncto eidem comparata/ gignunt lineā ſuperficiem & corpus.

Punctus	In punctum	Lineam	Gignit
Linea	In punctum	Superficiē	Profert
Superficies	In punctum	Corpus	Gignit
Terra	In terram	Aquam	Profert
Aqua	In terram	Aerem	Elicit
Aer	In terram	Ignem	Gignit

Terra vero Aqua Aer: pari proportione per idē terre medium/ gignunt Aquā Aerem Igne. Punctum omnem gignit magnitudinem: a nulla tamē magnitudine exoritur. Corpꝰ autē e puncto/ e linea & e superficie elicitur. Nichil tamē elicit ac profert. Eſt enim ante punctum nichil ac iterum poſt corpꝰ nichil. Ita & proportionabiliter argue: terram eſſe imā atq; humillimā elemētorum poſſibilitatem. Ignem vero/ ſūmum ſupremūq; eſſe elemētorum actū. Et oīa aliquopacto elementa: gignie terra/ tanq̄ ex prima ſui potentia. Ex igne vero/ tanq̄ vltimo actu: nulla procreari ac gigni. Nam & hac de cauſa pleriq; Ignem: infecundū/ purū virgineūq; eſſe elementū voluerūt/ veſtam propterea illū appellantes. vt pote in quo neq; vlla ferme degant/ viuant ſubſiſtantq; animantia: & ex quo nulla vel perpauca procreari videātur. Vnde puto & illud Ouidianū emerſit. Nil aliud veſtam / q̄ viuam intellige flammā Nataq; de flamma/ corpora nulla vides.

F terra oia gigni.

Ex igne nulla.

Ignis purū virgineūq; elemētum.

Ouidius.

4 ¶Vnde fit vt ſicut omnis magnitudo/ eſt puncti motus: ita & omne elemē tum/ ſit quedam terrea propagatio/ diſcretio & fecunditas.

Fecūditas puncti.

¶Diximus omnem magnitudinē e puncto procreari: atq; eſſe numerū puncti. Nā puncti monas: hec eſt punctū. Puncti iteratio ac dyas: eſt linea: Punctorū tryas: ſuperficies. Punctorum quaternitas: corpus. Puncto vno/ per ſe ſūpto: nil aliud fit/ q̄ punctum vnū. Puncto vero/ ducto in punctum: oritur linea. que ſi in punctum ducatur: gignit ſuperficiē. Hec vero iterū ducta in punctum: elicit corpus. Vnū per ſe/ eſt punctum. Vnū in vnum: linea. duo i vnum: Superficies. Tria in vnum: corpus. Parī igitur pacto argue & de elemētis. cū enī terra/ proportionē habeat ad punctum: erit vt ſicut omnis magnitudo/ numerus eſt & iteratio puncti/ ita & omne elemētū ſit quedā terrea propagatio trinaue eius explicatio. Et ſicut omnis magnitudo proſilit proferturue e puncto: ita & omne elementum/ ſcaturit ac proripit ſeſe e terra. Nempe e terra frequenter & aquam & aerem & ignem emergere videmꝰ: quod accidit in terre motibus: in quibus liquido & copioſiſſime aque & ventus & ignis/ vt plurimū ex abditis emergunt. Et quēadmodū rurſum ex vnitate oīs elicitur numerus: ita & ex terra omne propagatur elemētū. Vnitas enī per ſe: vnitas eſt. Due vnitates: lineare efficiunt numerū. Tres vnitates: ſuperficiem claudunt. quattuor deniq; vnitates: corpus (Nam trigonam pyramidē) conflant.

Vnum	Per ſe	Punctum	
Vnum	In vnū	Linea	
Duo	In vnū	Supficies	
Tria	In vnū	Corpus	

Terrea Fecūditas.

5 ¶Elementorum maioris mundi ordo: ordini minoris mundi elementorū/ prepoſterus oppoſituſue eſſe comperitur

Que doctrinalia elementa.

¶Predocuimus in libro de ſenſu: que ſint minoris mundi hoc eſt hominis. doctrinalia litterariaue elemēta. quibꝰ aut diſcipulatui ſubeſt homo: aut pedotribatui p̄eſt/ quibuſue aut eruditur aut docet. Hec inquam quattuor eſſe monſtrauimus: Mentem ſiue animi eſſentiā/ Intelligentiam/ Corpus/ Mundū. Mentē aut centrum animi aut intimū eius orbē eſſe dicebamus: per quē ipſi anime/ competit eſſe. Intelligentiam diximus eſſe eū orbem: i quo primū perficitur aīe opificiū: i quoue primi ac ſimpliciſſimi cōceptus: ab ipſa aīa excuduntur. Corporeum orbem nūcupauimus vocalē: in quo ſecūdum anime opificiū ideſt eliſio vocū adimpletur. Mundum vero/ extremum aclatiſſimum anime poſuimus eſſe orbem: in quo ſupremū ac longiſſimū aīe opificū perficitur/ que eſt exaratio ſcripturarum. Hec itaq; quattuor animi dicimus eſſe elemēta: Mentē/ ignē: intelligentiā/ aerē: Corpus/ aquā: Mundū/ terram. Atq; ſicut maioris mundi ignis/ cunctis elementis reperitur in ecundior: nullū ferme ſuſtinens aialium/ nichil gignens nutriensſue nichil: ita & anime ignem/ ideſt ſimplicē eius mentē atq; eſſentiam: virgineam eſſe/ ac perſe in fecūdam. vtpote que in ſeipſa nichil gignit/ ſuſtinet ac fouet. & in qua neq; cōceptus/ neq; voces neq; ſcripture pariuntur aut recipiuntur. Sed ſicut in inferioribus trib⁹ elementis Aere Aqua Terra: cū oīa ferme degunt nutriuntur/ foueantur/ ſaluanturq; animantia: ita & inferioribus duntaxat anime orbibus/

Quid mēs

Quid itelligentia.

Quid corpus.

Quid mūdus.

Intellectuali/ Corporeo/ Mūdano: aliquid ab anima gigni/ ſuſtineri/ procreari. Nam ſtans in ſe ſiue in apice mentis anima: nullipara eſt. Delapſa vero in intelligentiā: notiones illico profert. deſcendens in corpus: vocū eſt opifex. In mundum deniq; longius ex abditis progreſſa: ſcribit. Sunt igitur hec animi minoriſue mundi elementa: contrario ordine maioris mundi elemētorum/ diſtributa atq; ordinata. Nēpe ignis animi: minimꝰ eſt intimuſue orbis. Terra vero animi/ eius eſt orbis ampliſſimus: & qui ceteros cunctos ambit. In mundo autem/ econtrario accidit. Nam mundi terra: minimꝰ eſt mūdi orbis. Mundi vero ignis: maximꝰ eſt elementorū/ qui et cetera elementa cōplectitur. Animi ignis clauditur ab eius aere: Aer ab aqua/ Aqua a terra. Mundi vero ignis cōtra aerē vallat/ Aer aquā/ Aqua terrā. Vndefit vt in minore mundo vera ſit Pythagoricorū opinio: Ignem eſſe in medio/ Terram vero i extremo. In maiore autem mundo: contraria opinio/ vera declaratur ignem inquam in extremo/ terram vero i medio eſſe mūdi. ordo pſenti actum ordini: ppoſterꝰ & oppoſitꝰ eſt. Verbi cauſa ignis nunc actu in ſūmo reſidet: qui anteq ſūmū obtinuiſſet locum/ potentia erat in ſummo/ actu in imo. Tū vero erat & terra: potētia in imo/ actu in ſummo. Omnium enim initium: eſt actꝰ in potentia & potentia in actu: ideſt inchoatus actus & perfecta potentia.

Contrarie opiniones de elementis vere.



¶ De concurrentia & oppoſitione/ elementorum. Cap. XV.

VOdlibet elementum vna/ precipua & prima qualitate: alia vero minus precipua & ſecunda/ reperitur affectum. 1

¶ Hec vulgatiſſima eſt: & notior/ q̄ vlla interpretatiōe egeat. Vt precipuus ineſt igni calor: Aeri humor/ frigus in aqua primum ſummumq; reperitur. Terra primo & ſupreme ſicca. Igni vero ineſt ſiccitas ſecunda/ minuſq; precipua. Aeri calor: Aque humor/ frigus/ terre. His enim qualitatibus/ vt inſtrumentariis: agunt in ſeinuicē & permutantur elementa muſcenturq; ſimul: & varie intemperata/ diuerſa & varia producunt/ gignuntq; entia.

¶ Elemētorū qualitates/ ſūt oīm ſimpliciſſime & prime: & vt reliq̄rū cauſe. 2

¶ Nam & ſubſtantiales elementorum actus: ſunt oīm primi & ſimpliciſſimi. Tote inſuper ipſe elementorum ſubſtantie/ omni ſenſibili ſubſtantia & re naturali generabili & corruptibili: priores & antiquiores ſunt & velut oīm ſecūdarū ſubſtātiarū/ naturales ſedes: ſine quibus ſecunda nulla ſubſtantia in mundo eſſe ac ſaluari poteſt. Sicut igitur ipſa tota elementa ſunt prime & ſimpliciſſime ſenſibilis mundi ſubſtantie: ita & naturales eorum qualitates/ ſunt qualitates oīm prime/ ſimpliciſſime & antiquiſſime. Secūdarum vero ſubſtātiarū qualitates vt ſapor/ Odor/ Color/ Sonus: ſunt qualitates ſecunde/ que primarum permixtione & vera quadam harmonia/ oriuntur/ cauſantur/ procreantur.

Elementorū qualitates prime & ſecunde:

Que ſecūde q̄litates

¶ Sicut tactus eſt oīm ſenſuū poſitio: ita & ipſa elementa/ ceterarū ſenſibiliū ſubſtantiarum ſunt naturales ſedes: & elementorum qualitates ceterarum ſecundarum mue qualitatum. 3

¶ Tactꝰ eſt ſenſuū ſenſꝰ & primꝰ ſēſus: cūctis ſimplicior/ hūilior & abiectior. omnē natꝰ ferre ſenſū: & ſine quo ceterarū nullꝰ ſubſiſtit & i cuiꝰ rudere cūcti ſenſꝰ ſtabiliūt recipiūtq;.

Eſt enī tact⁹/prima quedam corporis aialiū diſpoſitio/naturalis adaptatio atq; eruderatio: ad ſuſceptionē ceterorū ſēſuū/a natura cōſtrata atq; preparata. Eſt enī(vt liber de ſēſu predocuit)tactus quidā ceterorū ſēſuū prodrom⁹ ideſt p̄curſor: qui primus in corpore aialis caſtrametatus/ceteros ſecundoſue ſēſus in ſua recipit ſede: quiq; diſgrendc in mūdo cōueniēti aialiū ſedi preeſt. Eadē igitur & ipſe dicēto de elemētis: elemēta p̄currere in ſēſibilē totam regionē/illāq; ſua iplere p̄ſētia: ad ſuſceptandam omnē ſubſtantiā futurā. que haud aliter in mūdo recipitur/q̄ per elemētū: & orīf ſubſiſtitq; in elemēto. Eſt igīt & tact⁹/ oīs alteri⁹ ſēſus ſedes: & naturalis ſuppoſitio: Et prima ſubſtātia/ideſt elemētū: oīs reliq̄ & ſecūde ſubſtantie ſedes. Et prima idētidē q̄litas/ideſt q̄litas elemēti: veriſſima poſitio ac ſedes/ oīs ſecūde q̄litatis. Vnde fit vt & prima & elemētaria q̄litas: ſit merito primi ſēſ⁹/ideſt ipſius attact⁹ affectio. quēadmodū & ſecūde qualitates: ſūt ſecūdorū ſēſuū naturalia ꝓpria ac vera obiecta. Inſuper & vt tactus: ſit quidā elementorum & primarum mūdi ſubſtantiarum ſenſus.

4 ¶Quecunq; qualitas/eſt in ſuperiore elemēto precipua & prima: eadē in attiguo & proxime inferiore eſt ſecunda/minuſq; precipua.

¶Elementa hoc inter ſe nexu & naturali vinculo colligātur: vt proxima queq; duo & attigua elementa/ſint ſymbola: ideſt eadē qualitate participantia & iuicem cōmunia. Vt ignis & aer/calore copulantur. Aer & aqua humore. Aqua & terra frigore. Terra & ignis ſiccitate. Sūt enī terra & ignis/ratione vicina/attigua & proxima elementa: tametſi ſecūdū rectū/ſūmo diſtātia interuallo. Nā rect⁹ elemētorū ordo/ in quadrū quodā rationis diſcurſu flectitur. quādoquidē ab igne ratio diſcurrens: in ignem/ abſoluto motu redit/hocpacto: Ignis aer/ Aer aqua/ Aqua/ terra Terra/Ignis. In hoc itaq; rōnali q̄drato: liquet terrā & ignē proxima/vicina & ſymbola eſſe elemēta. Aut ſi mauis/recto vti elementorum ordine: ſume in ratiōis diſcurſu bis ignem. ac ſcribe ignem vnū in ſummo: Aliū vero in imo/ ſub terra. & hoc rurſū ordine/preſentis propoſitionis experieris veritatē. Calor enim primus eſt/ ſūmus & precipu⁹ in igne: Idem autem ſecundus in aere/ proxime inferiore. Humor primus in aere: Secundus in aqua. Frig⁹ in aqua primū: Secundū in terra. Terra vero primo ſicca: Ignis autem preter ſūmū/ſiccus.



Elemēta in circulo ratiōabiliter diſponēda.

5 ¶Quecunq; qualitas eſt in ſuperiore elemento ſecunda: eius contraria eſt in proxime inferiore prima.

¶Hec eſt precedentis tranſpoſita. Nā precedens/ex prima ſuperioris elementi qualitate: inferioris intulit ſecundam. Hec autem ex ſuperioris ſecunda: inferioris primam concludit. Sed & precedens/ inferebat idem. Hec veroinfert oppoſitum & contrarium. Eadem enim eſt qualitas/ ſuperioris elementi prima: & inferioris ſecunda. Que autem ſecunde ſuperioris eſt contraria: inferioris eſt pria. Vt ſiccitas in igne eſt ſecunda: Humor vero illi contrarius/ in aere primus. Calor in aere ſecunduseſt: Contrarium vero frigus/ in aqua primum reperitur. humor aque ſecūdus: ineſt Cōtraria veroſiccitas/i terra pria. Frig⁹ deniq; i terra ē p̄ter ſūmū: oppoſit⁹ vero calor i igne reperīt prim⁹. Hocpacto recto ordine procedens: cōcludis ab igne in ignem/per media elementa: eam qualitatem que ſecunde ſuperioris elementi aduerſatur: eſſe proxime inferioris elementi primam.



Fst enim (vt in superiore propositiõe diximus) bis sumẽdus ignis: semel in sũmo & semel i imo/ vt hoc pacto rationis circulus compleatur.

¶ Vnde fit vt in qualitatibus elemẽtorum/ duplex cõtingat argumẽtum. Vnũ ab idẽtitate/ alterum ab oppositiõe.

¶ Arguimus a superioris elementi/ qualitate precipua & prima ad inferioris secundam: per idem. dicentes eandẽ esse superioris primã & inferioris secundã. Eduerso autẽ/ a superioris secũda/ ad proxime iferioris primã arguim⁹ p cõtrariũ. dicẽtes esse cõtrarias superioris secũdã et infeioris primam. Et hec ex precedẽtis figura/ euadũt clariora. Posſunt & eadem/ ex arte oppositorum q̃ facillime demõstrari. Nam in oppositorum arte/ docuim⁹ identitatem/ quandam esse equidistantiam & similium oppositorum habitudines: vt primũ primũ & secũdũ secũdũ. Oppositionẽ vero dixim⁹ quãdã esse intersectionẽ & obliquitatẽ oppositorũ: cũ de dissimulibus/ dissimilia dicuntur. vt primum secundum: & secundum primũ. Itaq; primũ argumẽtũ/ in qualitatibus elementorum: est oppositorũ identitas/ secundum vero eorum oppositio. Voca enim superius elementum primum. Inferius vero secundum. & argue primum in primo & secundum in secundo esse idẽtitatem. id est eandem qualitatem/ primam esse in primo siue in superiore elemento: et secundã in secundo/ siue in inferiore. Similiter: & secũdum primi/ esse primum secũdi per oppositionem id est secunde primi & superioris elemẽti cõtrarã & oppositã esse primã scdi & inferioris.



6

¶ Omnis elementaris qualitas: duobus inest elementis. 7

¶ Nulla elemẽti qualitas aut tantũ vni/ aut trib⁹ elementis inest. Omnis autem inest duob⁹. Calor igni & aeri: humor aeri & aque. Frigus aq̃ & terre Siccitas terre & igni. Calor est i hũido & in sicco: non in frigido. Humor sicco nõ inest: in frigido & calido reperitur. Frigus est in sicco & in humido: non in calido. Siccitas & calori et frigori coniuncta. reperitur: non aũt humori.



¶ Proxima queq; duo elementa sunt symbola: tertio vero loco distantia/ asymbola et contraria. 8

¶ Ois eni elemẽtorũ naturalis affectio: geminis inest & attiguis elemẽtis. Sũt itaq; proxima queq; elemẽta symbola: & eiusdẽ qualitatis pticipia. Et vt diximus/ terra & ignis: ob rationis discursum & circulum/ vt proxima & attigua elementa sunt sumenda: sumpto bis

igne eoq; ſupra & infra terram collocato. Que autē terio diſtant celo elemēta: geminisi (vt prius) argumentis/ aſymbola/ contraria & incommunicanria eſſe conclude hoc pacto. Que ſuperioris elementi/ eſt precipua & prima affectio: eadē proxime inferioris/ ſecundoue loco diſtantis eſt ſecunda. Et que ſuperioris elementi ſecūda: eius cōtraria ſequentis eſt elementi prima. Que igitur ſuperioris elemēti eſt prima: eius contraria eſt tertio loco inferioris elementi prima. Omniū igitur tertio loco diſtantiū elementorū: qualitates prime & precipue/ ſunt contrarie. Et eodem modo argue/ de qualitatibus ſecundis. Vt quia calor eſt in igne primus: idē in aere/ repperitur ſecundus: & contrariū frigus in aqua primū. Humor in aere primus/ in aqua ſecundus: ſiccitas ei contraria in terra prima. Frigus in aqua primum in terra ſecundū: contrarius ei calor in igne primus. Siccitas prima in terra/ ſecūda in igne contrarius humor primꝰ in aere. Hoc pacto primas tertio loco diſtantiū elementorū qualitates: contrarias eſſe oſtendis. De ſecundis vero ratio eadem. Nā ſiccitas in igne ſecūda eſt contrarius vero humor in aere primus: idē quoq; in aqua ſecundus. Calor in aere ſecūdus contrariū frigus in aqua primū: idē in terra ſecundū. Humor in aqua ſecundus/ cōtraria ſiccitas in terra prima: eadē in igne ſecunda. Frigus in terra minus precipuū/ contrarius calor in igne primus: in aere ſecundus. Nam ſi vis in quadrato/ adaptare elementa quattuor ſine bina ipſius ignis ſumptione/ cūcta que diximus perampliꝰ pateſcent. Nam quecunq; duo & duo elemēta/ diſtabūt coſtis quadrati: ſymbola erūt. que vero diametris diſtēta: erūt aſymbola & contraria. Et ſi inter ipſa elemēta/ collocabis eorum affectiones & qualitates: vt inter ignem & aerem/ calorem: inter aerem & aquam/ humorē. Inter aquā & terrā/ frigus: Siccitatem vero inter terram & ignem: que rurſus qualitates diſtendentur/ diſtabuntq; dyametro erunt contrarie: & in aſymbolis elementis prime. que vero ſeſe quadrato aſpectu/ coſtiſue quadrati intuebuntur: ſymbole erunt & ambe in eodem elemento. Vnaqueq; vero affectio/ his duobꝰ inerit elementis: quei ipſam circūſteterit/ vni primo/ alteri ſecūdo. ceteris autē duobus/ inerit minime. Omnis enim (vt diximus) elementaris affectio/ duobus quibuſuis ineſt elementis: & duobꝰ non ineſt Vt calor igni ineſt & aeri: non ineſt aque & terre. Igni quidem primo ineſt/ aeri vero ſecundario ineſt.



¶Q; ad quattuor elemētorum numerum omnis & motus & ſenſibilis actus: ſit ſtatus/ atq; definitus. Cap. XVI.

1 ELementorum numerus/ menſura eſt et totius motus: et reliqui omnis ſenſibilis actus.

¶Nam quattuor ſunt motuum genera: ſubſtantia/ quantitas/ qualitas/ et locus. Omnis enim motus aut rei ſubſtantiā cōplet/ aut ei addit quātitatem aut qualitatem: aut eandē de loco in locū tranſfert. Rurſum ſenſibiles forme & ſubſtantiales actus/ ſunt tantum quattuor. Subſtantiuus/ Vegetatiuꝰ Senſitiuus/ Rationalis ſiue Intellectualis. Sicut enim quattuor primis elementorum actibus/ tota materies eſt elementata: ita & ſecundis his quattuor ſubſtantialibus actibus & formis: eadem materies eſt elementari ſecundari & impregnari nata.

2 ¶He quattuor forme Subſtantiua/ Vegetatiua/ Senſitiua et Rationalis: vniuerſam materiam obtinent/ ſecundant atq; implent.

¶Moles materie & ſubſtantia eius vniuerſa: in hos quattuor actus eſt a natura diſtributa: Subſtantiuum/ Vitalē/ Senſitiuū & Rationalē. Ita vt nullā ſit materie reperire partem: alicuius horum quattuor actuū ſtereſi atq; orbitate efflaccidam/ priuatā/ deſtitutā. Sicut & priꝰ diximus/ nullam reperiri poſſe materiei partem: cui non inſit actus alicuius elementi. Non

enim cuiuis materiei particule: insunt simul/ quattuor elementorum substãtiales actus. sed ineste eidem aut actus igneus/ aut aereus/ aut aqueus/ aut terreus. Neq; rursum quamlibet materie partem: oportet omni substantiali actu/ esse impregnatam. sed nullum habere nõ potest actũ: necesse est aut vt substãtiuũ conceperit actum/ aut vitalem/ aut sensitiuum/ aut rationalem. Hi gitur quattuor substantiales actus: vniuersam materiam obtinent/ eamq; sibi vendicant/ totam fecundant et implent.

¶ Vnde fit vt tota & vniuersa materies: actui subsit substantiuo. 3

¶ Nam substantiuus actus/ est omniũ minim⁹ & primus: quo esse simpliciter ipsa entia dicuntur. Minimo aũt ipliciſſimo et primo actu/ ois est irrorata/ atq; affecta materia: & preparata ad ceterorũ actuũ susceptionẽ. Hi nẽpe haud alit in materia: q̃ pri & elemẽtaris act⁹ medio recipi nati sunt. Sicut enim humanum totum corpus/ simpliciſſimo primo ve tactu: ad ceterorũ & secundorũ sensuum susceptionẽ reperitur imbutũ (Nam tactus est reliquorũ sensuum sedes/ naturalisue positio) ita & ois materies & quelibet materiei pars: substantiuo actu/ predita est. nõ autẽ ois vitali/ aut ois/ sensitiuo: aut rationali/ actui subest.

¶ In substantiuo & primo actu: omnis reliquus actus/ vt in naturali positione & sede est recipinatus. 4

¶ Substantiuus actus oĩm est latiſſim⁹: occupans/ obtinensq; sub se totam materiam. Si autem hoc pacto substantiuus/ siue essendi actus: materiã implet/ cõprehendit ve totã/ totiq; materie euadit equalis: necesse est vt ceteri oẽs actus/ in substantiali actu receptentur/ sedeantq; in illo: Vt in materialisua positione & sede/ primitus materiã stabiliẽte/ eruderante affectante & disponẽte ad susceptionẽ ipsorum. Extra nãq; substantiuũ actũ: nulla materie pars relinquitur. Vnde fit vt quemadmodũ nõ est reperire substantiuũ actũ/ sine materia: ita et reperiri nequeant secundi actus/ sine primo & substantiuo. Et sicut quicqd est sub luna/ est ex materia: ita & quicquid viuit/ sentit aut intelligit: est.

Extra actũ essendi nichil est.

¶ In essentia imprimis recipitur vita: in vita/ sensus: in sensu deniq; ratio. 5

¶ Essentia/ vita/ sensus/ ratio: essentialis actus/ vitalis/ sensitiuus/ rationalis. Hi aũt quattuor actus/ eundẽ habent in materia/ statũ & ordinẽ. quẽ et quattuor elementa/ in mũdo & in tota sensibili regione. Terra recipit in nullo elemento: sed in simplici elementorũ potentia ideſt in totius mundi centro ac minimo. Nam nil ipsi terre subest: preter ipsum mundi medium & centrum. Aqua recipitur in terra: & fulcitur a terra. Aer ĩ aquis: Ignis/ in aere Subest enim aquis terra: Aeri/ aqua: Igni/ aer. Ita et actus ipse substantiu⁹ omnium prim⁹: in nullo recipit actu. sed in sola actuũ priuatione/ invniuersorum potentia: quam materiam vocitam⁹. Vita vero recipitur in essentia. Sensus/ in vita: ratio i sẽsu. Quicqd ei ratiõe p̃ditũ ẽ/ sẽtit. Quicqd sentit/ viuit: Quicqd viuit/ ẽ. Quicqd aũt est i sẽsibili mũdo est ex materia.

¶ Tanta est materie longitudo: quanta & latitudo. 6

¶ Materie latitudo est/ prima eius elementatio: qua in quattuor elementorum primos et ſpliciſſimos actus distinguitur/ dispesciturue tota. eius autem longitudo/ est secunda eius elementatio: qua ad nomum/ mensuram et equalitatem prime elementationis: vniuersa quattuor substantialibus actibus et formis implet: Substantiuo Vitali/ Sẽsitiuo & rationali. distãt autem materie latitudo/ atq; longitudo: angulo recto. sũtq; vt recti anguli latera/ int se equalia. Amborum autem laterũ ac totiꝰ ãguli vertex/ est materia: natura prior et cunctis elementorum actibus et actibus secundis. Sicut enim ambo eiusdem recti anguli latera explicatiões quedam sunt/ verticalis ipsius puncti: ita et prima et secunda/ materie elementatio: explicatõ quedam est ipsius materiei. Quicquid enĩ materia antea erat in potentia: vtraq; demum ipsius elementatione absoluitur/ et in actu fit. Secunda quoq; materie elemẽtatio: expressio quedam est/ prime ipsius elementationis: & vt eius actus/ qui prima elementatione ꝑfertur.



¶De gradibus substantialium actuum eorūq; motibus. Cap. XVII.

1 PRiores actus a posterioribus abiuncti & separati reperiūtur posteriores vero a prioribus minime

¶Sicut vniuersa sensibilis regio: plena est quattuor elementis et cētro terre/quod elementum quidem non est: sed elementorum potentia et nullius plenitudinis minimum: ita et omnis sensibilis substantia/ absoluitur i quinario: in vnitate scilicet materie et quaternitate formarum. Est enim materia: centro mūdi persimilis: cunctorum potentia/ nulliusq; plenitudinis: ceteri autem actus congrue elementis respōdent. Est autem materia inseparabilis abactu elementi: vt pote cui semper inesse/ elementi actum oportet. Hūc enim actū vnico nomine substantiuum appellamus. Substantiuus autem actus/ separabilis est a vita: vita a sensu: et a ratione/ sensus. Ineſt enim plerisq; substantia/ sine vita/ Vita item plerisq; sine sensu competit: Sensus q̄ plurimis sine ratione ineſt. E contrario autem fieri nequit: vt aut vitam sine essentia/ Aut sensum sine vita et essentia: Aut rationem sine sensu/ vita et essentia vsq̄ reperiri contingat.

Materia inseparabilis abactu elementi.

2 ¶Materia per se: entium gradum efficit nullum.

¶Nam materia/ nusq̄ per se subsistit: sine vllo actu. vt cui concreatus est actus elemēti. Cū igitur materia simul atq; facta est/ fuerit substātiui et essentialis actus particeps: simplex materia et per se sumpta/ naturalem entium gradum efficit nullum. Potest tamen noster intellectus/ qđ ipsi nate haudquaq̄ permittitur: eximere iquam materiam/ a forma. Nam et sentit & cōcipit itellect⁹/ materiam: forma et oi sensibili actu natura priorē. atq; eiusce prioritatis rō et conceptio: quedā est itellectualis/ materie pse sūptio: et ei⁹ a forma/ rōnalis abstractio.

3 ¶Substantiuo actu primus rerum naturalium conflatur gradus: Vitali/ secūdus: Sensitiuo/ tertius: Rationali quartus.

¶Materia inseparabilis est/ a substātiuo actu. Substantiuus vero actus separabilis est a vitali: vt in elementis/ que cum sint et subsistant: vitalis tamen actus sunt expertia. Substantiuus itaq; act⁹/ cum materia: primum efficit naturalium entium gradum. Vita separata est a sensu/ in plantis: que cum viuant/ sensu tamen et ratione carent. Coniuncta est aute; vita et semper annexa essentie/ atq; materie. Constat igitur secundus entium gradus: vita/ essentia et materia. Rursum sensus est a ratione abiūctus in animalib⁹: que irrationabilia quidē sunt/ sensu tamen predita. idem autē inseparabilis a vita/ essentia et materia. Efficit igitur et sensus/ cū vita/ essentia et materia: tertiū naturalium entiū gradum. Deniq; ratione/ nullus est sensibilis actus prestantior: que igni supremo elemento/ celū lune delābenti est adaptanda. hec aūt cum sensu/ vita/ essentia et materie: quartum et vltimum gradum gignit/ conflatq; humanam totā substantiam. Omnis aūt actus/ est simplex et vnus actus. Quāq̄ vero actum in actu recipi dixerimus: intelligendi tamen nō sūt/ plures eiusdē rei substātiales esse actus: aut aliquomodo subiici actum vnum alteri actui. Omnis ei actus est impassibilis: et nullius actus sine substantialis/ sine accidētarij susceptiuus. Actum autem in actu recipi/ est posteriori actui: vim naturā p̄ prioris et abiectioris actus ineſſe. Actui enim vitali: vis ineſt substantiua. Sensitiuo actui/ vegetatiua et essentialis. Rationalis vero actus: omnium priorum actuum. vt/ preditus est: sensitiua vegetatiua et substantiua. Nec magis suapte natura/ vnus est elementi act⁹: vitali actu. Nec vitalis/ magis vn⁹ sēsitiuo: nec rōnali/ sēsitiu⁹. Cui⁹ui s ei elementi vnus est numero actus: quem substātiu ū nuncupauimus. Eius vero quod viuit/ tantum vnus est actus vitalis: qui simul et vegetat et esse tribuit. Pariter et cum ctorum animalium/ vnicus est actus sensitiuus: quo eodem numero animal sētit/ viuit et est Rationalis deniq; anima/ est et vnus et indiuiduus actus: qui et homini cunctarum rerum adaperit causas/ eiq; sensum largitur et vitam et substantiam.

Quart⁹ gradus eorum q̄ intelligunt.	Tertius grad⁹ eo⁹ que sētiunt	Secundus gradus eorum q̄ sunt	Primus grad⁹ eorum que sunt
Sentiunt			
Viuunt	Viuunt		
sunt	sunt	Viuūt	

Materia omnibus communis et subdita.

Primus gradus Subsistentium.

Secund⁹ viuentium.

Tertius sēsitiuorum.

Quartus Rōnalium.

¶Substantiuus actus/ secūdum pūctū mouet: vitalis/ linea & longitudine: Sensitiuus/ superficie & latitudine: Rationalis/ corpore & profundo.

¶ Huius propositionis intelligentia: ex mathematica proportione & analogia/ mire fecũditatis esse deprehenditur. Nam substantiia est vt punctũ. Vita vt linea/ Sensus vt superficies/ Ratio vt corpus. Vniuersorum primum & simplicissimũ esse: constat in puncto & in indiuisibili. Vita vero prima est minimi illius & impartibilis esse/ in longũ propagatio[nem]: & vt linearis quedã puncti explicatio. Sensus in latitudinem se & superficiẽ extendit superatq; vite lineã puncto vno. Ratio vero: abdita queq; in profundo/ & procul a nobis posita scrutatur superatq; puncto vno superficiem sensus. Substantiui actus habitu: de nulla re aliud enunciam9/ q̃ esse. Habitu vitalis actus: viuere & esse res ꝓnũciatur. Presẽtia sensitiui act9 sentire/ viuere & esse dicitur. Ex rationali porro actu itelligere/ sẽtire/ viuere & esse promulgatur. Substantiui actus habitus/ homogeneus est & indifferens. Carent enim partiũ differentia: quecunq; solo ipso esse participant. Vegetatiuus actus: differentiam primã & partium varietatẽ affert. Vniuersorũ quippe viuentiũ partes alie radices/ alij tamusculi vocantur. Sensitiuo actu predita: plus sunt etherogenea/ pluribusq; differentiis participant q̃ cuncta viuentia. Rationalia vero/ omniũ sunt maxime etherogenea: & ampliore partium differitate & varietate conflata. Punctũ/ Linea/ Superficies: trium sunt magnitudinũ termini/ suapte natura sensibiles et in propatulo oculorũ expositi. Nã & punctum & lineam & superficiem ipsi cernimus & palpamus. Corpus autem/ corporisue interuallum/ idest profunditatem: neq; videre ipsi/ neq; tangere valemus. Quicquid enim aut videmus/ aut tãgim9: terminus est magnitudinis: Punctum/ linea/ aut Superficies. non autẽ vera ipsa perfecta & absoluta: corporea magnitudo/ aut profunditas: que sub propriis terminis arcana atq; adoperta: omnem & visum & attactum refugit: omni denicq; sensu euadit penitior/ occultior intimior. Cum igitur finis & obiectum sensus: sit superficies sitq; profunditas/ omni inuia & iaccessa sensui (Quicquid enim tangimus/ videmus aut sentimus: est corporis extremũ) superest vt corporea ꝓfunditas: soli sit rationi peruia & ab sola ratiõe sit scrutabile & exterebrabile corpus corporisue interuallum. Magnitudinũ quippe termini: in luce sunt & in agnitione sensuũ. Corpus autẽ in abdito & in tenebris sensuũ collocatũ: luci solius ratiõis nudatur reuelatur explicatur. Vnde fit vt intellectualis lucis initiũ: sit in corpore & in ꝓfundo. & haud secus sit itellectualis & oculis inuia lux/ sensibili hac visibiliq; luce adoperta: q̃ trinis suis visibilib9 terminis pũcto linea supficie adopta ẽ & abdita corporea magnitudo.

Que hõgenea et etherogenea.

Corporis interuallũ insensibile

¶ Rursum substantiuo actu fit motus secundum substantiam: Vitali/ secũdum quantitatem: Sensitiuo/ secundũ qualitatẽ/ Rationali: secundũ locũ. 5

¶ Generatio: motus est secundum substantiam. Augmentatio: secundum quantitatem. Alteratio: secundũ qualitatem. Locimutatio: secundum vbi & locum. Elementis & ijs que simpliciter sunt: generatio sola veraciter competit: que est simplicis ipsorum actus in materia acquisitio. Nam neq; ipsa elementa augescunt: neq; veris & secundis qualitatibus (vt dolore/ voluptate/ sanitate/ egritudine ceterisq; passionibus: in quibus est vera alteratio) afficiũtur & variantur. Neq; perfecto locali motu potiuntur: qui in ante fit. Hic enĩ solis est animalibus proprius. Ijs autẽ que viuunt: generatio & augmẽtatio adaptantur. Generatio quippe/ est vitalis actus acquisitio. Augmentatio vero/ eiusdem actus naturalis operatio qua subditam materiam propagat/ eiusq; quantitatem adauget. Porro animalib9: alteratio cum ceteris prioribus motibus est propria. Sensum enim habent qualitatum & naturalium affectionũ: quibus permutantur & afficiuntur. Et hec est vera alteratio: cum sensu/ iudicio & perceptione affectionum contingens. Vera autem ac perfecta loci mutatio: homini soli/ rationis participi est accõmodanda. Solus enim homo/ inter cetera animantia: perfectus est, qui sublimi capite/ stans & erectus mouetur: cuius & latio/ censetur ambulatio: que irrationalium animãtium nullis contingunt. Solus item homo/ rationis est particeps. Ratio autem sola: profunda & abdita scrutatur. Quod vero est in loco: est in alteri9 corporis medio & profundo. Solus igitur rationis compos homo: veraciter est in loco & mutabilis in loco. Vnde fit vt loci mutatio: sit ceteris motibus prestãtior. Nã supremoani maliũ homini/ est adaptãda. Insuper et hecipsa: vltima hoie perficitur. Prius etenĩ gignit homo/ augetur/ alterat: q̃ seipso locũ demutare valeat. Tũc enĩ primũ apt9 est/ vt mutationem exerceat & localem: cum sublimis esse/ seipso erigi: stare & consistere potest. Ceteré quoq; mutationes in homine: citum finem modũq; recipiunt. Cessat enim quandoq; gignere homo: desinit & augeri ac passionibus affici: atq; pertubari. Loci autẽ mutationem exercere semper potest. Tres insuper primi mot9 sunt nature motus & in nature potestate siti.

Localis motus omniũ ꝑstantior.

Natura quippe et nascimur et augemur: et passionibus afficimur. Loci autē mutatio vltronea: i nostra potestate & voluntate sita. Nempe libere/ vltro/ sponte/ nullo cogente: et ex nobisipsis (vt homines rationis et liberi arbitrij consortes) motitamur. Haud igitur immerito generationē appellare liceat / m[illegible]alium et eorum que sunt motum. Augmentationē vero plantarum: et eorum que viuunt. Alterationem animalium: et eorū quibus inest sensus. Rationem vero humanam: humaneue / rationis motum. Est et generatio: vt terra. Augmē

Ceteri motus a natura: loci vero mutatio a voluntate pendet.

Figura proportionis vniuersorum.					
Elementa	Terra	Aqua	Aer	Ignis	
Forme	Essentia	Vita	Sensus	Ratio	
Grad⁹ rerum	Mineralia	Planta	Animal	Homo	
Mutationes	Generatio	Augmē.	Alteratō.	Latio	
Rer̄ gña	Substātia	Quanti.	Qualitas	Locus.	

tatio vt aqua: Alteratio vt aer/ Latio vt ignis. Terra quippe dūtaxat gignitur: Aqua gignitur et īundat augescitq̄. Aer insuper alterabilis est: nunc salubris/ nunc pestilens variisq̄ passionibus perfacile afficitur. Ignis cum ceteris mutationibus: precipue locum assidue demutat/ petitq̄ semper alta et summa mundi fastigia. Et sicut posteriores actus/ a prioribꝰ abiūgi et separari nequeunt: ita et postere mutationes a prioribus/ haudquaq̄ abiūcte & separite reperiuntur. Priores tamen/ seorsum a posterioribus sumuntur. Totidemq̄ gradus mutationum contingunt: quotquot et substantialium actuum gradus esse mōstrauimꝰ: vt subiecta pandit figura.

Quattuor gradus Formarum				Quattuor gradus Motuum			
Ratio.	Sensus.	Vita	Essentia	Gñatō	Augmen.	Altera.	Latio
	Sensus	Vita	Essen.	Gña.	Augmenta.	Altera.	
		Vita	Essentia	Gña.	Angmen.		
			Essentia	Gñatio			
			Materia				

Libri de generatione Finis Laus
vniuersorū genitori deo
Editi Anno huma
ne redemptio-
nis 1509
21 decē
bris

¶Hemiecatodia de generatione.

Cādide quidnam sit generatio: claudere lector|
Hac ratione queas: actum ferat|addat et illi:
Quod pacto prius est aliquo /quod materiei
Esse|habuit primum: cuiusue potentia sola|
Ante actum|formamq̄ fuit: cui est addita forma|
Materie ornatus finis|substantia rerum.
Materies manet ingenita incorruptaq̄|semper.
Quod generatio non posuit|nec destruet vnq̄
Mors illi aduersa: formam hec tollit|dedit illa.
Equa est ambarum virtus: simul vna potestas.

Ante ortus et poſt obitus: poſſe omnibus vnum.
Formis pluribus/vna ſubeſſe potentia nata eſt:
Communis cunctis/ eadem/atq; incognita ſemper.
Materies eſt principium/ pars primaq; rerum.
Cunctorum facies/ingens et chaſma/chaoſq;/
Vniuerſorum tenebre/confuſaq; moles/
Atraq; nox/antiqua vmbra/indiſcreta: ferebat
Informes vultus/vaſto diſciſſa profundo:
Subter hyans/ſpirans altum: impleri illa petebat/
Actibus et formis: humanam et claudere mentem.
Indita lux/actuſq; illam diſcreuit: in omnem
Preſentis machinam mundi/que ſubdita noſtris
Viſibus: et patulis quam ipſi luſtramus ocellis.
Que confuſa prius/nulloq; agitata tenore:
Exiliere chao/proprias in (ſingula) ſedes.
Ordineq̃ nullo/aut diſcrimine ſecta patebant
In priſco veteriq; chao/congeſtaq; in vnum:
Vnus erat cunctis vultus/globus vnus: et ingens
(Omnia) materie moles/complexa: ferebat
Informes vultus vaſto diſciſſa profundo:
Immenſe tenebre/nox ſubter hyantis abyſſi.
Quoduis/quoduis erat: proprium nichil/hoc erat/aut hoc.
Omnia ſed ſimul/exiguo: impertiq; latebant/
Ignotaue atomo: prima hec eſſentia rerum eſt.
Cunctorum diuina opifex mens/ abdita ſeclis
Innumeris: tandem patuit. thalamiſq; profecta
E propriis: prima ſuffulſit luce deorum.
Quoſue choros ipſi angelicos/dictare ſolemus:
Hos ſtatuit primos: ſimul omnes duxit ad eſſe.
Actus immixti illi ſunt/ſine corpore: et omnis
Materie/forme expertes. diue quoq; mentis
Precipui partus: noſtri exemplaria mundi.
Materiem primam: omnis deniq; forma ſecuta eſt:
Qua exiſtentia/quaviuentia/ſenſaq; conſtant:
Muta animantia/quaue hominum genus: ethereorum
Spirituum conſors/terreni gloria mundi:
Terrenuſq; deus/ſupremaq; materiei
Forma/immortalis/perſtans reuolutaq; in orbem:
Corporeis abit e(felici ſidere) vinclis:
Nonnũq̃ reditura in corpus/perpete ſeclo.

Hemihecatodie de
generatione. Finis.

¶ CAROLVS BOVILLVS SAMAROBRINVS AMPLISSIMO PATRI GVILLELMO BRICONETO PRESVLI LODOVENSI .S.



OGATVS Pythius apollo dignissime presul: quenam vera ac precipua esset sapiētia: hoc illico promulgasse fertur oraculum. O inquit homo nosce teipsum. Hoc ergo oraculū oim grecorū sapientū sētentia sūmis votis exceptū/ mox ꝑ ipsius tēpli foribus: lris aureis merito cōsecrauit. Sed ethnico fortassis ac gētili deo/ dices ingēs esse piaculū: si credulas aures/ christianus admoneat fidemq; inani simulachro adhibeat. Ego vero ad hec subiungo: deum haud quaq̄ fuisse apollinem. neq; apollinis simulachrum (quippe mutum) vlla vnq̄ edidisse oracula. spiritum tamē illum (quisquis erat) ficto delitentem ydolo: qui tum et vice simulachri: et subrepticio apollinis nomine/ locutus est: veriſſimum humano generi/ hoc vnum intulisse responsum: inficias ibit futabitq; nemo. Si ei diuiniloqui psalmi/ summā hominis stultitiam attestantur sui esse ignorationem: licet profecto contrariam illi sapientiam/ arbitrari sui esse gnaritatem. Homo enim (inquiunt) cum in honore esset/ non intellexit: comparatus est brutis et iumentis insipientibus et similis factꝰ est illis. Cuius sacri eloquij/ interpretatio: in hunc a nobis sensum cōuertetur. Cum homo natura homo esset: hominem tamen se esse non cognouit. Rationalem se esse/ aut imortalē aut dei imaginē (sui decoris īmemor) non intellexit. Hūano q̄ppe fastigio lapsus insipiēter obrutuit. Et q dūtaxat naturalis hominis specie/ ab initio prodierat insignis: tetra deiceps obductus ignorantie caligine (velut mentis incōpos/ inconscius sui) perdito viuendi modo fera potius q̄ homo/ atq; ex toto homini dissentaneus apparuit. Humana igitur insipientia si est hec hominis/ a propriis naturalibusq; bonis ,plapsio: quo naturalis hō/ hoie viuit indignus: erit que huic aduersatur sapientia/ ea virtus: que hominem sistit/ continet figitq; i homine. que ve illum vetat/ ex inferiorū consortio: liminibus excedere humanis. Erit item sapientia: immobilis quedam in humanitate mansio: propriorumq; bonorum ac naturalium suorum munerum / sincera lux. ex q̄ et phylautia: hoc est sui amor/ iternus ue qdā nūerus homini inditur. Nā et vt diui Dionysij areopagite verbis vtamur: si (vt ait) scientia cognoscētium/ et cognitorum coniunctrix est: Ignorantia vero ignoranti/ sue diuisionis est author: p fecto qui se nouit homo: hic solus homo est/ hic sibimetipsi vnus/ hic homo homo. Qui vero proprij luminis sue ue cognitionis est exors: hic eadem lege ignorantie pessulo/ a semet ipso abercetur: ne sibi congrediatur/ ne secum vnus euadat/ ne ve fiat virtute homo: qui tamen natura factus est homo. Vnus itaq; sapiens: quali est ortꝰ principio/ quaue emersit scatebra: tali se insignit ac numerat periodo: Homo prius/ Homo posteriꝰ. Coporea specie homo: Mente intus homo. Vt q preclara rationis suffultus bilance: continetur in homine. De hac igitur humana sapientia: que suorum est bonoꝝ cauta inspectio/ diligēsq; sui aīaduersio: quecunq; pro nostri ingenioli modulo / dicere sumus aggressi/ tibi dicauimus: que (te oro) haud minus dispansa fronte admittito: q̄ letis votis/ tibi nuncupata offerimꝰ Vale.

Diuiniloquus psalmus.

Diui dionysi verba

¶ Hexastichon ad lectorem.

Scire volet quisquis/ sapiens quot viuet in annos:
Q̄ sibi pellucet/ Q̄ sibi solus adest.
Q̄q; simul cunctos/ expendat inaniter orbes.
In nichilumq; dies transigat insipiens.
Hec dabit iste liber: tu qui probitatis amator
Diceris: hunc animo/ fac age conde tuo.


INSIPIENS
SAPIENS
TE FACIMVS FORTVNA DEA CELOQVE LOCAMVS
FIDITE VIRTVTI FORTVNA FVGATIOR VNDIS
FORTVNA
SAPIENTIA
SPECVLVM SAPIENTIE
SEDES FORTVNE ROTVDA
SEDES VIRTVTIS QVADRATA

¶ CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI LIBER DE SAPIENTE AD REVERENDVM IN CHRSTO PATREM GVILLELMVM BRICONETVM PRESVLEM LODOVENSEM

¶ Q2 SINT TOTIDEM HOMINVM GRADVS QVOTQVOT ET SENSIBILIVM RERVM CAP. I

OMINI OMNI : INSVNT A NATVRA SVBSTANTIA/ Vita/ Sensus & Ratio. Est etenim/ viuit/ sentit & intelligit ois homo. Ast alii hoinũ duntaxat vt simplicis substantie: Alij vt substantie & vite/ Alij vt substantie vite/ & sensus: Alij deniq; substãtie/ vite/ sensus & rationis actu atq; operatione funguntur

Drẽ hominum scdm fũctiones.

¶ Vnde fit vt cuncti homines natura & substãtia sit similes/ & speciei equalitate tantũ vnus homo: Viuẽdi autem modo/ fũctione & arte varij ac dissimillimi. Alij siquidem mineralibus aut simplicibus elemẽtis comparantur. Vegetantib9 alij: Alij brutis ammãtibus/ Suptemi soli merito hominũ similes (rationis & habitu & functione) rationales/ veri perfectiq; homines dicti tentur.

Cũctihoies spẽtantum vn9 homo.

¶ Cũ enim naturaliũ rerũ/ quattuor sint gradus: Subsistentium/ Viuentiũ/ Sensibilium & Rationalium: cuncto s tamen gradus hũana species in semet inuoluit/ seq; distinguit atq; dispescit in ordines quattuor. Nam velut cõplectẽs omnem naturã velut ambiens vniuersa/ gestãsq; i sese quodlibet: hũillima & abiectissima sui parte subsistentibus similis efficitur/ Secunda viuẽtib9/ Tertia irrationabilibus aiantibus: Quarta duntaxat/ sibi restituitur/ i sua fastigia attollitur: se collabellat atq; exosculatur. Quo demũ in gradu: ipsa vtrobiq; (tam inquam arte/ virtute & operatione: q̃ naturali substantie participatione) humana perfectaq; censetur.

Gemine passiones animi.

¶ Etenim cum gemine sint passiones animi/ quib9 in varia hinc inde intranquilla mens diuellitur: honoris scilicet appetitio & carnis delectatio: vtraq; huiusmodi passio trinas sagittas/ lethali arcu i animã excutit: trinis veneno madẽtibus spiculis iprouide sauciatam interimit. Nempe ex honoris appetitione/ homo: cum supra seipsũ extolli/ cũ: medio & sui equalitate/ fieri superior cupit: i tres imanes scopulos/ ifaustis vẽtis ppulsatur in superbiã/ irã/ inuidiã: quas spiritales animi labes vocant. Ex carnis vero corporisue illecebris: fit itẽ homo/ triniter homine inferior: Ab humanoq; fastigio prolapsꝰ/ i trinam abyssũ mergitur infelix: in luxuriã/ Gulam / acediam : quas hominis corporeas esse maculas dicunt. Illinc trinis alis/ hominem homo nefarie transilire conatur : diuinos expostulans honores/ qui nondum humanis dign9 habetur honoribus. Hic vero voluptatibus blãde mulcentibus illectus: trino itidem grauatus põdere/ infra hominẽ ruit firq; longe ipso homine inferior. ¶ Q ue autem superaddi solet septima hominis labes/ habẽdi inquã amor: quã auariciã dicũt: hec neq; ex toto spiritalis/ neq; ex toto corporea esse declarãt: sed velut vtriusq; extremi particeps: se in partem flectit vtramq;: quandoquidẽ & vtraq; de causa/ ipsa exoritur. Nempe & diuitias ipsi partim cõparãdis honorib9 deuouem9: ptim vero illas expetim9/ ne illecebroso genio defraudemur. In vtramq; igitur partem/ digress9 a medio homo: cuadit infelix. Siue etenim supra hominem fieri improbe contenderit/ siue homine vixerit inferior: mors illum insidiosa in tenebris prestolatur/ tristissimiq; manes illius vmbram prosequũtur



t. I

Auaricia victorū ancilla atq; ministra.

Luxuriosꝰ homo vt bestia.

Gulosus vt planta.

Piger vt lapis.

¶Qui vero sese ab extremis abercuerit/qui immobilis equa lance constiterit in medio sederitq; in homine:hic merito veraciter homo/hic studiosꝰ/ probus/ sapiens/ felix beatusq; censeatur.Circūstant itaq; vnicū hominē/ precipua mala sex: que velut truculētissime fere ex abditis/pestifera in eum arma mouent illiusq; felicitati insidiantur. His vero eadem instrumentaria Auaricie labes famulatur. Vniuersas ceca habēdi rabies (velut impijssima ancilla) fouet/ alit/ nutrit.Largitur siquidē hec diuitias:proter quas aut nosipsos honoribus dignos arbitramur (Superbe inquàm eleuamur/ Inhonorātibus succēsemus/ paribꝰ inuidemus)aut misera carnis blandimēta fluxasq; voluptates insipienter prosequimur. ¶Efficit quippe luxuries:& immoderatus fede libidinis amor/ hominē haud bestijs absimilem illumq; ab humana sede in brutorum animantiū gradum/infeliciter exturbat quādoquidem nil prestantius brutis animātibus adsit: q̄ seminis profusio sueq; speciei propagatio. Gula siue corporee alimonie irrepressa auiditas: hūc a primo proprioue loco/ deiicit in tertium: plantisq; persimilem efficit. que licet totiꝰ sensationis & voluptatis probentur expertes:officia tamen alimentationis exercent. Porro extrema Acedia:hominem in imū vltimumq; gradum extrudit: facitq; mineralibus persimilē. ¶Sicut enim mineralia que in extremo sedent gradu: haud aliud aliquid habent/q̄ ipsum esse nullaq; naturali operatione excercere aut per seipsa dimoueri illis indultum est:ita & quoscūq; portentosū Acedie mōstrum obsederit assiduo ferme somno cōsopescunt/ab actu omni & operatione remittūtur Immoti vt lapides perstāt: tanq̄ si simplex eē sine vlla preclara vi atq; laudabilium operationum facultate:natura mater illis esset elargita. Perseuerant quippe isti/ plusq̄ omnes/in nature muneribus ingrati:nullam naturalium suarum vitium excercentes.in ipsa ratione penitus irrationabiles. In sensu/ insensibiles:in vita exanimes emortui/ infecundi. In ipsa deniq; substantia:ociosi/ desides/torpētes. Et hec clarius/ ex subiecta figura dinoscuntur



In qua in vnam partem quaterni rerum ordines exarantur: Subsistentium/ Viuentium/ Sensibilium & Rationalium. Ex alia vero parte: humana species proportionabiliter in quattuor grad⁹ cernitur distributa. Qui enī supmo in loco residet, verus ac studiosus homo est/ par naturali homini. vtrobiq; (tam inquā virtute q̄ natura) homo. Qui vero homines/ inferis in gradibus collocantur: hi sunt natura quidem & substātia homines/ virtutis autē priuatione non homines. Vtpote quos ab humane dignitatis apice: carnales illecebre/ deorsū precipites agunt: faciuntq; illos bestiis/ medios plantis: extremos immotis lapidibus pares/ similes/ equales.

Quis homo studiosus.

¶ DE QVATTVOR HOMINVM GRADIBVS PER MVNDANA ELEMENTA. CAP. II.

FINGE RVRSVM NATVRALEM HOMINIS SEDEM/ ESSE IN igne: qui vndecunq; lunari celo attiguus/ concauā eius supficiem iugiter exosculatur. Hic verus/ pbus ac studiosus homo est: q aut naturali aut acquisita virtute/ igneo in orbe seipsū collibrat: nusq; ab eo prolabit. Quē autem imund⁹ luxurie vermiculus erodit: hic e propria/ casta ac sincera ignis mansione: in vicinū aeris exturbatus elementū/ fede maculat. Quē lemargie tyrannus crudeliter laniarit: hic secundo loco excidens ab homine in aquas precipitatur ac mergitur. Quem vero cūctorū fex & retrimentū viciorum/ Acedia: mollibus in plumis sepultū/ ab omni humana operatione/ supersedere cogit: hic in retrimentum pariter ac fecem pteſtātiorum elementotū/ (hoc est in imā terram) ab sūmo igne miser extruditur. euaditq; & īmotis mineralibus & immobili itidem terre: absq; iniuria simillimus. ¶ Quod enim solū & simpliciter est/ vt terra est. Quod viuit/ vt aqua. Quod sentit/ vt aer: Quod intelligit/ vt ignis. Nempe ea que solum sunt/ vt minera lia: suapte natura immota sūt/ informia/ incomposita/ sine differentia: iugiter in terra (vt in comunis omniū matris vtero) occulta/ abdita/ sepulta ¶ Que viuūt: vitali aquarū motu participant. primaq; se mouēt/ aluntur/ augentur/ propagantur. Parte sui alia a terra/ in altum exerta & exporrecta sūt. Alia vero sui parte: a terra (tanq̄ a matris vberib⁹ (haudquaq̄ auelluntur. ¶ Bestijs porro & ijs que sentiunt: libera & precipua adest se de loco in locū/ transferendi facultas. qua & quod contrarium est vitant: & quod vtile cōmodum ac necessarium/ siue sedem/ siue alimoniam perquirūt. Aut enim serptione/ aut natatione/ aut progressione/ aut volatu: a terre amota vberibus: a matre penitus exerta/ atq; separata/ libero insuper & spontaneo motu predita conspiciūtur. Cunctis tamen ipsis capita in terram vergentia/ demissa/ ac prona sunt. ¶ Solis hominibus erigi/ sublimi esse statura & celestia spectare: a natura est datum & concessū. ¶ Vnde fit vt primi gradus entia/ acephala sint: quippe homogenea/ nonmodo capite: sed & omni partium differitudine ac membrorū ornatu carentia. Nam toto vt dictum est corpore: ipsis terre visceribus/ insepulta. Cetera vero entia: capitibus/ partium differentia/ actu/ motu & anima predita cernūtur. Viuentium tamē caput (vt radix & qua alimoniam ipsam prehēsāt: quaue a matre terra/ lacteo succo pascūtur) abditum in terra est. & a matris vberibus inamotum atq; inseparatum. Porro rationalium caput animantium: & siquidem amotum abiunctumq; sit a terra (vt que libero motu potiantur) in illam tamen pronū cōuertitur: minimeq; celestes ethereosue orbes intueri natum perhibetur. Hominis autem caput natura sublime: sūmā corporis obtinet arcem/ Versum est in celum: ipsa mundi extrema/ sydera inquam celestiaue corpora suspicere atq; intueri natum.

Subsātia.

Viuntiea:

Rationalia

Rationalia

Quattuor rerum gradus: quattuor elementis simules sunt.
Esse vt terra: viuere vt aqua/ sentire vt aer/ intelligere vt ignis
Mineralia homogenea sunt nullam partium differentiam habentia
Ceteri tres gradus etherogenei sunt partibusq; differentes
Mineralia acephala sunt cetera vero caput habentia
Capita sunt in triplici differentia scilicet deorsum ad latus & sursum
Nam cū caput sit perfectū ipsū quoq; est trinum.
Plātarū caput deorsū est a aliū ad latus hoim.
Liquet igitur hominem esse vt auersam & prepostera plantam.

¶Q; RERVM NATVRALIVM CAPITA IN TRIPLICI DIFFERENTIA REPERIANTVR. CAP. III.

SVNT IGITVR NATVRALIVM CAPITA RERVM IN TRIplici differentia. Viuentiũ equidẽ deorsũ & abditum in terra. Aialium in medio: & ad latus. Hominũ sursum & in summo: ad sui ipsorũ corporis mũdiq; fastigium. Et haud profecto absq; ratione/ in ore ferme omnium id vite paroemij celebratur: hominem esse vt preposterã & auersam plantam. Est enim in cunctis animãtibus/ idaut caput aut capitis vicariũ: qđ alimẽtationis cõmeatũ ab exteris emẽdicat. Id autẽ in plãtis quidẽ radix: in cunctis vero animalibus/ caput nũcupatur. ¶Sunt enim plante: perſimiles imperfectiſſimis hominibus/ veluti infantibus: qui aſſiduo egentes alimento/ hyanti ſemper ore matris inherere vberibus lactiſq; copiam inde promanantem/ excipere coguntur. Ita & plante/ cum ſint primi a terra editi in lucem partus primaq; ſenſibilis mũdi pignora: ab ſue matris ideſt terre vberib9 / nuſq; auelluntur. Eius lac aſſidue manãs/ admoto ſemper ore hoc eſt radice exipiũt: ſueq; ſubſtantie fluxũ ĩtermiſſa alimonie ſuſceptiõe velut infantes reparant. Bruta autẽ animantia/ perſimilia ſunt puerulis: q poſt bimatum a matris quidẽ vberibus diuellũtur/ neq; amplius a matre geſtãtur. ſed nondũ id corporis robur cõſecuti ſunt: quo perſeſe ſuffulciri/ in plantas erigi ac ſtare ſublimes queãt. quoſq; propterea (ſi perſe ſup terrã moueãtur) curuos pronoſq; in terrã: & pedib9 & manib9 ſtabiliri atq; icedere: velut beluas oportet. ¶Rationalia autẽ perfecto hõi viroq; cõparantur. Naturalis qppe homo cũ iã ad virilẽ p̃uenit etatẽ: neq; ampli9 vt matris exuggat vbera/ neq; vt pedib9 maibuſq; ſup terram pronus (vti belua) gradiat eget ſed ſolidiore cibo vtit̃ ſeq; ipſe fulcit: per ſeipſum ſtat atq; inambulat. ¶Vnde fit vt hũana tota ſpecies: geminis de cauſis/ in quattuor gradus ſit diſpartienda: quaterniſq; ſenſibilium rerum gradib9 per uenuſte cõparanda. Nempe & cum per corp9 ſiue per etatem perficitur homo: & cũ animo ſine virtute cõſumatur: quattuor hoĩm vtrobiq; occurrunt gradus. quib9 ſenſim etate & ſapiẽtia proficiens ex imo abiectiſſimoue ſloco/ in ſupremũ perfectionis ſue gradum: ſcandit/ eleuatur/ attollitur. Etenim in hũane perfectione etatis: hos gradus numeramus. Infans in vtero: infãs ab vberibus. Puer curu9 inãbulans. Vir p ſeipſũ gradiẽs ſeq; ferre potẽs. Infans ſiquidem ante natiuitatis ſue tempus: haud ſecus in matris vtero abdit9 eſt perſtatq; immobilis & ſine opere omni: q̃ mineralia in terre viſceribꝰ abdita atq; ſuppreſſa. Qui autẽ robur/ pedib9 maibuſq; ſup terrã gradit̃: hũc plãtis ſimilẽ eſſe docuim9. Qui ante virile robur cõſecut9/ p ſeipſũ ſtare p̃grediq; ſufficit: hic oſtẽſ9 eſt naturali reſpõdere hõi. Sũt igitur hi quidẽ grad9 q̃ttuor / pfectiõis hũane/ ex parte corporis ſiue etatis: qbus homo ſenſim ex mineralium gradu/ ĩ humanum ſcãdit/ proficit / adoleſcit. ¶Sunt vero & totidem hominum gradus: ĩ conſumatione hominis ex parte animi & in acq̃ſitione virtutum/ quos ipſi prius enumerauimus ac recenſuimus. Nempe ex his hominibus/ qui corpore & ſubã

Plãte ſimiles infãtib9

Bruta animãtia puerulis ſimilia

Rationalia viro ſimilia.

Illatio.

Hũane etatis gradus.



perfecti consumatiq; sunt/ quiq; ad virilem peruenerunt etatē. Alij sunt virtute consumati atq; perfecti/ quos studiosos sapientesq; vocamus. Alij virtute inconsumati: quos dicimus insipientes. vtpote qui ex defectu virtutis: hūano apice/ inferiores esse cernuntur. &(vt diximus)aut ipsis mineralib⁹/ aut plantis/ aut beluis: ex ipso viuēdi modo inuenī ūtur indispares. Fiunt quippe ex acedia: mineralib⁹ viri persimiles. Ex irrepressa alimonie appetitione: plantis cōparantur. Ex feda libidine: beluas imitantur. Per solam deniq; virtutem: vtrobiq; tam corpore q̄ animo homines esse declarantur.

¶Q; HOMO TRIFARIAM HOMO DICATVR. CAP. IIII.

MANIFESTVM EX HIS QVE DIXIMVS EST: HOMINEM trifariam tribusue de causis/ hominē posse dici. Aut enim homo/ simpliciter est homo: hoc est ex humano corpore & rationali aia conflatus. quopacto homo omnis/ est homo: tā insipiens/ q̄ sapiens: tam infantulus/ q̄ qui virile robur est cōsequutus. Hic enim hominis modus est a natura: quo inter sensibiles substātias/ hūana species quartum efficere gradū comprobatur. Aut hominē quidem vocamus/ eum qui perfecta sui corporis accepit incrementa: quiq; vir actu euasit. quopacto infās & puer: homines/ minime dicūtur. Aut deniq; homo est: qui animo maturus est virtuteq; perfect⁹. quomodo neq; infans/ neq; insipiens vir: homines sunt/ sed studiosi soli atq; sapiētes. Est enim studiosus homo: omnifariam siue triniter homo: Homo inquam natura/ Homo etate/ Et homo virtute. Q ui autem studios⁹ non est: hic tantū bifariā homo esse potest. Nā & etate & natura homo. Q ui autē etate non homo est/ vt infās: hic vnice dūtaxat (hoc est a natura) homo esse declaratur: etate autē & virtute nō homo. ¶ In omni autē hominum acceptione: tam secūdum naturam q̄ secūdum etatem/ q̄ secundū virtutem: quaternis gradibus homo perficitur. Naturalis quippe homo/ vt infans: quarto loco a mineralibus dispescitur Eteni mineralia/ primi sunt nature part⁹. Viuentia/ secūdus: Bruta animantia/ tertius. Naturalis homo/ supremus. Peperit siquidem iprimis natura/ ea que sūt Deinde ea que viuūt. Tertio loco ea edidit/ que sētiūt. Quarto & vltimo ea protulit/ que rationis sunt participia. ¶ Finge etenim naturā cunctorū matrē/ quattuor filias ex vtero peperisse/ Primā substantiam: Secūdam vitā: Tertiam sensum: Quartam rationē/ cunctarum filiarū speciosissimam sapientissimā/ matri nature parem & equalem. cuius moderamini ceteras filias/ tanq̄ imperfectas ac sui incōpotes natura subdiderit. Hocpacto genitricem naturā/ i hominis vsq; naturalis siue rationis ortū: quattuor gradibus euectam comperies. In humana autē etate cōsumāda: proportionabiles gradus/ insunt: Infans in vtero/ Infans ab vberibus: Puer curuus ambulās: Vir seipsū fulciens. A st in homine per virtutem consumando/ hec distinctio reperitur/ Acedia/ Gula/ Luxuria/ Virtus. Quippe ex ipsis vicijs/ ad que homo natura pronus est: sensim humana substantia/ in ipsam virtutem scandit/ proficit/ attollitur. Et hec ex presenti figura perampliusdiluce scunt.

Mineralia	Viuentia	Sensibilia	Rationalia
Lapis	Arbor	Bestia	Hō naturalis
Esse	Viuere	Sentire	Intelligere
Infans i vtero	Ablactans	Progrediens	Stans
Prima etas	Secūda etas	Tertia etas	Quarta etas
Fetus	Infans	Puer	Vir
Acedia	Gula	Luxuria	Virtus
Piger	Cōcupiscēs	Amans	Studiosus
Terra	Aqua	Aer	Ignis
Scriptura	Vox	Conceptus	Mens

¶ Insuper & ex consideratione intellectualis virtutis/ que post moralem in homine perficitur: quattuor quoq; gradus in hominis per intellectualem virtutem consumatione occurrunt. Moralis enim virtus: quoquopacto impropria & extera est animo. vtpote que inter animā & corpus/ pacis federa sancit: que corpus animo(vt natura iubet)famulari cogit. queue animi nubes ventosq; discutiēs/ enubem illū facit: illiserenitudinē ac tranquillitatem affert. Intellectualis autē virtus/ lux est & irradiatio animi: que haud fec⁹ sine morali

Prim⁹ hois modus a natura.

Scds hois modus ex etate

Tertius ex virtute.

In omni hūana acceptione grad⁹ quattuor.

Nature fine q̄ttuor.

In assecutione itellectualis virtutis grad⁹ quattuor.

virtute/ in animā introduci in eoue ſpendeſcere prohibetur: q̄ phoebeus radius/ ne in caliginoſo aere/ aureo ſplēdore rutilet vetatur. Hec itaq; intellectualis virtus: qua per moralem/ enubis ac tranquillus effectus animus/ demū illuſtratur: cum ſit proprium atq; internū animi bonum: habet & gradus quattuor/ quibus ipſa matureſcit ſuumq; faſtigiū conſectatur. Nam (vt in libro de ſenſu predocuim⁹) homo qui diſcipulatui ſubeſt quiq; ab alio hoie eruditur: imprimis ſcribit. Ex ſcriptura vero/ attollitur in vocem. Ex voce/ elicit cōceptum. Ex ipſa deniq; notiōe (que proxima & intima ſue mētis eſt imago) ī ſublime mētis eſſe/ quo nichil preſtantius eſt eleuatur. Hec igitur eſt vera potiſſima & intellectualis hominis cōſummatio: Ex ſcriptura/ in vocem: Ex voce/ in notionem: Ex deniq; notione/ in mentem.

Gradus intellectualis virtutis.

¶ Q̄ SOLA RATIO: SIT ADVLTA ET PERFECTA NATVRE FILIA. CAP. V.

OSTENSVM EST PRIVS SENSIBILEM MATERIALEMVE naturam/ quattuor tantum habere filias; Subſtantiā/ Vitam/ Senſum/ Rationem que (ſicut liber de generatione recenſuit) vniuerſā materiam inter ſe diſpartiūtur: obtinentq; totam eius molem. quemadmodum & a quattuor elementis: cōcauus ſublunaris celi ambitus/ vniuerſus obtinetur occupatur/ poſſidetur. Sunt enim ad normā & examen quattuor elementorum: ſubſtātiales quoq; materie actus/ diducti. cum eadē ſit ſublunaris cōcaui & ipſius materiei intercapedo: ſitq; amborum capacitas vna. ¶ Nempe tametſi fateamur/ editos eſſe adeo quinq; ſubſtātiales actus: Subſtantiuum/ Vitalem Senſitiuū Rationalem & intellectualē ideſt angelicū: hunc tamē ſupremū/ materialem eſſe hoc eſt in materia ſubſiſtere natum: minime aſſentimur. Hic igitur cum per ſe ſubſiſtere natus ſit: cum ſit & ipſa materie & cunctis materiei actibus antiquior: haudquaq̄ cenſetur materiei actus. perinde atq; quintum ſupremūq; mundi corpus vt celum (quam quintam mundi eſſentiam vocant) immateriale eſſe nichilue cum materia habere cōmune aſſeueramus. Ita & angelicus actus/ qui ab ſubſtātiuo & abiectiſſimo actuū/ quintus ordine numeratur/ antiquitate tamen & origine prim⁹: nichil cū materia commune ſuſcipit/ nullo federe eidem alligatur. Abiunct⁹ & per ſe/ extra materiam degit. Nullā in ea pficit operationem: in qua neq; naturale eſſe ſuſceperit. Omnem enī actum qui in materia quippiā profert/ aut aliquid in ea operatur: materiei ineſſe oportet. vtpote que a ſeparato & abiuncto actu: nichil excipere aut pati nata ſit. Sed duntaxat ab eo patitur/ quem intra ſe claudit quemue ſuopte in ſinu complexa/ ſub lune globo remoratur. ¶ Angelicus igitur actus: fet⁹ ac pignus non eſt/ ſenſibilis nature. ſed huc ad ſuperiorem itellectualēue naturam: refertur. quandoquidem ſenſibilem naturā materiei & ſublunari ambitui/ equare ſtudemus. dicētes ſenſibilem naturā: filias tantū quattuor peperiſſe/ ideſt formas quattuor materiei indidiſſe: Eſſentiam/ Vitam/ Senſū/ Rationem. Harū vero tres imperfectas eſſe volum⁹: Subſtantiā/ Vitam & Senſum. Quartam vero Rationem: ſolam perfectam/ integram/ conſumatam ac matri nature parem eſſe predicamus. ¶ Nēpe eſſentia perſimilis eſt tellureo orbi: cuius moles/ initium quidem eſt plenitudinis ſēſibilis mundi: non tamen conſumata eius plenitudo. Ita & ſubſtantia ſiue ſubſtantiuus actus/ inutium eſt materialis plenitudinis: haud tamē ab illo/ materiei conſumatur plenitudo. Vita aqueum reſpicit orbem: cuius moles/ terrene ſuper addita moli/ terreūue complicans orbem: mundi plenitudinē adauget/ non tamen illā conſumat. Ita & vitalis actus/ adiectus eſſentiali illūue complicans: pluſq̄ ſolus eſſentialis materiā implet: eius tamen plenitudinem/ abſoluit minime. Senſus porro aereo orbi comparatur: qui adiect⁹ aqueo terreoue orbibus/ ampliuſq̄ inferiorū orbium moles/ ſenſibilis mundi ſpacium: non tamen totum adimplet. Ita & ſenſitiuus actus/ vitalem eſſentialemq; comitatus actū: materiam pleniorem/ haud tamen pleniſſimam efficere poteſt. Q ue autem ſupeſt Ratio: perſimilis igneo eſt orbi. Hic enim Aeream/ Aqueam ac telluream iuoluēs ex cipienſq; molem: ſublunaris concaui/ ex integro plenitudinē abſoluit ipſaq; celi latera exoſculatur. Ita & ceteris actibus Eſſentiali/ Vitali & Senſitiuo ſuperueniēs ratio: vniuerſum materie hyatum implet/ quicquid illi deerat affert: eamq; perfecto/ potiſſimo ac lucidiſſimo decore iueſtit. ¶ Intellige etenim celum patrē eſſe/ principium/ naturam/ fontem originēq; elementorum: ipſumq; celum/ terram imprimis indiſtantiſſimo a ſe loco & mundi centro peperiſſe. Deinde aquam: Hinc aerem: Supremo ignem, quamuis in libro de generatione

Angelicus actus materiei actus non eſt.

Subā terre perſimilis

Vita ſimilis aque.

Senſ⁹ ſilis aeri.

Ratio igni ſimilis.

Celū elemētorū.

ſimul parta eſſe elementa docuerimus nullamq; in materiei elementatione fluxionẽ contigiſſe. Hac ratione/ignis preſtantiſſimum ſe eſſe elementorũ inſinuat: q; ſolus in ſuã redit originem ſuumq; principiũ apprehẽdit. q; ſolus/celo patri vicin⁹ ac ꝓxim⁹ euadit: illiq; iugiter oſcula prebet. Ita & intellige matrem naturam/ quattuor genitricem filiarum: Eſſentiam imprimis remotiſſimo a ſe loco: impoſtergũ omnium peperiſſe/ tanq̃ paruulam & omnium minimã. Deinde propiore loco: grandiuſculam edidiſſe vitam que capite toto Eſſentiam tranſiliat: Tertio vero iterũq; propiore gradu/ partum eſſe ab ea maturiorem ſenſũ: qui & quantitate vt capite toto/vitam exuperet. Quarto denicq; attiguo & proximo loco: editam eſſe a natura Rationem, que & grandior & maturior ſit ipſo ſenſu/ ac nature matri



Illatio.

equalis. Perſpicuum inde fiet: e cunctis nature filiabus/ ſolam Rationem eſſe perfectã. Vtpote que ſola matri nature coniungitur: queue illi par et equalis/ oſcula eidem prebere poteſt: que inſuper vnica/ matri adeſt: matrem naturã cõprehẽdere & amplexari nata. ¶ Cetere autẽ tres filie/ imperfecte & inconſumate ſunt: quãdoquidem & matri nature impares & eminus collocate abercẽtur vt nec illam complecti nec in eam attolli/ aut illam exoſculari ſufficiãt. ¶ Inſtituit igitur natura mater Rationẽ/ tanq̃ adultã perfectiſſimãq; filiarum ac ſolã ſibi parẽ: ceteris filiabus dominari. illiq; ſenſibilis totius mũdi & eorũque in eo ſũt: p̃miſit moderamẽ. Eã que origine ac ordine nouiſſima & vltimogenita eſt: ampliore q̃ ceteras amore proſecuta/ primam progenitamq; efficit/ac ſui heredem inſtituit. vt ex matris imitatione/diſcat ceteris filiabus ſapienter preeſſe: cunctaq; per mutuatum a ſe ſapientie lumen regere/ gubernare/ moderari.

Senſibilis natura/in quinario perfecta eſt atq; abſoluta.

Conſtant enim quecunq; ſub celo ſunt: ex materia/ & actibus quattuor.

Materia vnica atq; vniformis: cunctis actibus ſubeſt.

Illius actus: ſunt Eſſentia/ Vita/ Senſus/ Ratio.

Hos actus/quattuor nature filias appellamus.

Eſſentia filiarum minima: preſtantioribus tribus/ famulatur.

Ratio cunctarum potiſſima: minoribus tribus preeſt.

Eſſentia/ lapidem gerit: Vita/ Plantam. Senſus/ Animal/ Ratio/ hõminem.

In harũ procreatione filiarum: ab imperfectis/ ad perfecta: natura proceſſit.

Nam primo edita eſt eſſentia: vltima vero ratio procreata.

Minores tres/ rationis iter ſtitio: a nature ſpeculatione abercentur.

Sola ratio: vniuerſam naturam/ eſt ſpeculari nata.

¶ Ex his que nunc dicta ſunt manifeſtum eſt omnẽ imperfectam minoremq; nature

filiã esse veluti matutioris adulteq; rationis pedissequã. eiusq; interstitio: a matris nature speculatione/ presentia/ aspectu & vicinia aberceri: Ipsi insup rationi/ famulari natã. Rationẽ vero solã esse: que & matris vicinia & iugi aspectu gaudeat. q̃ illi astare/ eam speculari grata eius perfrui allocutione sit nata. Fit iterum vtrite diffiniri a nobis possit ipsa ratio/ adulta esse & consumata nature filia. siue altera quedã natura/ prime nature speculatrix: & ad prioris nature imitationẽ/ omnia in semetipsa effingit cũctaq; sapiẽter (vires supplẽs matris) moderatur. Rationẽ quoq; eam vim esse diffinimus: qua mater natura/ in seipsam redit. qua totius nature circulus absoluitur: quaue natura/ sibiipsi restituitur. Proferẽs qppe natura gignensq; ab initio vniuersa: aliquopacto in seipsam ferebatur. dũ ea que eminus ab ipsã dissociantur/ imprimis protulit: vt Essentiã/ Vitam & Sensũ. Postremo vero id parturiuit: quod comin9 & in sui vicinia residere seq; matrem exosculari natum esse reperitur: cuiusmodi solam rationẽ esse docuimus.

Rõnis diffinitio.

Alia rõnis diffinitio.

¶ SOLVS SAPIENS SIT VERACITER HOMO. CAP. VI.

Solus sapiens veraciter homo homo:

TSI CVNCTIS HOMINIBVS: EADEM INSIT SVBSTANTIA/ natura/ origo/ species sintq; cunctorum hominũ sublimia capita: nullis insuper desit Substantie/ vite/ sensus rationisq; participatio: solus tamẽ sapiens est veraciter homo. Solus animã/ ad supremũ vsq; rationis apicem: ex imis gradibus euexit. Solus in sua ipsius natura atq; substantia: prouide seneratur. Est enĩ & ex ipsius nature munere siue substantie paricipatione homo: & posteriore virtutis prouentu & sacra functione seu vite honestate iterũ homo. ¶ Ceteri vero quos ignaua ocia: citra rationis ac preclare virtutis apicem/ in abiectiori gradu remorantur: incõsumati & insipientes homines sunt. Viuuntq; naturali munere hoc est substãtiali homine/ indigni: actu ipso/ opere/ viuẽdiq; norma irrationabiles: & qui velut naturalis rationis expertes: aut sensitiuo aut vitali desiderio agũtur: homines quidẽ natura ac substãtia: virtutis autem defectu/ animo incõditi/ sui incompotes/ improuidi/ incõpositi/ inhũani. Horum enim trinos esse gradus docuimus: qui in verum studiosũ ac perfectũ hominem/ in ipsis vicijs desidentes: adolescere prohibẽtur. Alios similes mineralib9: qui ab somno blandouc corpore/ velut emortui lapidescũt. Alios imitari plantas: vt qui alimentationi/ seipsos deuouere. Alios feris merito comparãdos: quibus terreno amore/ prestantius nichil adest. ¶ Res perfecta/ ex materia & forma necessario cõflata est: vtpote que a materia primũ/ obscurum/ incõditum occultumq; esse recepta. A forma vero secundũ/ clarum/ ordinatum lucidũq; esse capit. Est enim res perfecta id qd apparet: idq; quod paret/ est. Neq; quidem est solũ/ neq; dũtaxat apparet: sed ex vtraq; & essentia & apparitione cõflatur. Quicquid enĩ foris esse videtur: hoc quoq; intus habet. Et si quid insuper illa intus habet: hoc ipsũ quoq; foris/ sub lucidissimis signis deriuat atq; propalat. ¶ Accipe igitur sapientis consumatiq; viri vestigia: ex re huiusmodi tota integra atq; perfecta. siue ex pfecto toto/ & hoc aliquid ente: qđ vtrinq; quidẽ ens est. Ens inquã in potentia & ens in actu. Ens in pricipio: ens & in fine. Ens in materia: ens & in forma. Ens in occulto/ Ens in aperto. Ens inchoatũ: Ens perfectum. Est enim sapiens integer/ totus ac perfectus homo. Homo inquã a natura: & homo ab intellectu. Homo in materia: homo in forma: Homo in potentia: homo in actu. Homo ex principio: homo quoq; ex fine. Hõ eximum substantie mun9: natura vice materiei est impartita. Volũtas vero/ ars/ industria: eidẽ virtutem/ scientiã/ lucem/ decorem/ ornatum & apparitionem/ vice forme est elargita: Natura sapienti/ simplex esse condonauit. Ipse vero sibiipsi compositum esse: hoc est bene beateq; esse progenuit. Natura illi/ precipuam rationis vim indulta est. Ipse autem in cunctis/ rationis moderamini obtemperans: vite functione/ rationalis esse contendit. Rationem enĩ sibi proponit ducem: preter eam nichil agit. Illius fulgore illustratur: atq; ad eius numerum propriam mentem/ actus/ vniuersosq; motus componit. ¶ Res impefecta: aut est materia simplex/ informis/ incondita/ ignota. aut forma subiecto destituta: inanis/ ociosa/ instabilis ac vaga. Hec vero/ est apparitio sine substantia: illa autem/ substantia: sine apparitione: Ex his igitur imperfectis entibus (que verorũ totorũq; entiũ sunt partes) imperfecti insipientisq; viri discе signa atq; vestigia psequi. Sicut enĩ natura: haud simplicẽ potẽtiã/ sine actu neq;/

Sapientis figura ex re perfecta

Natura Voluntas.

Que res imperfecta.

Extorrem a potentia actum ſuſtinet aliquando (nempe vtrumq; ſine altero ocioſum) ita et haud ſecus preter nature ſeriem accidit: hominem ſuper terram degere inſipientem. qui ſemper ex parte homo manet: in integrum totumq; hominem proficiens nūq̄. Eſt enim inſipiens incompoſitus homo/ initium quidem habens a natura: Arte tamen et virtute: inconſumatum/ infinitum/ imperfectum. Subſtantialis et natualis homo eſt/ immortalis ac rationalis anime particeps. Ea tamen luce priuatur/ eo animi ſplendore eſt exors: quo ſua ipſe noſcere queat munera: quo rationis participem/ immortalem deiq; imaginem ſe eſſe ſe luciter apprehendat.

¶ Q; SAPIENS ET INSIPIENS/ SINT NATVRA SIMILES: SOLA VIRTVTE DIFFERENTES. CAP. VII.

SAPIENS ATQ VE INSIPIENS NVLLVM HABENT NATVRE aut ſue ſubſtantie diſcrimen. Vterq; ſiquidē eſt: et corporis et anime participatione homo. Huius tamen vacuus eſt ac deſert⁹ animus. Illius vero mens virtute/ perfectione/ ſui gnaritate/ ſpiritali lumine ſuperhabunde ditata: ſui compos euaſit. Amborum hominū/ idem eſt initium deus: Finis vnus/ itidem deus. ſed vnicus ille/ virtute ac ſapientia: deo ſimilis fit/ in ſuum principium recurrit naturalemq; finē conſequitur. Hic vero et priuatione virtutis et diſſimilitudinis permixtione/ contrariorūue habituum inſitione: violatur. Ac ne in ſuam recurrat originem/ neue naturali fine perfruatur: infauſte abercetur. ¶ Sapienti in promptu adeſt/ ſuiipſius numerus. Partes omnes ſuas apprehendit: Corp⁹/ Animam. Congruum in ſeipſo/ nature ordinem ſeruat: vt hec pars dominetur/ illa huic famuletur. Cunctas animi vires naturale ſue potentias atq; facultates: iuxta ſeipſas metitur. Illam cūctis prefert ac ſuper omnes excolit: qua ad immortalitatē et beatitudinē/ via illi reſerat. Viuit deniq; in terris vt deus alter: eterni/ primi/ naſaliſq; dei (a quo & ſubām et virtutē mutuauit) vera/ p̄cipua et ſubālis imago. ¶ Cōtraria vero/ de inſipiente dicito. Quoniā cū illi/ ex ignorātia ſui/ nulla adſit immortalitatis ſpes: hic merito in hec Salomonis verba prorumpit. Exiguum et cum tedio eſt tempus vite mee. Fumus affiatus eſt in natibus meis: Spiritus meus diffundetur/ tanq̄ mollis aer. Poſt hoc/ ero tāq̄ non fuerim: nemo deinceps memoriā habebit/ operum meorū. Fruar ergo bonis in iuuentute: Comedam et bibam/ Cras enim moriar. Hac infelici deſperatiōe: terrenis fluxiſq; illecebris/ addict⁹ inſipiens: dū ſeue mortis vltriciſq; pene mēoriam abigere contendit: triſtem mortem accelerat/ penas adauget i q; preceps (vt ſacra volūr eloquia) i foueam quā fecit. ¶ Sapiens finitus homo eſt: ideſt ſine cōpoſitus atq; perfectus. Inſipiens vero infinitus eſt/ inconſumatus/ imperfectus. Nempe hic principium/ ſine fine: potētiam/ ſine obiecto: Vim ſine operatione ſe eſſe palam oſtendit. Ille autem principium fini coniunctum/ Potentiā/ minime ab obiecto ſeparatam: Et vim in actu vſu et opere ſe cōtinētē eſſe demōſtrat. Hic rurſum eſt vt oculus in tenebris: aut a re viſibili dimotus. Ille vero oculorum aciei/ lumine perfuſe ipſiq; ſoli viſibilium rerum fonti iugiter expoſite comparatur. ¶ Vnde fit vt inſipienti ſacrum hoc eloquium merito imputetur: Oculos habet apertos et non videt. Patulas habet aures: et non audit. Cor habet: et non intelligit/ nichil ſalutare meditatur. Sapiens autem eſt oculus videns: Auris audiens/ Cor docile: quod ea intelligit/ capeſſit/ meditatur: per que demum in immortalitatē ſcandit ¶ Quo inſuper mō Sapiens aliquid et aliquid eſt/ homo et homo: ita et inſipiens/ aliquid et nichil eſt: homo eſt et non homo. Vterq; ſiquidem per naturam et ſubſtantiam eſt aliquid: hoc eſt naturalis et ſubſtantialis homo. Solus tamen ſapiens/ ſtudioſorum operum prouentu: naturalem ſuum hominem/ virtutis homine duplicauit euaſitq; et natura/ et voluntate homo. Inſipiens vero torpore emarcidus: naturalem hominem/ nulla virtute illuſtrare ſatagit: nullum priori ſubſtantie curat litterarium inducere ſplendorem. ¶ Vnde fit iterum/ vt Sapienti et inſipienti: hi haud immerito ſacri ſermones/ ſint aſcribendi: Habēti dabitur et abundabit. Ab eo vero qui non habet et id quod habet: auferetur ab eo. Accepit enim ſapiens a natura ſubſtātialis munus hominis: ex cuius fecunditate/ ſtudioſum hominem parturiuit. Inſipiens vero/ parem quoq; ac ſubſtantialem hominem mutauit a natura: ſed nullo virtutis fenore ſplendeſcit. Hic igitur hō rite habere et non habere: Ille vero habere et habere/ predicatur. Nēpe inſipienti ſimplex habitus ineſt: qui vocatur naturalis homo/ ſiue mutuatum a natura talentum: in quo ſuperlucratus eſt nichil. Sapienti vero gemini inſūt habitus: nature iquā

Sapientis & iſipiētis. idem principium deſ

Sapiens in terris deus alter.

Salomonis verba.

Illatio.

Sacer ſermo.

talentum/idq; quod ſuperlucratus: iure vt ſuum/ poſſidere probatur. Habenti igitur ſiplici-ter/ deſt vtrumq; hominem naturalem ac ſtudioſum habenti: datur a domino / premium immortalitatis. fitq; vterq; homo/ tàm is quem a natura mutuarat / q̃ quem demum ex naturali peperit: vera propria ac peculiaris ei⁹ poſſeſſio. Aſt ab eo/ qui ſtudioſũ perfectumq; hominem ex ſeipſo non habet: auferetur ab eo/ & id quod habet a domino. Naturalis quippe eius homo: in exteras agẽdus tenebras/ a ſacris ſcripturis promulgatur.

¶ PROFECTVS FOENVSQVE SAPIENTIS. CAP. VIII.

Fabula prometheî

SAPIENS IN TELLVREO QVEM A NATVRA POSSEDIT HOmine villicatus: illũ pro viri⁹ excolit. Celeſtẽ hominẽ/ inde profert: Et te n ebris/ emendicat elicitq; ſplendorem: Ex potentia/ actum: Ex principio finem: Ex inſita vi/ opus. Ex natura/ intellectum: Ex inchoatione/ perfectum. Ex parte/ totum Et ex deniq; ſemine fructum. Hac enim ĩ parte/ celebrem illum Prometheum imitatur. qui (vt poetarum fabule canũt) aut diuum permiſſione aut mentis et ingenij acumine/ admiſſus nõnunq̃ in ethereos thalamos: poſtea q̃ vniuerſa celi palatia/ attentiore mentis ſpeculatione luſtrauit: nichil in eis igne ſancti⁹/ precioſius ac vegetius reperit. Hũc ergo quẽ dij tantopere mortalibus inuidebant/ illico ſuffuratus: mortalium indidit orbi eoq; luteum ac figulinum hominem (quem fixerat pri⁹) aiauit. Ita & ſapiẽs vi contemplationis ſenſibilẽ mundum linquens penetranſq; in regiam celi: conceptum ibidem lucidiſſimum ſapientie ignem/ immortali mentis gremio: in inferiora reportat. eaq; ſincera ac vegetiſſima flamma naturalis ipſius tellureuſue homo viret/ fouetur, animatur. ¶ Sapiẽs nature mũera ſtudioſo homine compenſat. Seipſum inſuper acquiſiuit ſeq; poſſidet ac ſuus manet. Inſipiens vero terrenum/ carneum ac ſubſtantialem hominem: incaſſum a natura ſuſcepit: vt pote in quo nil profert immortalitate dignum. nichil opere/ adipiſcende beatitudini impendit: ingrat⁹ in naturam matrem perſeuerat. manetq; perpes nature debitor / ſubſtantiali homine oberatus et nunq̃ ſuus. ¶ Sapiens ſeipſum mente diſcreuit: geminiſq; (vt dictum eſt) cõſtat hominibus. Alio nature atq; ſenſibili: Alio vero virtutis et intellectuali. Sibiipſi nuſq̃ abeſt: ſe haudquaq̃ deſerit. Sibiipſi congredi/ ſolus poteſt: luge ſibi fit ſpeculum. Semet ipſe complectitur: In ſeipſum orbiculariter conuertitur. Studioſo homine: inalterabilis et a ſeipſo immobilis perſeuerat. Simul deniq; et in ſenſibili et in intelligibili mundo conuerſatur. Nam corpore quidem in terris cum brutis animantibus viuit: Animo vero celos exterebrans: celeſtes exedras perluſtrat. Intellectualia ſola meditatur: imortalia et eodem ſemper modo habentia ſapit. Natus ſiquidem (vt poeta bigus canit) ad etherie ſolatia ſpiritus aule: Terrena nunq̃ ſede quetus erit. Ad ſuperas opus eſt: ſapiẽs/ vt trãſuolet arces: Gutture ſe pleno/ ſi ſatia recupit. Hactenus enim ſenſibilia/ perfunctorie atq; in tranſitu ſapiens expetit: quatenus corporeo circundatur amictu. Nempe ex his ſolis mens ſaginatur atq; refouetur: que corporis penitus et materiei ſunt expertia. queue e tranſmundanis thalamis: ſacro quopiã afflatu/ in eamipſam illabuntur. ¶ Inſipienti autem cum nichil ſit vnum/ idem/ fixum/ ſtabile: cum ſit varietatis/ diuiſionis et permutationis amator: cotempta illuſtri / prouida et occulata virtute: cecam improuidamq; fortunã ducem expoſtulat: illam vt deã ſublimiq; locatã celo veneratur: Inſtabili eius orbe: modo huc/ modo illuc agitur. In ſalebras/ in deuexa et prerupta viciorum impellitur: Incompos ſui fit. Omni illectus obiecto: eius fit/ quod repente occurrit. In ſeipſo figi aut in ſeipſum ab exteris remeandi: poteſtatem habet nullam. ¶ At ſapienti proprium eſt: iugiter ad indiuiduam et ſuiipſius et ſummi opificis dei vnitatem feliciter niti/ colligi/ mente eleuari. Carnalium namq; illecebrarum/ titillantia ſpicula magna vi perdomuit. Extra ſeipſum nulla neceſſitudine elici aut ĩcompos fieri poteſt mẽtis. Fortunam calcare eamq; nichil expalleſcere didiſcit. Interni plenus luminis: verorum immortalium bonorũ conſcius fit. Eorum feliciſſia et immobili ſpe/ nititur. Sibi aſſidue gratulatur. Solus aut deſolatus eſſe nequit: cũ ſecũ ſit plurimus. Inter mundanarum paſſionũ inſultus efferatoſq; fluctus animum/ preclara virtutis glarea librans: in optimo/ quieto et ĩperturbato mentis ſtatu continetur. ¶ Sapiens homo eſt: qui veraciter minor mundus/ maioris mũdi (hoc vniuerſi) fili⁹ celebratur. ſol⁹ eteni ſapiẽs ſemetip̃ m ad maioris mũdi imitationẽ compoſuit/ diſcreuit: perfecit. Solus naturam imitari poteſt. Solus omnes ſui partes: partib⁹ vniuerſi/ conſonas et proportionabiles ſeruat Et profecto ſapiẽs non modo mi-

Perpes nature debitor inſipiẽs

Bigus

Q ue ſapiẽtis propria

Alia ſapiẽtis propria

nor: ſed et maior alter mundus iuſte eſt appellandus. quandoquidem (vt liber de intellectu recenſuit) tanta eſt mens ſapientis: quanta totius mundi capacitas. tantis rerum notionibus/ decoratur impleturq; illius memoria: quantas in mundo cernimus eſſe ſubſtantias. Inſipientis autem mens: cum vacua/ inanis/ ocioſa/ irritaq; perſeueret: in maiorem mundum: haud quaq; aliquãdo emergit: nunq; maiori mundo par et equalis fit. Nunq; que omnia fieri nata erat: omnium gnaritudine conſumatur.

¶ ALIE SAPIENTIS ET INSIPIENTIS SIMILITVDINES: EX NATVRA SPECVLI. CAP. IX.

PERFECTI NATVRA SPECVLI EST: VT SPECVLVM SIT vnum integrum: vniforme: ſolidum/ indiſtractum. altera ſaltim ſuperficie perlucidum affectumq; lũine: vt cũctas ſpecies que illi actu inſunt/ oculꝰ eregione conſiſtens ſpeculi imbibat/ hauriat/ ſpeculetur. atq; vt perfecta quidem viſio et intuitiua fiat: oculum/ ſpeculo: ſpeculantem actum preſẽtatrici potentie: addictum intentumq; eſſe oportet. nulliuſq; medij corporis opacitate: debet actus/ a potentia: oculus a ſpeculo intercludi/ ſeparari/ abiungi. quod maxime continget: ſi oculus tam ſpeculo propinquabit: vt vnius cuiuſpiam ſubſtantie/ nexus ac vinculum ex ambobus confletur. Si neq; oculus/ a ſpeculo: neq; ſpeculum/ ab oculo: diſſociari poterit vnq;: Sitq; ſemper oculus/ in conſpectu ſpeculi: ea perluſtrãs que ipſi ab ſpeculo offeruntur. ¶ Ex hac igitur analogia: diſce ſapientis complecti atq; iter noſcere mentem. Sapientis qppe animus/ licet hoc ipſo qđ eſt totaq; ſui ſubſtantia: vnicus impers et indiuiduus ſit: aliam tamen eius partem oculo/ aliam ſpeculo: perſimilem eſſe alibi demonſtrauimꝰ. Pars enim que ſimilis eſt oculo: actus eſt animi impaſſibilis agenſue intellectus. Que vero ſpeculum emulatur: interior eſt animi pars: ſuapte natura paſſibilis. earumq; notionum ſuſceptiua ac fidele promptuarium: que per valuas practici intellectus/ in animi aulã irrupuerunt. quas et poſtremo ipſa memoria/ ſpeculatiuo intellectui: in euiterne contemplationis officio/ offerre preſentareq; iubetur. ¶ Vocat igitur agentẽ intellectum/ totius animi oculum: poſſibilem vero dic animi eſſe ſpeculum. Hoc pacto oculus et ſpeculum animi/ tam ſibi inuicem propinquãt: vt vnius impertis animi/ ſubſtantiam conflent. vt ſibi mutuo iugiter adſint. vt nullius intercidentis medij opacitate/ ab inuicem diſſocientur: aut mutuus earum prepediatur aſpectus. Speculum inſuper animi (hoc eſt memoria) ſolidum eſt/ vnum indiſtractum/ vniforme/ perlucidum affectumq; intellectuali lumine. Nempe ſuapte ſoliditate: quaſcũq; receptat imagines/ haud in profundũ mergi neq; in abyſſum/ in obliuionem aut/ in nichilum abire patitur. ſed eas omnes in ſumma ac perlucida ſui ſuperficie/ retentat: cunctaſq; intellectuali oculo preſentat. ¶ Q; ſi vlterius analogie vim: proſequi volueris: confeſtim intelliges quid precipue animi oculus/ in proprio ſpeculo conſpicetur. que ſit ea potiſſima imago ac ſpecies: quam memoria/ in contemplatione: ſpeculatiuo intellectui ſatagat offerre. Nam ſi materialis oculus et materiale ſpeculum: debent eregione & ex oppoſito ſui inuicem/ in ipſa inſpectione collocari: Et ſi hec eſt natura ſpeculi/ eius dũtaxat captare hausire & excipere imaginem: quod illiipſi ex aduerſo dyametri collocatur/ quod ue recta diſtantia ab eodem diſpeſcitur: erit profecto id cuiꝰ imaginem/ excipi in ſpeculo oportet: haud aliud q; ipſe oculꝰ/ qui ab ſpeculo pdyametri diſtat interuallum. cuiuſue ſpecies ductu eiuſdem dyametri/ in ſpeculum/ ab oculo manat. Precipua igitur que in ſpeculo recipi nata eſt imago: eſt imago ac ſpecies oculi. Nec aliud quicq; preſtantius intueri/ in ſpeculo oculus natus eſt: q; ſeipſum ſuiue ſpeciem. Vera itaq; et potiſſima inſpectio: eſt ſolius oculi inſpectio. Idem oculus/ qui in ſpeculum/ ſuam deriuat vibrataq; ſpeciem: poſtremo ſeipſum/ i eadem imagine a ſpeculo preſentata ſpeculari gaudet. ¶ Age ergo dic et paria/ de contemplatione ſapientis. Haud aliud inquam eſſe contemplationem ſapientis: q; ſui ipſius ſueue ſpeciei in immateriali ſpeculo iugem intuitum. Nam tametſi oculus animi et ſpeculum animi: ſint eiuſdem et impartibilis ſubſtantie/ vinculum: diſtant tamen (vt oppoſitorum liber oſtendit) adinuicem ſpiritali dyametro. Rationalis qppe hyatꝰ et intercapedo: illa vt oppoſita ſeq; reſpiciẽtia/ cõtra ſe ſiſtit: et ex aduerſo dyametri collocat. Precipua igit ſpecies q; in ſpeculo pellucet aĩmi/ hoc eſt i mẽoria: ſpecies eſt oculi aimi/ ideſt agẽtis itellectꝰ. q; in ipam mẽoriã: ab agẽte itellectu/ p rectũ ſuccedit interuallũ.

Que ad perfectam intuitionem neceſſaria.

Quid oculus animi. Quid ſpeculum animi.

Amplior analogie proſecutio

Concluſio analogie.

Est itaq; agens intellectus speculator sui: dum quam prio imaginem/in memoriã effudit: postremo a memoria relatam/contemplari atq; intueri letatur. Et hec arcana ac inuia sui speculatio: beatum efficit sapiẽtem/spem illi tribuens imortalitatis: ac probe eruditẽs/ nulla esse veraciter bona aut propter se expetibilia: que extra animum versantur/que semper adesse nequeunt: queue possunt a nobis auferri.

¶ COMPARATIONES ALIE/SAPIENTIS ET INSIPIENTIS: EX ORIS/STOMACHI ET CORDIS PROPRIETATIBVS CAP. X.

Os Stomachus. Cor.

SAPIENS EI RVRSVM SIMILIS EST: QVI HIANTI AC PAtulo ore/corpoream captans alimoniam: eandem obuio stomachi vasculo susceptat. continetq; into/ ne mox i ima ventris/abeat idigesta. neue duntaxat per corpus colata: seipsam corpori deneget illudq; minime saginet/enutriat/alat. Sicut ei alimẽtaria subã priusq; in sãguinẽ vertat ad augeatue corpo: trinis corporis partib9 iprimis cõferr: ori/stomacho/Cordi ita et itellectualis species/priusq; mẽtẽ pascat saginetq; sapiẽtis: tres in aio recipit status/primũ in intellectu: secũdũ in mẽoria: Tertiũ in cõtẽplatione/per quam iterum offertur intellectui. Est enim intellecto/ori: Memoria stomacho: Cõtemplatio vero cordi analoga et q̃simillima. Osei et intellecto: ãteriores sũt ptes naãlesq; value qbus tã corpea/ q̃ spiritalis alimonia (hec iquam: per hunc/in animum: illa vero per illud in corpus) est itroducenda. Stomacho vero et mẽoria: iteriores ptes sũt corpis et animi: quarum ille/procedens manãsq; ab ore/ excipit alimentum: hec autem irrumpentibus per intellectũ notionibus/ it obuiam illasq; colligit/retentat//conseruat. Cor autem et cõtemplatio/hac ratione inuicem respondere probantur: q; illd quidem/itroductam ab ore et ab stomacho conceptam: alimoniam coquit/digerit vertitq; in sanguinem. Hec vero pariter immissam per intellectum: et a memoria cõceptam atq; reseruatã/notionem: digerit/ordinat rursumq; intellectui offert. Sicut igitur in coporis alimentatione/prius est oris q̃ stomachi officium: Prior alimenti a mũdo emendicatio/ q̃ ei9 in corpore exceptio & cõseruatio et priora rursus sunt oris et stomachi/ q̃ cordis officia (prior inquã cibi in corpus immissio & conseruatio: q̃ eiusdem concoctio) ita et in totius animi pastu/prior est actio intellectus: memorie officio. Et prius itidem intellectus et memoria/suis fũguntur actibus: q̃ contemplationis excerceatur officium. ¶ Et quemadmodũ nichil/nature subire cacabum/hoc est stomachum potest: quod sit ab ore inassũptum: nichil est in stomacho/quod neutiq̃ in ore fuerit/nichil demum cordis calore coquitur: quod non prio in oris palato et stomachi aula/aliquantisper resederit: ita et nichil est in interna memoria/quod non fuerit in anteriore intellectu. Nichil demũ i ipsa versatur contẽplatione: quod nõ prio fuerit in itellectu et in mẽoria. Os ab nulla anteriore corporis parte/alimoniam captat: sed per semetipsum/mordicus illam prehensat. Stomachus vero quicquid habet: ab ore deriuat. Cor deniq; quicquid torret ac digerit: ab vtroq; hoc est ore et stomacho deduxit. ¶ Dic et eodemmodo de partib9 animi. Intellectum: ab nulla anteriore animi parte speciem captare itellectualem. Memoriam vero eadem specie: ab solo intellectu/ imbui atq; impregnari. Contemplationem desibili alimonia corpus enutritur: ita et paribus trinis officiis/ invisibili esca: animus profi-

Oris et intellecto offi cia

Stomachi et Memorie officia.

Cordis et contemplationis offi.

Analogia corpee alimentationis ad animi pastum

Trinis offi ciis pastus et coporis et animi pficitur.

primuntur. Primum a nullo siue per se. Secundum ab vno tantũ/primo. Tertiũ ab vtroq; primo et secundo.

Trina corporis et animi pascendi officia		
Os	Stomachus	Cor
Cibi assumptio	Conseruatio	Concoctio
Intellecto	Memoria	Contemplatio
Specieiapprehensio	Reseruatio	Representatio
Primum	Secundum	Tertium
Per se	A primo	Ab vtroq;
A nullo	Ab vno tantum	A duobus.

Illatio de insipiente.

¶ Vnde fit vt ex opposito sapientis: dinoscatur insipiens/persimilis esse ori: cui stomacho it obuiam nullus: aut pertuso intellectui/abiuncto et separato a memoria. Haud enim secus diffluunt per intellectum/inuisibiles animi pastus: q̃ visibilis cibo ab ore prehensus/mox

in corporis interna deuoluitur. Nempe sicut corporea esca/ vt primum oris forcipe/ ab exteris precisa est et captata: nullas in oris palato/ moras protrahit: sed sese illico per gutturis cliuum/ in inferiora prorumpit: ita et dapes animi ipseq; notiones: nulla mora/ in intellectu agente perseuerant: hiscq; solo momento/ perfruitur intellectus: cunctas illico in memoriam traducens. Tolle igitur ab ore stomachi presidium: poterit quidē ab ore/ in corpus imiti alimonia: sed colata per corp9 / nulla eidē tributa exoluet ꝓderitq; illi nusq̄. Disclude pariter atq; abiunge ab itellectu memoriam: hauriet quidem fortassis itellectus a mūdo aliquid immittetq; in animum/ nonnichil spiritalis alimonie. sed fideli memorie prōptuario/ minime eidem itellectui occurrente: assumpta ab eodem esca/ protenus vanescet: nichil animum saginabit/ aut eumdem efficere poterit sapientem.

¶ COMPARATIO SAPIENTIS AD SOLEM ET PLANETAS. CAP. XI.

SAPIENS MVNDANVM SOLEM/ PRECIPVE IMITATVR. Nempe sicut mundanus sol: inter errones erraticosue planetas/ et ordine medius est: et motu/ a medio iugiter indeuius fertur nusq̄ue ab imperti eclyptice orbita vltro citroq; euagatur: ita et sapiens/ dum a proprio sole hoc est a ratione dirigitur/ dum rationi i cunctis presidi obtemperat: medio semper calle/ tutus inambulat: nunq̄ in scopulorū salebras/ ab ea vagus abire permittitur. ¶ Si enim minor mundus/ est homo: tot vtiq; luminibus ac lichnis/ hominem regi atq; illustrari oportet: quotquot lampadibus/ maiorem mundum cernimus esse choruscum atq; illustrem. Septem vero lampades/ accendit natura in maiore mundo: quarum ductibus eundem mundum/ gubernari regiq; voluit. Maiores inquam duas/ Solē et lunā: Hanc nocti/ illam diei presidentem. et minores quinq; Saturnum/ Iouem/ Martem/ Venerem/ Mercurīū. In medio aūt omniū/ solem constituit: quem et ceteris prestare lumen et iisdem dominari imperauit. iubens vt medio sē per incessu: minorū planetarū varios diuiduosq; errones/ equa lance metiatur atq; dinumeret. Sunt igitur totidem hoc est septena luminaria: paribus ordinibus atq; officiis hominia natura indulta. nec paucioribus myxis lucerniscq; natura filium/ hoc est minorē mundum deinceps insigniuit/ ornauit communiuit: q̄ patrem: ideſt vniuersum: larga et munifica mater/ prius dotauerat. ¶ Est autem minoris mūdi lampas/ omnis eius cognitrix spectatrixq; facultas: que iprimis in materialē & imaterialē/ secta diuisaq; repitur. Porro materialis cognitio(vt liber de sēsu predocuit) senario dispescitur: in Tactū/ Gustū/ Olfactū/ visum/ Auditum et imaginationem. Nam imaginatio: quāq̄ interna sit sensatio/ exteris sensibus abditior/ iisdem insuper presit: corporeo tamen in organo/ vt in cerebro exercetur: et rationi formulari nataeandē sup se presidem iudicemq; reuereretur. Immaterialis autem hominis cognitio: est ipsius rationis oculus. qui cunctis abditior penitiorq; sensibus: nulla sui functione/ corpori copulatur. nichil eorum spectare aut speculari/ natus est: que aut in mundo aut in corpore sistuntur. sed omnis eius intuitus/ in interna sese animi crepidine et inuio claustro coercet. ¶ Corporei igitur ac materiales hominis oculi: suapte natura i latera deerrātes/ vltro citroq; per extrema feruntur. Nunc enim supra medium fiunt sursumq; cientur. Nunc vero infra medium/ deorsum raptantur. Que autem cognitio immaterialis et animo propria est/ ipsa inquam ignea ratio. media iugiter incedit/ ceteras regit/ numerat/ metitur. Earum quoq; lux et numerus est perinde atq; sol/ minorum planetarum. Sicut enim eleuātur quidem supra solem/ planete tres: illi quoq; subesse tres/ comperiuntur: ita et e famulab9 ancillisq; rationis/ tres vt alibi/ docuimus/ suapte natura sursum aguntur eleuanturq; supra medium: Imaginatio/ Auditus/ Visus. Hi etenim sūt disciplinę sensus cunctorum precipui: qui et inferiorum iudices/ arbitri presidesq; nūcupantur. Ceteri autem tres: Olfactus Gust9 Tactus: infra medium motitantur. Quemadmodum enim precipui tres/ animi pastum procurant: ita et isti/ alendo fouēdoq; corpori suū omne famuletium et obsequium deuouerūt Superi tres/ liberales dicūtur & honesti. Tres vero imi illiberales/ abiecti seruilesq; nūcupātur. ¶ Hanc ergo geminam sensuum tryadem: alteram summa et alta petentem: alteram vero/ in ima tendentem: media sēperq; vniformis ratio/ imperti et eodem sēper modo/ se habēte monade: vincit/ scirpat figitq; q̄ potest i medio, vtramq; tēperat/ ne hac nimiū

Septē maioris mūdi lāpades

Que sunt minoris mūdi lampades.

Tres sensus sursum tres deorsum referū tur.

Illatio

effecta ſublimi: diuellatur ſcindaturq; hominis ſubſtantia. cuius vnitati/integritati et pacifectilis ratio maximopere conſulit ac prouidet. ¶ Vnde fit vt eregione ſolius rationis contingat et exoriatur omnis virtus/que in mediocritate ſita diffinitur. E directo autē ſenſuum/tam ſuperiorum q̄ inferiorum: omne ſcateat vicium/quod aut habundat aut deficit: quod in plus aut in minus eſſe dictitatur.

Figura ſimilitudinis planetarum & humanarum cognitionum.

Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercurio	Luna
Imaginatio	Auditus	Viſus	Ratio	Olfactus	Guſtus	Tactus
Tres ſuperiores			Media	Tres inferiores		
Liberales honeſti			Neutra	Illiberales ſeruiles		
Animo ſeruientes			Toti	Corpori famulantes		
Alta petentes			Medi. te.	Inferiora petentes		
Vicium plus			Virtus	Vicium minus		

¶ He ſunt igitur ſeptem faces: quibus/minor mundus ſplendet maioriq; mundo et ſibipſi aſtat. Omnia a maiore in ipſum/iiſdem valuis et aditibus traducuntur. His ſeptem oſtiis: totus maior defluit/labiturq; in minorem. fitq; minor omniformis ac maiori mundo equalis. In iis deniq; ſita eſt hominis/omnis virtus/et ſapientia: ſi ſingulorum ſui oculorū rectam proportionē ſeruabit/indemutato naturali eorum ordine. ¶ Nam quandiu principatum obtinuerit ratio: homo et ſerenitate et trāquillitate animi potietur. ſenſuum illecebras/carniſq; pelliculatiōes effugiet. nitidiſſimo rationis (vt propriꝰ ſui naturaliſq; ſolis) micante in tenebris ſplendore: ab extremis dirigetur in medium. plus minuſq; vitabit: eritq; ſuꝰ et ſui compos/ac/ſeipſo iugiter perfruetur: Eſt enim ratio velut ſagatiſſima humani totius corpuſculi ac domiciliꝰ materfamilias. ſenis ſenſuum fulta ancillulis: quibus ſapienter imperitat. nil incaſſum et ſine cauſa perficiens: cuncta preuidens: proſequēſque vtilia/pulchraet honeſta: que turpia fedaq; deuitans. cui quoad permittētur habene/quoad hois arbitra et cēſoria fuerit: cūcta in eo rite diſponet tolletq; tandē eū e terris ad ſidera. ¶ Sicut enim ſolis in maiore mundo preſentia/diſcutit tenebras/nubes diſſipat/iminenteſq; tēpeſtates retundit: ita et ratione in minore mundo cuncta moderante: pelluntur ab eo mox errorum tenebre/perturbationum nebule caligineſq; recedunt/perditorum deſideriorum impetus fernantur. Abſente autem ratione: continuo lux/ſapientia omniſq; virtus hominem deſerunt/atra nox illum nubeſq; ſubeunt. Senſuum meretricule: illius decorem obliguiunt/hominem deniq; totum tenebris offuſum lancinant/laniant/interimunt.

Analogia.

¶ DE CONSTANTIA VERISQVE BONIS SAPIENTIS. CAP. XII.

Interq̄ extrema fit cō templatio.

Trina rerū omniū poſitio.

SAPIENS IMMOTVS ET IMPERTVRBATVS VIVIT. HVIVSmodi propria vera et precipua actio (que cōtēplatio dicitur) ſeparata eſt a mūdo/a corpore/tēpore/loco et a materia. ¶ Nempe cōtemplatio/inter ea extrema contingit: q̄ nullis ab inuicem diſcludi nubibus/ventis aut procellis poſſunt. In quibus nulla eſt lucis aut tenebrarum viciſſitudo: ſed candida et perpetua ſpiritalis inuiſibiliſq; lucis irradiatio. ¶ Nam cum trina ſit rerum omnium poſitio ſeu ſuſceptiua potentia et locus: Mūdus/Corpus/Anima (Sūt enim vniuerſa hominis bona: aut in mundo/aut in corpore aut in anima: tanq̄ in potentia/in ſubiecto et in continente loco) vera et propria ſapientis bona: neq; in mundo ſunt/neq; in corpore: ſed abdita/ſtata et condita in anima. quibus aſſidue liquidioris et impertubate contemplationis actu potitus ſapiens: ea ſemper haurit et videt que ſua ſunt. Ex mortali ſiquidem hac et vmbratili terra in lucidiorem: immortalem/ſpiritalem et inuiſibilem ſue anime anticthonam (id eſt in terram terre contrapoſitam) corporis medio ſenſuum mue obſequiis: feliciter tranſtulit/quicquid ſuum eſſe deprehendit.

Biātis Prienei oratio.

¶ Vnde fit vt haud immerito ſoli ſapienti/aſcribi queat Prienei Biantis laconiſmus breuiſq; oratio qua ſuadentibus/vt ſua omnia vrbe exportaret: reſpondiſſe fertur. Mea omnia mecum fero. ¶ Nā ſapiens/omnia habet in anime potentia/id eſt in in

tellectu possibili siue intellectuali memoria. que est immortale promptuarium & penuariū / omniū intellectualiū specierum omniumq; virtutum et scientiarum arcanum domicilium. In quo locati sapientum immarcessibiles thesauri (iuxta sacrum eloquium) tuti a vermibus sunt / a teredine / ab erugine / a corruptione a tyrannorum rapina. Fortune instabili rote inexposiri sunt / omne tempus exuperant : et sine fine in anima : integra : salua et inuiolata perdurant. Sacrū eloquium.

¶ DE ANIME IMMORTALITATE. CAA. XIII.

FIT ETIAM VT DE SAPIENTE ID SACRI ELOQVII IVSTISsimis causis pronunciandum occurrat. Stabilita sunt illius bona in domino Et iterum: Anima illius in manu dei est: et non tanget eum tormentū mortis. ¶ Nā si inseparabilis est intellectus possibilis / ab agente intellectu: vtiq; tota anime substantia dinoscitur esse impers / indiuidua / immortalis: iugiter (siue in corpore siue extra corpus) vtraq; sui parte actu et potentia subnixa. Et inter agentem et possibilem intellectum / iterhyare (vt diximus) medium potest uullum: quo agentis speculatio / seu propria anime actio et contemplatio interpolletur fatiscat remittatur. ¶ Excolit igitur agens intellectus passibile assidue: vt propriam et subiectam terram / vt secum eiusdem nature possibilitatem : inuisibilē immaterialem / semper presentem / a se inseparabilem / immortalem / sibi denicq; confubstantialem. Illi vt suapte natura fideli bonorum asseruatrici : cuncta que captat a mundo / commendat. in eamq; deriuat cunctas notiones: quibus perpeti et inconsumabili euo / pascendus est. Sacrū eloquium

¶ Hec autem animi functio / est contemplatio / hec vera illa est et laudatissima aie actio / immortalis : ad quam hi soli subuehuntur / penetrant / attolluntur: qui hunc beatissimum sue anime prehenderunt numerum / quo pars partem spectare / quo sibi anima misceri / ingredi in seipsam orbiculariter moueri queat. Que enim in orbe et circulo creata est orbiculari quoq; operatione / rationabili est eandem perfici natam. Hec est sapientis immobilis spes / et penitissima eius inuiaq; confugella. Huic felicissime / imperturbate et inimpedite anime operationi totus fidit. In hac omnia possidet: supra mundum supra corpus. Nā in semetipso (hoc est in suaipsius anima) cuncta habens: ea que aut in corpore aut in mundo sunt floccipendit. Vbi spes locatur sapiētis.

¶ Separabilis etenim est ab homine mundus : dissociabile pariter ab anima corpus: Anima autem ab anima insicissilis atq; indiuisibilis / id est patiens passibilisue intellectus: inseparabilis ab agente et impassibili. Temporalis est sensatio : que ab anima in mundo et circa mundum exercetur. Temporanea item et emarcida imaginatio: que ab anima in corpore perficitur. Perpes demum et euiterna cōtemplatio: que ab anima / exercetur in anima / ab agente inquam intellectu in intellectu passibili. ¶ Sunt enim (vt in libro sensuum docuimus) materiales animi cognitiones gemine: Imaginatio / et Exterior sensus. Illa simplex: hic quinq; partibus discluso. Illa intus in corpore fit: Hi vero / in mundum discurrūt atq; in eo negociantur. Immaterialis autem animi cognitio: quandoq; vnica / quandoq; vero trina cēsetur. Nam plerisq; omnem immaterialem cognitionem / siue immaterialium iuisibiliumq; rerum noticiam: nomine vno intellectum vocant. Cognitionū diuisio.

Nos vero vt diuersa ac trina sunt: immaterialia / inuisibilia / immortalia et sempiterna entia: Deus Angelus Anima: ita & ab ipsis obiectis quodammodo anime cognitiones et potentias mentientes: immaterialem anime cognitionem trinam esse diffinimus. Qua enim sibiipsa it obuiam sibiq; presentatur: vocetur ratio. Qua angelice scientie sit particeps: sit intellectus. Qua denicq; illi exigua in tenebris / micat et excutitur diuinitatis scintillula: Mentis portio dicitetur. Tria tantū immaterialia entia. Quidratio

¶ Omnis itaq; materialis cognitio cum contemplatio sit: liquet cōtemplationem esse trinam. Est enim cōtemplatio / trium supremorum et precipuorum mundi entium: Dei Angeli et anime euiterna et immortalis speculatio. Liquet etiam sapiētis animam: in sui principij (id est trinitatis) numero / feliciter consumari. Quid itellectus. Quid mēs

Deus	Angelus	Anima	Corpus	Mundus	
Mens	Intellect?	Ratio	Imaginatio	Sensus	
Tres immateriales			Due corporee		
Tres euiterne			Due temporales		
Trina sapientis contemplatio			Geminum obsequium		

Trina animē extra materiā propago

Et eandem animam concinniter miraq; venustate: ad sensibilium plantarum et arborum normam/ trina extra materiā propagine trinoq; prouentu (foliorum inquam florum et fructuum) euadere felicem. Anime etenim folium: sui cognitio est. Flos vero angelica gnaritudo. Fructꝰ demum diuina sciētia. His trinipara anima celos exterebrat: his tricipitē ie/ corpore sensibiliq; mundo sapiens exerit ipsoq; celo sublimior efficitur. Alio siquidem capite sibi iugiter est presens/ Alio angelicis chōris annumeratur: Alio in diuinitatis cōspectum procedit.

¶ DE FVTVRA CORPORIS INSTAVRATIONE ET IMMORTALITATE. CAP. XIIII.

Argumētū imortalitatis āie ex materia.

NON MODO AVTEM IMMORTALIS EST TOTA ANIME SVBstantia: non sola contemplatio/ nunq; remittetur: sed et ipsius animi imortalitatis/ assecla est iprimis totiꝰ hūane substantie perseuerātia: materialiū dein cognitionum (sensationis et imaginationis) instauratio. ¶ Nā si anime natura est esse in corpore: Vis insuper omnis et finis anime est/ vt sit eiꝰ actus et operatio: necesse est vt preter naturam/ anima migrans e corpore in suam tandem naturam/ a summo omnium principio reuocetur/ corpori restituatur corporeaq; vires rursum circa mundum corpusq; exerceat: In mundo sensationem/ In corpore imaginationem. ¶ Si enim materiam que prope nō ens est/ que cunctarum rerum subsidentia et eorum que sunt vltimum/ haud inficiamur esse immortalem: sed (tametsi creatam) perpetem ingenerabilem et incorruptibilem fatemur: Immutabilem quoq; semper/ eandem/ totam ab initio factam/ nunc vero totam subsistentem totamq; semper futuram: que neq; augeri possit/ neq; minui: que in generatione assumitur/ in corruptione relinquitur/ esse predicamus: ita vt nichil eius/ vnq; intereat: quanto magis perpes et immortalis/ asseueranda rationalis est anima. propter quam vnam/ in sensibili orbe fulciendam: vniuersa materie moles/ a diuina omnium opifice mente/ ab initio pepēdit.

Ratiōalis aīa totius materie finis.

¶ Est enim rationalis anima supremꝰ potissimusq; materie actus: totius materie et vniuersorum qui in materia sunt/ fluxorum et temporalium actuum naturalis finis. coniunctꝰ/ proximus eiq; vicinus actui: qui primus extra materiam et productꝰ et subsistere natus est: quē diuini totius operis initium/ conceptum/ actum primum primamue creaturam nuncupamꝰ Hic enim actus, angelus est: hic est qui bono omnium autori deo/ semper astās/ in illius cōspectu/ versatur assidue. hic a quo rationalem animam/ paulo imminutā: sacra canunt eloquia. Et quem diuus areopagita: precipuam intelligentiam/ deo constātissime gratias agētem festiuasq; laudes illi assidue persoluentē appellat.

Diuus dionysius.

¶ Si igitur imortalis est huiusmodi materie actus: propter quem incorruptibilis materia/ eodem semper habet modo: eadem substātie immutabilitate/ subnixa perseuerat: erit & supremum/ precipuum spectosissimum prestantissimumq; materie opus: eidem immortalitatis legi a natura ascriptum: vt actus tam eximij tāteq; forme/ naturalis locus/ vt ve proprium verumq; eius domicilium Igitur et immortalis est materia: et aliquis in materia/ immortalis actus vt Rationalis aīa di humanū volumus esse corpus. Et aliquod ex materia diuinum opꝰ: instaurandum a deo futurumq; immortale: cuiusmodi humanū volumus esse corpus. Et nonmodo humanum corpus propter animam: sed et ipsum deniq; mundum/ propter humanum corpus: et vt veram humani corporis mansionē a deo instaurandum perpetemq; futurum: sacra eloquia compluribus in locis attestantur.

Illatio.

¶ Vnde fit vt misellus sit et prepostera aui natus insipiens: qui omnia sua/ habet in mundo et in corpore: nichil in anima/ nichil in angelis/ nichil in deo. Illius enim bona: erugo perdit/ latio aufert/ obligurit tempus. Mundū: princeps mundi huiꝰ, seuus hoim hostis infestat. Elementa corrūpit/ Maria obturbat/ Aerem intranquillū reddit: Omnia inuicem permiscet: Corpus leuissimis causis morbescit. Tyrannus illud diris tormentis excruciatū neEloquium sacrum care potest. Morte tandem puluerascens: in atomos euannatur atq; resoluitur. ¶ Hec oīa infelicis hominis/ irritam faciunt spem. Inanem eum vacuū et deploratum relinquunt. cui absq; iniuria id sacri sermonis ascribitur: Ecce homo qui non posuit deum/ adiutorem suum sed in multitudine diuitiarum sperauit et preualuit in vanitate sua.

¶SAPIENTIS MENS QVASI IVGE CONVIVIVM CAP.XV.

SAPIENTIS AVTEM SPES (VT A SAPIENTISSIMO SALOmone canitur) immortalitate plena est: et illi⁹ mens quasi iuge cõuiuiũ. Quid enim de sapiente veri⁹ enũciari possit: quid peculiarius illi tribui/ q̃ eius mentẽ iugiter spiritali alimonia refoueri. Diuina ac sacra aletudine ĩpugnari: celesti irrorari ambrosia: Angelico pasci cibo assidue & exatiari nunq̃. Adauget enĩ celestis alimonia/ sacrum sui desideriũ: suiq; capacem & se tota ope expetẽtẽ facultatem/ iugi licet voluptate delectet: ampliore tamen sẽper fame/ ac siti/ irritare solet. ¶Hac enĩ quo magis quispiã cibatur: tanto auidi⁹ & maiore cũ voluptate/ eandem concupiscit. quãtoq; magis ad diuini nectaris bibesiam/ felix dei sympotes/ angelorũ perioecus/ sanctorũ cõuiua & cõtubernalis admittitur: tanto magis vt sẽper sitiens/ vt nunq̃ exuberans: sacro illius liquore assidue flagrat & exposcit imbui. ¶Hoc enĩ & ipsa sapientia: in sacris litteris: de seipsa attestat̃. Qui enĩ (inquit) edũt me/ adhuc esurient: & qui bibũt me/ adhuc sitient. Transite ad me: qui cõcupiscitis me. Qui enĩ elucidant me/ vitã eternã habebũt. hec sapiẽtia in plateis clamitat. hec ingenti classico in omniũ aures ĩtonat. Pulsitans citansq; dormientes: eos vt se cõcupiscant/ hortatur. Immortalitatem & beatitudinem illis pollicetur. Dei itẽ amicitiã ac celicolarũ contubernium. Se nauseosam non esse predicat. Edi sẽper posse procul fastidio aperit. Melle se dulciorẽ/ expetibiliorẽ auro: gẽmis cunctisq; margaritis preferendã. Bonorum quoq; omniũ largitricem/ candorẽ se diuine virtutis enunciat. Sinceram claritatis illius emanationẽ/ speculum deniq; maiestatis eius immaculatũ. ¶Infelix igitur insipiens: qui contẽpta sapientie honestate: cece/ ĩprouide/ instabilisq; fortune/ sese indigno famuletio vltro obtulisse videtur. Atq; vt miseris cõcupiscẽtiis inseruiat/ aureũ sapientie torquẽ/ in ferreum fortune iugum cõmutasse. Huiusmodi quippe stolidus homo/ eam tantum deperit alimoniam: qua haud absq; fastidio exaturari potest. queue extra animã est: corporea/ materialis corruptibilis & corporis corruptrix. In quo intemperiẽ qui sectari voluerit: mox & ĩ naturam & in seipsũ peccat. Huius enĩ exuperantia: corpori est iniocunda/ nature cõtraria/ exitialium morborũ causa. Nempe & interior stomach⁹ finitus est: & exterior ac terrea alimonia finita. Hec autẽ eaten⁹ est prosequẽda: qua capax est stomachi amplitudo. Hic enĩ cum exuberãs & nauseosus euaserit: continuo interpolanda sunt numerosa poliphagorũ & multibiborũ insipientũ comunia/ Silatus/ Prandiũ/ Merenda/ vesperna. ¶Ast sapientis (vt diximus) iuge est & perẽne cõuiuiũ. Illius dapalis & saliaris est anim⁹. Mens deniq; ei⁹: est ominiũ bonorũ presentia/ Plenitudo & perfruitio. Passibilis ei⁹ intellect⁹: propria ipsius est & verissima mẽsa: cũctis affluens spiritalib⁹ delicijs. que & agẽti intellectui: iugiter offertur atq; obijcit̃. cui semper agens intellectus accũbit: sẽper in ea veris dapibus/ conuescitur ac splendide epulatur. hec est enĩ illa mẽsa: quã Bigus poeta hoc disticho celebrauit.

O felix nimiũ: & rerum pulcherrima mensa.
O fortunate: terq; quaterq; dapes.

¶Hic est ver⁹ ille & vberrim⁹ aĩmi ager: a quo agricola (hoc est agẽs intellect⁹) emigrare aut exturbari nequit. hec celestis & etherea terra (possibilis inquam intellectus) genitrix & alũna/ immarcessibiliũ bonorũ. In quibus impune licet affluere delicijs/ transilire & exuperare mediũ: deficiente haudquaq̃ virẽti/ ac succulẽto gramine: & que eo pascitur mente/ insatiabili permanẽte. Huic enim ex tã felici symposio: ingens fames & sitis ardentior/ indies acrescit atq; inaugetur.

Salomonis verbum

Verba Sapientis.

Sapientis mensa.

Bigus poeta.

¶SAPIENTIS MODERATIO ET CONTINENTIA. CAP.XVI

SAPIENS SIBIIPSI INDICENS MODVM/ LORIS HABENISq; rationis artatur: vt singula dũtaxat eatenus ꝓsequat̃/ q̃ten⁹ & bona sũt & expetẽda. ¶Didicit enĩ sapiẽs: ex metro interne potentie/ exteriora obiecta & amabilia queq; dimetiri. seq; hac trina equalitate/ in pace cõtinere nitit̃ qua naturalẽ extremorũ (potentie & obiecti) imitat⁹ eq̃litatẽ amborũ mediũ/ hoc est ipsã appetitionẽ (qua obiecto copulari/ nata potẽtia est) ambob⁹ exeq̃re satagit. hic enĩ haud plura cõcupiscit: q̃ quod suiipsius nature/

Sapiens in trina sese cõtinet eq̃litate.

satis esse credit. Tantū intra se admittit/ exteriorīs obiecti: quanti/ interne (vt diximus) potētie ampitudo: a natura/ capax est effecta. ¶ Obiectio. Q2 si dixeris ipsa obiecta potētijs esse disparia & ineqlia (vt pote prope infinita) potētias autē esse longe obiectis minores: nec totorū obiectorum capaces (Est enim vilibilis esca/ pene immēsa/ stomachi captu sine modo exuperantior) in hoc subiūgo: versari preclarū sapietis certamen. vt interne potentie/ potiusq; exterioris obiecti/ naturam sequens: ad illius numerum huius substantiā prosequatur. hoc ipsum enim: & hec sapientie verba/ precipiunt. Ne (inquit) Intuearis vinū cum splendescit in vitro. Hoc & Bigus poeta faciendum/ canit. Te (inquit) vite si tāgit amor/ si gloria: noli Maiorem/ captu ventris habere famē. ¶ Studiū ergo sapientis est hoc imprimis obiectum quod corporee necessitudini ascribitur: ab interiore metiri potestate. nec ampliore flagrare obiecti desiderio: q̄ hoc illi probet vtile ac necessariū: aut q̄ iternarū vascula potestatū: sūt natura capacia. Est insipiētiū; contingit horū triūque diximus inequalitas ac disproportio. Hi siquidem deliniti sola presentia/ aut certe ipsa dulcedine obiectorum (que duntaxat perfunctorie & in transitu/ expetenda sunt) ea vt propter se bona/ toto disquirere & accumulare nituntur affectu. Nulla insuper habita/ interne sue potestatis ratione/ postergato eo quem intus habent/ naturali numero: sola ipsa obiecta speculantur. quorū dum irrationabilem cōcipiūt appetitionis flāmam/ inequaliter & supra sue nature vires: eadem obiecta/ percipere coguntur. ¶ Vnde fit vt inde oriatur priuatio omnis & miseria: que sūt insipiētie & cecitatis animi/ comites & assecle. Est enī miseria: aut necessariorum priuatio bonorum: aut eorum desideriū irrationabile. Velut cum subiectum aliquod & naturalis potentia: aut proprio priuatur obiecto/ propriorūue & naturalium suorum bonorum fit exors aut cū ad obiectum & naturalia sua bona: imoderata concupiscentia pertrahitur/ alicitur/ ardet. ¶ Oritur enim gemis de caulis miseria. prima necessariorum & naturaliū bonorum defectu. Secunda concupiscentie excessu: quando ipsa appetitio/ vtriusq; & subiecti & naturalium eius bonorum seu potentie & obiecti/ quantitatem transcendit: Vt si & finita est potentia & finitum eius obiectū: illius tamē/ ad hoc: irrationabilis appetitio. Similiter & cum finita sūt subiecta & naturalia bona: illorū tamē/ ad hec: irrepressibilis & inextinguibilis ardor. ¶ Definiti siquidem sunt iprimis: Oris/ Stomachi & ventris captus. Alimentaria itidē substātia (naturale illius & necessariū bonū) a natura certa est & numero aliquo exequata. Amplior tamen cupediuorarum appetitio: vtriusq; q̄titatē exuperat. Hinc eni transmarine perdices/ totsestertiis empte celebrantur. ¶ Philoxenꝰ. Hinc Philoxenꝰ ille protensiora ad gruis modum guttura/ expostulasse denarratur. ¶ Siculus Gnato. Hinc siculum illum Gnatonē/ gule facile principem in pultaria emungi solitū/ legimus: vt abstinentibus cūctis solus epulis/ ampliter frueretur. ¶ Hinc tot vini calparia & cōgiaria epotātur: vt plane ad perdenda vina/ nati plerīq; hominū prodātur. ¶ Natureprouidentia. Hinc capaciissimi ventres expetuntur: quibus distendendis/ terre maria p̄tragrantur. Adeo vt exiguo inter cūcta animātia hominū generi alendo: vix vniuersa nature prouidentia/ sufficere posse credatur. ¶ Quanta tamē nature sit prouidentia/ qua humano alendo corpori/ superabunde prospexerit: docent omnis generis animantia: Reptilia Natatilia Gressilia Alata. In quibꝰ cupediuorarū hominū rabies: siue modo grassatur. Docent & Pithagoree plante: & quicquid sub celis animatū animaue preditum est. Id enim fere omne: in hois vertitur alimentum. Subiecit quippe deus homini/ vniuersa: tāq; heluella/ hoc est minuta oluscula. Que autem anime expertia & inanimata sūt: minus in nostrum verti solent edulīū. Nutritur quippe simile omne/ a simili: vt viuens a viuente & animatum ab animato.

¶ SAPIENS: SINC VLIS/ QVOD SAT EST TRIBVIT CAP. XVII.

SAPIENS IVXTA DIGNITATEM ET PRESTANTIAM OBIEctorum bonorū: ea iudicat prosequenda. Nulli eni plus equo tribuit. Eterna/ spiritalia et vere bona/ propter seipsa expetens: ad ea intentione tota/ cipua & prima fert: vt ad animi fines/ vt ad pulchrificas virtutes/ variasq; celaturas & perpetua animi ornamēta. Porro sublunaria materialia & exposita fortune bona: duntaxat ad latus/ intentione secunda & ad temporaneum corporis/ expetit vsum. ¶ Nā (vt in sensuum libro docuimꝰ) cum intellectus sit tā extremorum/ q̄ mediorū: tam immaterialiū/ q̄ materialiū

Sensus autem duntaxat materialium & mediorum: ita & imaterialia & intelligibilia animi bona: simpliciter/ tota & vbiq; sunt bona: tam in extremis/ q̄ in medio boni rationem definita. Corporis vero bona que & sensibilia & materialia sūt: tantum in medio/ rationem boni sibi vendicant. In extremus vero mala & vitanda reperiuntur. Horū enī/ id duntaxat quod neq; plus neq; minus fuerit: bonū & eligēdū est. Quod vero exuperat/ aut desicit: malum est & protenus fugiendum. Illorū vero & quod mediocre est/ bonum est: & que plus & minus/ bona itidem & eligenda sunt. ¶ Vnde fit vt corporis bona/ haud tota: sed tantum in parte sint eligenda/ & in simplici differentia & positione (vt in medio solo) expetibilia & prosequenda. Sunt enim sita inter extrema mala: vt inter exuperantiā atq; defectū. adque interdum aut rationali lumine orbati/ aut rationi haudquaq̄ obtemperātes (pellicētibus affectibus) nolentes volentesq; delapsi peccam⁹: naturam offēdimus illius legem/ ac seriem immutantes. ¶ Animi autē bona/ vniuersalia & tota sunt bona: vbiq; triniq; differētijs & positionibus prosequenda: in medio/ in dextro/ i siniſtro. Nā siue in mediū dirigamur: siue in dextrū/ siue in siniſtrum: nusq̄ ab eo quod bonū & eligibile est dilabimur/ peccamus aut naturam offendimus. sed quocūq; pergentibus: occurrit nobis bonum/ offertur eligibile succedit prosequēdū. ¶ Fit etiā vt corporis bonū: simplex/ imperfectum/ & tantum vnum sit. Animi autē bonum discretū nuēroſū pfectū/ vnū atq; trinū. Est enī illud (vt dixim⁹) tantum in vna: hoc vero trina & omni in positione bonū. Et vt illis potiamur/ fruamurue bonis: addenda est animo moralium virtutum opecula: quarū presidio fulta & fortior effecta ratio: a sēsibus haudquaq̄ superetur. sed ijs vt famulantibus imperitans/ eorū impetus frenet/ hominē ab extremis arceat malis: dirigatq; iid quod mediocre ē & bonū. ¶ Sine etenim moris virtute: extēplo ab sui principij fastigio/ deiicitur regina sensuū ratio. Obnubilatur homo internus eius oculꝰ cecutit: ignoransq; quod mediū/ & bonū: sensuū & ancillarum illecebris: in extrema mala plus/ minusq; infelici traha deuehitur. ¶ Ast vt animi perfruamur/ potiamurq; bonis: vel si animo nil preter natiuum rationis candorem & lumen addideris: sine extero & acquisito lumine/ in id quod bonum est/ per sese animus dirigetur. In his siquidem nulla subsunt precipitia/ salebre/ asperitatesue nulle: sed plana omnia/ in spera/ equalia. Vbiq; prata virentia amenissimis consita floribus: hyatu/ abysso & scopulis carentia. per que licet tanq̄ in nocte & sine extero lumine/ libere discurrens animus: abire in preceps/ mergi aut iterire nequeat. Temporalium autē bonorum area lumosa est/ aspera/ inequalis/ vastis vltro citroq; hyans profundis. in que a medio procidens animus: illico naufragatur atq; perimitur. ¶ Vnde fit iterum vt i intellectualibus bonis solutior liberior & amplior sit animus/ q̄ in tellureis & sensibilibus. Nā per illorum aream per se/ immediatiꝰ & sine extero acquisitoue lumine/ tuto ferri & discurrere vndiq; potest: nūc in extrema/ nūc in medium. At horum per prata: haud aliter q̄ sine moraliū virtutum & acquisiti rationalis luminis presidio: ferri & discurrere iubetur. obseruandū insuper in eis est mediū: & ab eo digrediendum nusq̄. Et intellectualium verorumq; mentis bonorū area: est vt linea vtraq; parte infinita/ carens extremis/ vbiq; media/ bona & expetenda. in qua qui discurrit animꝰ timore nullo artatur: aut a libero motu prepeditur. Temporalium autem area finita est: & dissimilibus extremis ac precipitijs obsessa. per quam qui graditur timore & morali virtute artandus est. & ab extremis/ ijsq; q̄ dissimilia/ nō bona & nō entia sunt: continēdꝰ in medio.

Intellectualia bona vbiq; bona

Corporis bona tantū in medio bona.

Corporis bonū imperfectum.

Q̄ sit moralis virtus vtilis.

¶ Hec autem ex pauculis his propositionibus/ clariꝰ dinoscuntur
Hominis bona/ sunt duplicia: Alia simpliciter/ Alia secundum quid.
Simpliciter bona: sunt intellectualia et propter se bona.
Secundum quid bona: sunt sensibilia et ad aliud bona.
Intellectualia bona: sunt triniter et vbiq; bona.
Sensibilia: tantum in medio sunt bona/ in extremis vero mala
In sensibilibus bonis: morali opus est virtute/ qua contineamur in medio
Intellectualia autem bona: morali virtute non egent
Nam in intellectualibus bonis (cum vbiq; sint bona) nulla sunt precipitia
Intellectualis virtus: virtus est simplicis et absoluti animi
Moralis autem virtus: totius est hominis propria.
Hec etenim inter corpus et animum: pacis federa sancit

Animus per ſe ſine exteriore lumine diſcurrens



Area ītellectualiū bonorū p̄cipitiis cares vndiq; tuta



Quid morales virtutes.

Sunt enī morales virtutes/acquiſita in nobis pluri conſuetudine lumina: interni noſtri rationalis oculi preſidia/fulture/opitulatiões/ ardentes facule. quas ſūmopere hi in manibus gestare debēt: qui fortune fritillis & inſtabilib⁹ aleis exponūtur. qui in temporalium bonorum area decertāt/qui tuto per voluptaria carnis tempe: diſcurrere/ & peregrinari cupiūt. vt peracto felici peregrinationis ſue curriculo/emeriti milites/ herculei athlete/ ſagitata in huius mundi palude lernea y dra/in iocundiſſima/ ſemperq; virētia intellectualium bonorum prata & topiaria deſumantur. ¶ Sed cū inſipiens rationali huiuſmodi acquiſito luſe orbatus/in tenebris(iuxta diuinum eloquium)ambulet: precipua illi & propter ſe ſūt materialia/ſublunaria & vniuerſa corporis bona.animam deſpicit:corpus anime loco habet. Celeſtia poſtergat & calcat:terrena extollit/& in ante totis viribus expetit:in celo pedes/ in terra caput preposter⁹ figit. Tēp⁹ autumat eternū:intelligibilia/ ſpiritalia & quecūq; ſē ſui minime parent: vana & nulla eſſe credit.

Inſipiens prepoſter⁹ homo.

¶DE VERA SAPIENTIS LIBERTATE. CAP.XVIII.



APIENTIS MENS EXVBERANTISSIMA EST ET SEMper plena. Si quid expetit/ita prosequitur: vt ei⁹ inexpers/ & minime indiga. Hinc nulla priuatione angitur/ nulla flaceſſit amaritudine: ſed eſt ei priuatio omnis vt plenitudo. Ab appetitu haud īmoderate corripitur cupiditatum ardētiam reprimens/ imperitos & improuidos mot⁹ ſiſtit. ¶Ideſus maxime propriū eſt & peculiare: vt libere/ ſpōte & q̄ facillime moueat & cuncta operet. Libere inquā ex volūtate: q̄ omne qđ rationabile/ quod pulchrū/ quod bonū & eligēdū eſt: libēs agēdū ſuſcipit. Facile vero ex potentia: cum poſſit ſemper plurima. vt qui mente omnia cōprehendit: actu omnia factus eſt. Et vt ſapientiſſimus toreutes/ omnem īnſe ſculpſit imaginē. Vt pantomin⁹ hoc eſt omnium imitator: omnia habet preſentia nuda/ & adaperta. Omnibus deniq; inſit⁹ eſt: perinde atq; & cūcta illi per ſpecies inſita creduntur. ¶Q⁹ autem plurima ſemper poſſit & peragat ſapiens: hinc euadit dilucidū. Nam cum trine ſint noſtrarum actionum cauſe/ trina agendorum initia: Intelligentia. Poteſtas/ Voluntas: adeſt ſapienti ſincera intelligentia & eorum que honeſta & agenda ſunt/ lucidiſſima cognitio. Vt cuius defecatiſſima mēs preclaro rationis pollinario: furfureā omnem & craſſam ignorantie nebulam/ excuſſit atq; in mundi retrimenta dimiſit. Suppetit & illi (vt diximus) agendorum poteſtas: cū nichil nō ſit/ et aliquopacto omnia poſſit. Adeſt & ipſi poſtremo eorum voluntas: que & agenda intelligit/ & agere poteſt. ¶Vbi igitur hec tria: Intelligere/ Poſſe/ Velle: vna & cōcordi chorea/ inuicē colligantur: libera eſt/ facilis & inimpedita ſapientis actio. Intelligentia quippe illi/ quid agendū ſit īprimis aperit. Poteſtas deinde ſubiecti apprehēdit metiturq; vires. Volūtas demū ſubiectū permouet aſſentitur/ proſequitur. ¶Q⁹ ſi harum aliqua cauſarū defuerit: aut impedita/ aut nulla ſubſequetur actio. Nam ſi intelligit/ poſſitq; quiſpiā quod nolit: Aut intelligit velitq; quod non poſſit: Aut poſſit velitq; quod minime nouit: Aut ſi neq; nouerit neq; potuerit/ neq; velit: caſſ⁹/ irritusq; mouetur.

Sapiēs libere cuncta agit.

Triū cōcordia actiōis initium.

Cōbinationes cauſarū actionis	Trine noſtrarum operationū cauſe			
	Intelligit	o	o	o
	o	Poteſt	o	o
	o	o	Vult	o
	Intelligit	Poteſt	o	o
	Intelligit	o	Vult	o
	o	Poteſt	Vult	o
	Intelligit	Poteſt	Vult	Actio
	o	o	o	o

¶Vnde fit vt ad omnem actionē/ deploratus inſipiens ſit incōmodus/ inexpeditus/ inhabilis. Vt cui⁹ intelligētia ceca & iprouida: vires/: facultates & habitus nulli. Sunt enī mētis almicie almarumue & honeſtarum rerum habitus: quedā animi vires/ facultates & noſtrarum operationū cauſe. He autē ab murcido/ & iſipiēte ignauo homie/ procul abeſſe dinoſcūtur. Ei⁹ quoq; volūtas ingenti addicta mycropſycoſi/ ideſt animi puſillitati: nil ſibi cōuouere audet: cuius exequendi/ & adimplendi facultatem non habet.

Inſipiā ad agēdū iucōmodus.

¶Q⁹ SAPIENS OMNIVM FINIS ET VT TERRENVS QVIDAM DEVS. CAP.XIX.



APIENS EST RERVM OMNIVM MATERIALIVM/ET QVE firmamento ambiuntur/ verus conſumatuſq; finis: & (vt pleriq; ſentiūt) terrenus quidam mortaliſq; deus. Mortalis tamen (vt docuimus) dum taxat toto/ & id quoq; preter naturam & ad temp⁹: extemporanea abiunctione & ſeparatione ipſi⁹ partium. ¶Hac enim abiūctione: ad tempus id quod totum hominē appellam⁹: ſubſiſtere deſit/ interit/ nō eſt. Et pars eius altera (vt corpus) que ab reliqua anima recipit vitam: identidem in ſuam redit materiem/ in cineres abit/ in atomos reſoluitur. Anima vero natura ipers/ imaterialis/ etherea/ ſpiritaliſq; ſubſtātie: haudquaq; morte labaſcit/ diſſoluitur

Mors eſt partiū abiunctio.

Saperde ſapientes.

interit. ſed integra / vna / tota et ipſa: et que in ea abdita ſunt / vniuerſa perſeuerãt et in immortalitate perdurant. ¶ Eam etenim ſaperdarum et verorum mundi herorum ſemiq; deorum / feliciſſimam ſpem eſſe oſtendimus: vt dũtaxat toto et parte ſui altera (vt corpore)

Spes imortalitatis

norint ſe eſſe mortales idq; tantum ſecundum tempus. Animo vero didicerunt / ſciuntq; ſe imortales. et quandoq; futurum vt rurſum e tellureo puluere & priſcis atomis: euannata / diſſolutaq; ſui pars: inſtauretur. Anime rurſum perpeti conuotione et federe ſocietur. redeatq; totus homo in antiquam naturã: corpus ſcilicet i anime organũ ac naturale domicilium / quo nũq̃ emigrabit anima: hec vero in illius vitam. ¶ Hec iocundiſſima immortalitatis ſue cogitatio: ſe internis ſapientum oculis dies / nocteſq; ingerit. Huic aſſidue inuigilãt ac antelucãtur: beatiſſimam et immortalem ſpem / iugi tacitaq; mentis penſiculatione verſantes. ¶ Vnde manifeſtum eſt ſapientum multitudinem (vt ſacra canunt eloquia) ſanitatẽ eſſe orbis terrarum. vt qui rerum omnium norunt cauſas: quid et propter quid ſint. Singulorum nouerunt menſuram / ordinem / numerum / locum. Cunctis inſuper reb9 / rite ſoli vtũtur. Suis gradibus et naturalibus ſedibus (diuine iſtarmentis) cõtinent ac ſiſtunt vniuerſa. Quodlibet ad propriũ finem ducunt. Sine his inequalitas in mundo accidit et quedam rerũ iniuſticia: vt vni plus / alteri minus tribuat. ¶ Toti fit iniuria mũdo: vt pote naturali ſui ſpeculo carenti. Eſt enĩ homo / preſertim ſapiens: naturale ſpeculum vniuerſi: in cuius mẽte / quecunq; in mundo ſunt: apparere / dinoſci ac ſplendeſcere nata cõprobantur. ¶ Nam quẽ admodum rerum ſubſtantie in mundo ſubſiſtũt: ita et rationabiles earũ fulgores / igniculi ſpecies vereq; notiones degunt in homine. Omna ſiquidẽ eſt mundus: ſcit tamen nouitq; nichil. Porro exiguum et fere nichil eſt homo: ſcit attamen nouitq; vniuerſa. Et quãtus ille ſubã: tãtus hic deprehẽdit eẽ ſcia. Ille ſbãrũ oĩm: hicrõnũ eſt oĩm locus. Ille veritas his ſimilitudo. ¶ Mũd9 oĩa preſẽtat. Hõ oĩa iudicat / ituetur / ſpeculaĩ. Mũdus oĩm eſt obiectũ / geſtans omnem in ſe veritatẽ: Homo vero omnĩm ſpeculum / omnẽ continens & ſibiipſi obiicicus imaginem. Homo deniq; fulgor eſt / ſcientia / lux et anima mundi: Mundus vero vt ipſũ hominis corpus. Vterq; maximus eſt et minimus. Mundus maxim9 ſubſtantia / ſciẽtia nullus. Homo ſcientia ampliſſimus / ſubſtantia puſillus. Vterq; ſtat in vtroq;: vterq; vtriuſq; capax. Hominis enim ſubſtantia verſatur in mundo: mundi vero ſcientia in hoie. Mundus

Cõpatationes mundi et hois.

Mundus	Subſtantiarum	Omnium	Locus	Eſt
Homo	Scientiarum	Omnium	Domiciliũ	Eſt
In mũdo	Subſtãtia	Omnis	Degit	
In homine	Scientia	Omnis	Collocatur	
Mund9	Sbã eſt	Omnia	Scientia nichil	
Homo	Sbã puſillus	Scientia	Omnia eſt	
In mundo	Rerũ ſubẽ	Sũt	Impermixte	
In hoie	Rerũ rõnes	Sunt	In confuſe	

ſubſtantialis mundus eſt: homo rationalis mundus. Quãta in mundo ſubſtantiarũ diſcretio / quantaq; rerũ differitas: tantum in homiue rationum diſcrimen. In vtroq; ſunt omnia in quolibet quodlibet & in vtroq; nichil In homine ſubſtantia nulla: in mundo ratio itidem & conceptio nulla. Vacu9 vterq; eſt et plenus vterq;. Inops rerũ homo: rationum dines eſt. Mund9 vero rerũ plenus / inanis rationum.



¶ Q; DVO INTELLECTVALES MVNDI. CAP. XX.

FIT EX HIS VT DVPLEX SIT INTELLECTVALIS MVNDVS Vnus ſubſtantialis/rationalis alter. Vnus ſupra firmamentum: Alter ſub firmamento. Vnus in rerū natura et ſubſtātia: Alter in ratione et humana mente. ¶Nā que ſuper celos fūt beatiſſia entia/ et prime mundi ſubſtātie: vt omniū exemplaria/ archetypi et abſtractiſſime forme: veraciter intellectuales ſunt & penitus inſenſibiles. eorumq; regio: primus/ naturalis et verus intellectualis mundus nūcupatur. ¶Porro ſub celo/ omnis ſubſtantia/ cū ſenſibilis ſit: prouidit aliter ſenſibili mundo/ intellectualem regionem deus/ in humana mēte. In hac ſiquidem abditus eſt rerum omnis rationalis fulgor et ſpiritalis emanatio. In eam (vt in veriſſimas ſenſibilis mundi conflages) vndecunq; mūdani procedunt ſpirantq; ventuli. In ea deniq; ex mundana euaporatione atq; ſuffitu/ concreſcit/ gigniturq; rationalis et lucidiſſima ſapientis caligo. cui⁹ aſpergine/ rore/ et imbre reſperſa huāna mens: haud iam mundo inferior/ cunctarum rerū intellectualiū bertate viret ſeq; hoc pacto (nullis nō ipregnata ſpeciebus) in alterā intellectualem regionem diſtendit. Si igitur gemini ſunt intellectuales mundi/ vtiq; trini erunt mūdi: intellectuales duo et ſenſibilis vnus. Nam quicquid eſt ſuper celum: verus eſt et primus intellectualis mūdus. Quicquid autē ſub celo (preter hominem) mundus eſt ſenſibilis. Homo vero alter eſt et ſecund⁹ intellectualis mundus: rationalis/ deriuaticius/ fecundus. Et nōmodo intellectualis eſt mūdus homo: ſed et quidam ſenſibilis mundus. ¶Eſt enim (vt in libro de intellectu dictū eſt) hō & aio et corpore vniuerſa. quando quidē humanū corpus/ toti⁹ eſt materie finis: nature op⁹ ex materia ſupremū cūctor⁹/ lōge ſpecioſiſſimū. Eſt igitur hō mūdus vterq;: itelligibilis animo/ Sēſibilis corpore: idē eſt mūdi vtriuſq; ſcirpus/ vinculum/ coherentia et connexio ¶Vnde fit vt hūani cōmercij & contubernij vice/ in ſenſibilium regionem intelligibilia traducantur: et in intelligibilem mundū/ ſenſibilia tranſportentur/ emigrētq;. Nam nichil ſub celis eſt intelligibiliū: preter hominis/ animum: Nullus alius eſt ſublunaris intelligibilium locus. Nil etiam ſenſibiliū ſupra celum fieri/ Nil ex materia celos penetrare: Nil ſublunare/ in ſuperceleſtibus thalamis recipi natum eſt: preter hominis corpus/ quod materiale qdē & ſenſibile eſt/ ex terra et materia conflatum. ¶Itaq; quandiu homo ſub celis degit/ quandiu adeo peregrinus/ ſenſibilem incolit mundum: per hominis mentem/ intelligibilis mundus in mundo eſt ſenſibili. Eſt ei hois animus/ intelligibilis quidam et rationalis mundus: intelligibilium omnium notionum thalamus. Vbi vero poſt emigrationem e terrenis latomiis tam corpore q̄ animo (vt in futura reſurrectione) angelorum lucidiſſimis choris annumerabitur homo: vbi dei ſinechus angelico pane conueſcetur: erunt ediuerſo per hominis corpus/ ſenſibilia i intelligibilem regionē et ſenſibilis mundus in intelligibilē traductus. Eſt enī (vt diximus) humanum corpus/ ſenſibilis quidam mundus: ſenſibilium oīm ſymplegma/ concurrentia et finis/ toti⁹ materie/ ſublimis gloria veraq; perfectio. Nam toti⁹ materiei pars nulla/ preter humanam materiam et eam qua humanum corpus coaluit: in celū nata eſt attolli. ¶Igitur ſicut e cunctis ſpiritalibus et incorporeis creaturis tātū vna vt humana aīa/ ſub celum peregrinatum mittitur in terras: ita & e cunctis corporibus/ tantū vnū (vt humanum corpus) e terris/ in celum deſumetur. Et mirabili profecto concinentia: p hominis mediū/ vterq; mundus: in vtrumq; tranſfertur. In preſenti enim ſeculo/ per hominis animū/ intelligibilis mūdus/ ſub celis fit. In futuro vero per hominis corp uſculū cōtra: ſēſibilis/ intellectualē regionem ſubibit: Materialis immaterialē/ Corporeus ſpiritalem.

Quis primus intellectualis mūdus.

Homo animo et corpore ē vniuerſa.

Quando intelligibilia ſenſibilibus.

Quando ſenſibilia i intelligibilibus.

Quattuor ſunt mundi duo intellectuales duo ſenſibiles.			
Intellectualis maior	Intellectualis minor	Senſibilis maior	Sēſibilis minor
Etherea regio	Hominis animus	Sublunaris mūd⁹	Hois corpus

Sequuntur propoſitiones comparationum.
vtriuſq; mundi adinuicem

Quattuor ſunt mundi: duo ſenſibiles/ duo intelligibiles
Duo item maiores mundi ſunt: Et duo minores
Ex maioribus: Alter eſt intellectualis/ alter vero ſenſibilis
Ex minoribus itidem: Alius eſt intellectualis/ Alius vero ſenſibilis
Ex maioribus item: alter eſt ſuperceleſtis alter ſublunaris
Ex minoribus vero: alter ſpiritalis alter corporeus

Intellectualis maior: est superceleſtis & etherea regio
Senſibilis maior: est Sublunaris ſenſibiliſue mundus
Intellectualis minor: est humana anima / rationum omnium locus
Senſibilis minor: est humanũ corpus/ cui omnis ſenſibilis ſubſtantia famulatur
Vniuerſum; ex vtroq; maiore mundo conflatur
Homo quoq; totus: ex vtroq; minore mundo coaleſcit
Homo totus: equalis est toti vniuerſo/ conſtans ex partibus iſdem
Hominis quoq; partes; vniuerſi partibus reperiuntur equales
Hominis animus: equalis est etheree ſuperceleſtiq; regioni
Hominis quoq; corpus: ſublunari mundo probatur equale
Totum vniuerſum: totius est hominis obiectũ / dinoſci ab homine natum
Vniuerſi quoq; partes: hominis partium obiecta/ eſſe declarantur
Hominis animus: capax est ethereę regionis & eorũ que in ea verſantur
Hominis item corpus: ex omni que ſub celo est ſubſtantia refouetur.
Nunc per hominis animũ: intelligibilia in ſenſibili mundo ſunt
Tandem per hominis: corpus ſenſibilia in intellectualem mundũ emigrabunt
Nullus ſub celis/ est imortalis actus: preter hominis animũ
Nichil ex materia & terra conflatũ/ preter hominis corpus: in celos penetrabit
Ex omni ſpirituũ genere: tantum vnus vt humanus ſub celis degit
Ex omni item corporũ genere: tantum vnũ vt humanum ibit in celũ
Spirituum imortalium vltimus: nunc peregrinatur ſub celis
Corporũ omnium ſupremũ: in ethereã attolli regionẽ est natum
Naturalis animi regio: est intellectualis mundus maior
Naturalis corporis regio: est ſenſibilis mundus maior
E propriis thalamis/ nunc in corporis regionem peregrinatur animus
E propria quoq; regione ſua: corpus in animi patriam aſſumetur
Impoſſibile est ſine corpore: animũ ſenſibili mundo ineſſe
Impoſſibile est ſine anima: corpus in celum euehi & attolli
Nunc in regione corporis: habitat anima corpori ſociata
Tandem in animi regione: habitabit corpus animo coniunctũ
Nunc per ſenſibilem mũdum/ corpus animam defert
Tandem per mundi intellectualis aulã: anima corpus vectitabit
Anima nunc in corpore & in ſenſibili mundo: temporalem habet manſionem
Futurum est vt corpus cũ anima: in intellectuali mundo eternã manſionẽ recipiat
Preſentes corporis ſudores: temporanei ſunt
Futura autem eius in regione animi merces: imortalis.
Ex preſenti animi & corporis temporali federe: elicietur eorũ indiſſociabile fedus

HOMO PARS VNIVERSI

CAP. XXI

SI HOMO PRECIPVE SAPIENS EST ANIMA MVNDI: TAM vtiq; neceſſarius est homo mundo/ q̃ corpori anima. Et eo pacto vniuerſi pars erit homo: quo & totius hominis pars est anima. ¶ Et ſi homo (vt ſapiens) ſuiipſius capax/ ſeq; ipſum noſſe predicatur/ dicendũ & vniuerſũ ſui capax/ ſemetipſum noſſe/ ſeq; poſſe intueri. ¶ Nã noſſe ſeipſũ dicitatur homo: cp in ſeipſũ redeat. que pars eius altera: alteri obiiciatur atq; preſentetur. Et harum partium que alteri⁹ arbitra & ſpectatiua: est vt anima in ſeipſam quoq; reuecta atq; reciproca ſuiipſius intuitiua/ & ſpeculatiua euadit. reliqua vero vt corp⁹: neq; ſuiipſius/ neq; alteri⁹ fert vllũ iudiciũ: ſed est oĩs ratiõis ſciẽtie/ & itellectiõis: exors. ¶ Hõ itaq; noſſe ſemetipſũ dicit/ haud quia tot⁹ totũ: ſed quoniam pars eius vt anima & ſeipſam & reliquam partem: cõprehendit/ nouit ſpeculatur. Sed & in hac ſui gnaritudine indipiſcenda: fluxus cõtingit atq; ſucceſſio. quandoquidem anima nõ ſimul corporis/ ſuiq; notitiã apprehẽdit. Sed prior illi adeſt corporis: deide ſui cognitio. Vbi vero anima & ſui corporis & ſuiipſius notitiam/ est adepta: tum primum conſumata eſſet. Tũ etiã primũ ſapiẽs homo: tot⁹ a ſeipſo cognit⁹/ ſubipſi dilucid⁹/ ac pui⁹ pnũciatur.

¶ Ita igitur et vniuersum dicatur sibiipsi dilucidum/a semet cognitum/consumatum/ sapiens atq; perfectū: haud quia toti totius: sed quia parti vniuersi insit toti⁹ ipsius ratio/cōceptio/scientia. Pars item parti opposita/et obiectata: a parte prehendatur/spectetur dinoscatur: vt corpus mundi ab anima mundi. Est enim homo/mūdi anima: Mundus vero & quicquid sub celo visitur: hominis est vt corpus. Et ex homine et mundo/fit id quod dicim⁹ vniuersum: persimile et proportionabile toti homini. Et huius vniuersi anima/est totus homo corpus vero mundus. Et pars eius vna partem alteram deprehendit: vt homo mūdū. Pars insuper eadem/que alteram dinoscit: seipsam quoq; spectat: et suiipsius arbitra et censoria fit. Reliqua vero neq; potiorem/neq; seipsam cospicari et intueri potest. Nam neq; seipsum/neq; hominem: mundus vllo pacto apprehendit. Homo autem et mūdi et suiipsius: arbiter iudex et speculator efficitur. ¶ Eadem igitur ratione et causa/qua seipsum sapiens homo nosse dicitur: dicendum est et vniuersum nosse seipsum. Haud quia a toto totum: sed quia ī vtroq; a parte/pars: et exinde totum deprehensum et cognitum est. Corpus inquam ab aīa Anima ab anima/Totum deniq; ab anima. ¶ Et sicut anima non est homo neq; corpus hō: sed hec duo/Anima et corpus sunt ipe homo: ita et homo/vniuersum non est/neq; mundus vniuersum. Sed hec duo/homo et mundus (vt ex anima & corpore) vniuersum confiāt. Et vt hominis anima: corpus/priusq; seipsam intuetur: et ex corporis agnitione/claudit insertq; sui noticiā: ita et vniuersi aīa/homo: mira proportiōe corpori vniuersi ideſt sublunari mūdo: prior q; sibiipsi adesse cōperitur/et ex mūdi scientia in semet ingredi/sibi adesse/seq; contueri. Et vt ad hominis substentiam necessaria probatur anima: ita et ad vniuersi complementum et subsistentiam/per q; necessarius et expetendus est homo/et precipue sapiēs homo: que est verissima mundi anima.

Anima et corpus sūt homo.

Homo et mundus sūt vniuersum.

¶ PEREGRINATIO HVMANE ANIME. CAP. XXII.

SAPIENTIS ANIMA IMPRIMIS PER EXTIMORVM SENSVum valuas/spiritaliter extra corpus profecta: in mundum peregrinatum abiit. et a cunctis rebus quas in mundo reperit abstracta sublataue speciei atomo: in corpus rediit. finxitq; ex collectis specierum atomis/virtutis hominem: veram primi sui naturalis ac tellurei hominis imaginē/formam arcethypum/lucem/sciētiam et apparitionem. cuius habitus sapientia ē: et hominis in omnia/siue omnium in hominem: per species transsūptio/traductio & commutatio ¶ Vnde manifestum est: sapientiā esse quādam humanitatem. et primi nostri/indefecati naturalisue hominis imaginem/veramq; speciem. seu artis hominem: ex primo naturali homine et ipso mundo felici congressu) progenitum. Est enim hic secundus homo velut proprium humane contemplationis obiectū. velut item mundi exodium/exitusue/ac palinodia: qua a mundana peregrinatione/sapiens homo recinit/canitq; receptui. Est et hic homo quedam progenita primi hominis minerua primi intra se receptio/reuocatio/māsio ac sedes. ¶ Manifestum item est: sapientiā esse quēdam hominis numerum/discrimen/fecunditatem/emanationem: eamq; cōsistere in hominis dyade/genita ex priore monade. Prim⁹ enim natiuus noster/& sensibilis homo/ipsiusq; nature mutuum: monas est: et totius humane fecunditatis fons atq; initium. Artis vero homo/humanaue species arte progenita: dyas est et primi quedā hominis emanatio/sapiētia/fructus et finis. Cuius habitu qui a natura homo tantum erat: artis fenore & vberrimo prouentu/reduplicatus/homo vocatur: et homo homo. ¶ Et non modo ad dyadem sed & aduscq; tryadem/humane sapientie vis/hominis numerum extendit humanitatemq; propagat. Sine quippe medio/extrema sunt nulla: Sine propinquitate/nulla distantia. Sine concordia/dissociatio nulla. Et sine concurrentia/nulla disparata. Sunt autem monas & dyas: Natura item et ars quedā extrema. Similiter & nature homo et artis homo. seu substātialis homo et vera eius imago/virtute progenita. Nature mutuum siue naturale donum et hominis acquisitum. ¶ Horum igitur extremorum symplegma est aliquod/concordia et concurrentia aliqua. Aliquis amor/pax/vinculum: et medium aliquod amborum prouentus vnio/fructus emanatio. Iuncta etenim inuicem monas et dyas: tryadem eliciunt/proferuntq; suam copulam/vnionem et concordiam. Itaq; sapientia quedam: est trina hominis sumptio/hominis trinitas/humanitas tryas. Est enim trinitas: totius perfectionis

Specierum abvnoquo abstractio.

Sapientia hominis numerus.

Sapia ī trinitate consistit.

emula cum ſine trinitate/ nulla reperiatur perfectio.

¶ OMNEM COGNITIONEM ALIQVO PACTO ESSE TRINITATEM.·. CAP.XXIII.

VICVNQVE PRECLARAM COGNITIONIS VIM ATTENtiuſcule librabit: cõperiet profecto haud ſine numero/ diſcretione & trinitate: cognitionem fieri poſſe. ¶ In omni quippe cognitione: aliud eſt ſpectatiuum/ Aliud preſentatiuum ſiue obiectum: et aliud vtriuſq; medium/ quo fit et exercetur ipſa cognitio. Aliud ẽ quod ſpectat/ Aliud qđ ſpectatur: et alius vtriuſq; actus/ amborum emanatio. Vt alius eſt in anima intellectus: Alia memoria: Alia contemplatio/ amborum (itellectus et memorie) functio. ¶ Intellectus primus et ſpectatiuus eſt omniũ. Memoria vero ſpectabilis et omnium intellectui preſentatiua. Contemplatio autem: eſt ipſa iſpectio et preſentatio: per quam intellectus et memoria in actu ſunt. ¶ Diffinitur enim contemplatio vtriuſq; actu: ſpeculatione ſcilicet et preſẽtatione. quorum hic memorie/ ille vero intellectus eſt actus. Et intellect9: eſt vt monas et homo nature. Memoria vt dyas & virtutis homo. Contemplatio vero vt tryas et amborum hominum vinculum. Eſt enim (vt in libro de intellectu docuimus) intellectus: memorie vnitas: et eius actus/ prior actu memorie Memoria vero intellectus dualitas/ numerus et reſumptio: et eius actus/ illius actu poſterior. Contemplatio vero trinitas eſt et vtriuſq; perfectio. ¶ Nempe intellectualis ſpecies primitus eſt i intellectu: ſecundo in memoria/ tertio in contemplatione. Et prima ac ſimpliciſſima intelligibilis ſpeciei ſumptio: dicitur eius acquiſitio et intellectio. Secunda vero ei9 ſumptio: ipſius eſt conſeruatio et memoria. Tertia autem eius ſumptio: contemplatio et ſpeculatio vocatur. Primus quoq; ſpeciei ſtatus/ eſt in intellectu: Secunda eius ſedes: in memoria. Tertia vero eius poſitio/ in contemplatione. Et intellect9/ primus eſt & per ſe: qui gignit implet/ fecundatq; memoriã. Ab ambobus vero/ equa lance/ contemplatio et ſpeculatio p fertur/ deriuatur/ procedit. Et hec tria vnum ſũt in anima: vna atq; impers anime ſubſtãtia. vnica eadem et conſubſtantialis/ trinitas animi. ¶ Vnde fit vt cum tres ſint hominis cogniones: Ratio/ imaginatio/ ſenſus: homo ter trin9 euadat Trin9 inquã in anima/ Trin9 in corpore. Trinus in mundo. In anima trinus eſt per rationem et contemplationẽ: que fit ab aia in anima/ mediante rationali et intellectuali ſpecie. In corpore ſiue in toto ſeipſo per imaginationem: que ab anima in corpore exercetur preſentatione et inſpectione ſpectrorum In mundo denicq; per ſenſũ: qui ab anima in mundo/ ſub ſẽſibilis ſpeciei medio exercetur. ¶ Omnis quippe cognitio: vt perfectionis emula: vt entis in ſe conuerſio et glomeratio: trinitatis numerum ſibi aſciſcit ac vendicat. clauditurq; geminis extremis et eorum medio: Potentia/ Obiecto/ et Amborum actu.

Intellectus Meõria cõtemplatio

Intellectualis ſpẽi trie in aio poſitiones.

Homo ter trinus.

Oĩs cognitio trinitas quedam eſt

Hõ ter trinus	In ratione	In imaginatione	In ſenſu
Hõ ter trinus	In aia	In corpore	In mũdo
Trinitas anime	Intellect9	Cõceptus	Meõria
Trinitas corpis	Imaginatrix	Spectrum	Corpus
Trinitas mũdi	Senſus	Sẽſibilis ſpẽs	Mundus
	Principiũ	Medium	Finis
	Spectans	Obiectũ	Preſentans

¶ HOMINIS NICHIL ESSE PROPRIVM ET PECVLIARE PRETER OMNIVM COMMVNITATEM. CAP.XXIIII.

Homo vniuerſã naturã imitatur

HOMINIS NICHIL EST PECVLIARE AVT PROPRIVM: SED ei9 omnia ſunt communia/ quecunq; aliorum propria. Quicquid huius et huius/ illius et alterius et ita ſingulorum eſt proprium: vnius eſt hominis. ¶ Omnium enim in ſe naturam trãſfert/ cuncta ſpeculatur: vniuerſam naturam imitatur. Sorbens enim hauriensq; quicquid eſt in rerũ natura: omnia fit. Nam neq; peculiare ẽs homo eſt/ hoc vel hoc: neq; ipſius eſt hec aut/ hec natura. ſed ſimul omnia eſt: omnium concurrentia/ rationale chaſma et congregatio. ¶ Et ſi hominis finire et complecti volue

ris naturam. ſuſpice quicquid in celo eſt/ quicquid in elementis & vniuerſo mundo. Hec enī omnia/ a cunctis: maioris hominis ratione/ nomineq; finiūtur. ¶ Duos igitur homines natura procreauit & genuit: maiorē vnum/ quem vocamus mundum: minorem alterum/ qui ſpecialiore noīe/ homo nūcupatur: Maior ille/ actu omnia eſt. Minor vero poteſtate vniuerſa. Huius ergo ſedulitate/ actu/ operatione & motu: ex potentia elicitur actus: Micat lux e tenebris. Et ex cōfuſione numer⁹/ ordo/ diſcretio infertur. quoad minor/ totum maiorē cōceperit: quoad diſcuſſa omni natiue ignorantie caligine: nichil non norit minor: nichil nō mente teneat/ nihil non ſit. Hoc enī pacto minor perficitur: dum quod in eo fuerat turpe componitur. quod rude/ informe & ſine ſpecie: ſpeciei (vt diuus Dionyſius ait) ſuſceptione/ euadit illuſtre. ¶ Intellige rurſum naturā duos homines peperiſſe: alterum cōflatum in cētro/ in mundi medio & in actu ſubſiſtentē: hic enim noſter eſt homo. Alterum vero conflādum/ imperfectū/ Subſiſtentem in potentia: In circūferētia/ in mūdo/ in materia. Et in multitudine atomorum: quarū ſingule ſingulis inſint ſubſtantijs. ¶ In omni quippe mūdana ſubſtantia: aliquid deliteſcit hūanum: Aliqua cuiuis ſubſtantie indita eſt hominis atomus/ homini propria/ qua cōponendus eſt & conflandus ſtudioſ⁹ homo quam ſibi vendicare & ingenij vi abſtrahere a materia/ natus eſt homo: qui omniū celebratur eſſe potentia. & cui⁹ aliquid/ eſt in quolibet: & in quo rurſum cuiuſlibet: aliquid recipi natū eſt. ¶ Qui igitur cōflatus eſt & perfectus a natura homo (homo inquam noſter/ ſitus in mundi medio) matris imperio/ per mundū circunferri iuſſ⁹: exquirit a ſingulis que ſua ſunt/ abſtrahit a qualibet mūdi ſubſtātia proprie ſpeciei atomū. Illam ſibi vendicat atq; inſerit: & ex plurium ſpecierum atomis ſuam elicit profertq; ſpeciē. que naturalis & primi noſtri hominis fruct⁹ ſeu acquiſitus ſtudioſuſue homo nuncupatur. Hec itaq; hominis eſt cōſumatio: cū ad hunc modum/ ex ſubſtantiali ſcilicet homine rationalem: ex naturali/ acquiſitū: & ex ſimplici cōpoſitum/ perfectum/ ſtudioſum.

Maior & mior homo

Alius de vtroq; hoie philoſophā dimodus.

¶ COMPARATIO ORIGINIS HVMANE SVBSTANTIE: AD HVMANAM ERVDITIONEM CAP. XXV.

VIC/ AVTEM SPIRITALI HVMANE TRINITATI/ QVE IN hominis eruditione/ cōſumatione & perfectione cōtingit (ex naturali iquam homine/ ex ſtudioſo/ & amborū viculo) proxima & proportionabilis eſt alia quedam trinitas. que i humane toti⁹ ſubſtātie ortu ſiuein prima hūani generis a deo creatione & ad eſſe productione ſucceſſit. ¶ Nā ſicut humanus animus haud ſimul/ aut nō vnico actu eruditur ſed in tēpore & actibus ttinis (primo intelligentie/ quo profertur & oritur in aio intelligibilis ſpecies: ſecūdo memorie/ quo ſpecies eadē ſiſtitur/ cōſeruatur & collocatur in memoria. Tertio contēplationis: quo ſpecies eadem ab intellectu ſpectatur & preſentatur a memoria) ita & humanū genus/ humanaue ſubſtātia: haud repentinam habuit originem. neq; actu vnico in eſſe nature prodijt: ſed in tēpore & actibus trinis ¶ Protulit enim diuina mens imprimis: hūani generis actum hoc/ eſt virū. deinde ex actu potentiā ideſt mulierē eduxit. Tertio ex ambobus extremis actu & potētia viro/ & muliere eorū medium/ ſtatū conſumationem & finē (amborum inquam filiū) proferri gigniq; voluit per quem hūana ſpecies integrū/ totū/ perfectū trinūq; eſſe naturaliter eſt adepta. ¶ Prim⁹ enī vir adā: creat⁹ a deo eſt deinde ex viro genita & plata mulier: viri/ hūaniq; generis potentia. Terti⁹ ex viro & muliere: pdijt amborū fili⁹. ¶ Adā igit vt intellect⁹ quidā eſt: Eua vt meōria: Abel vt cōtēplatio & vtriuſq; act⁹. ¶ Adā rurſū vt naturalis noſter homo. Eua vt acquiſitus & ſtudioſ⁹ homo: naturalisue hominis ſpēs & imago. Abel vero vt nature & virtutis copula: vt vtriuſq; naturalis & ſtudioſi hoīs cōnexio. ¶ Adā homo eſt p ſe ex nullo progenitus homine: Eua homo ex homine/ Abel homo ex hoīb⁹. Adā rurſum monas. Eua dyas: Abel trias. ¶ Adā hō tātū: Eua homo hō: Abel hō/ hō hō. ¶ Ab Adam in Euā: motus eſt vni⁹/ ivnū. Ab adā vero & Eua ſimul/ i Abel: duorū in vnū mot⁹ & in eodē vno ſtat⁹. ¶ Adā deniq; Eua Abel: & eq̄les iter ſe ſūt & ſpecie vn⁹ hō: ſiue vni⁹ ſpēi & conſimilis ſubē homo/ q aliquo pacto & vn⁹ & trin⁹ eſt. Sicuti & pri⁹ hūan⁹ anim⁹/ vnus ac trinus eſſe dict⁹ eſt: vn⁹ & idiuidu⁹ ſubā. Trin⁹ vero itellectu/ meōria & vtriuſq; acqſita ſpē. Equalis eſt intellectui meōria Et vtriuſq; ſpecies (qua fit contemplatio: que ab hac preſentatur/ ab illo conſpicitur) vtriq; ſpiritaliter equalis & conſimilis eſt.

Spiritalis trinitas in aimi cōſumatione

Alia trinitas in hois creatione.

Adā Eua Abel quib⁹ reſpō deāt.

Trinitas animi	Intellectus	Memoria	Species
Trinitas hois	Adam	Eua	Abel
Functiones aii	Acquisitio	Conseruatio	Cōtēplatio
Processus hois	Homo per se	Hō ex hoie	Hō ex hominibus
Nūer9 hois	Homo	Homo hō	Hō hō hō

¶ HOMO VNIVERSI SPECVLVM. CAP. XXVI.

HOMO NICHIL EST OMNIVM. ET A NATVRA EXTRA OMnia factus et creatus est: vt multiuidus fiat/ sitq; omnium expressio/ et naturale speculum abiunctum et separatum ab vniuersorum ordine: eminus et e regione omnium collocatum/ vt omniū centrum. ¶ Speculi etenim natura est: vt aduersum et oppositum sit ei/ cuius in sese ferre debet imaginem. ¶ Finge autem omnia sita esse in mundi circunferentia velut infirmamento. in quo lucidissime rerum omniū exprimuntur visūq; species. Hoc argumento in medio mundi/ extra omnia factum esse hominem elicies vt vndecunq; in se manantibus/ mundanarum specierum spiculis/ atq; splendoribus vberius feriatur/ omniq; specie affectus euadat omniformis. ¶ Nam si alicui inesset rei homo/ ciusce rei et substātie (cui inditus esset) gnaritatem et scientiam adipisceretur nullam. quandoquidem omnis et cognitio/ et inspectio seu rerum obiectio/ specierūq; manatio: fit secundum dyametrum/ qua visum: spectatum et obiectum: ab se speculante & spectante potentia dirimitur. Est igitur et homo factus extra omnia: et omnia rursum extra hominem facta/ homini ex aduerso dyametri prestata. ¶ Nam si omnia in mundi circunferentia (vt in firmamento) locaueris: in medio et centro locandus est abs te homo: Vnde tota mundi circunferentia/ eidem liquido pelluceat atq; reueletur. ¶ Si vero omnia in trianguli basi statueris: hominem in trianguli vertice te locare oportet. quo tota basis p amborum laterum anguliasdefluit: quoue tota triangularis superficies irremigat: et vnde tota simul basis est conspicua et facile spectāda. Et in qnocunq; loco/ cuncta mundi statueris entia: in eius opposito/ abste collocandus et recipiendus est homo: vt sit vniuersorū speculū. ¶ Ea siquidem hois est: que et speculi natā. Speculi aūt natura est/ vt extra oīa locatum sit: cunctis aduersum et oppositum et vt nichil in eo receptum: nulla sit naturali affectum imagine. ¶ Q2 si speculum in visibilium rerum parte/ ordine et linea constituis specularem extemplo tollis commoditatem. vt aut nullorum/ aut non saltim oīm: imprimi afficiq; possit speculum imaginibus. ¶ Posito quippe in trianguli basi speculo: nulla eorū q̄ ad basim sunt/ ad speculum fiet linearum directio: nullum in speculum/ impluuium specie rum fiet. Identidem et si speculum in circunferentia locaueris: indirecte et inequales linee ad ipsum ab vniuersis que sunt in circunferentia protenduntur: ¶ Verus igitur et speculi et hominis locus: est in oppositione/ extremitate/ distantia et negatione vniuersorum. vbi inq̄ omnia non sunt: vbi nichil actu est/ Extra omnia: in quo tamen fieri omnia nata sūt.

Natura speculi

Homo extra omnia factus.

Omnis cognitio i distātia dyametri fit.

Eadem hominis que et speculi natura.

Verus speculi et hois locus

Homo et terra specula firmamēti

¶ Sunt enim omnia in circunferentia mundi: et fieri possunt in mundi medio. Vbi omnia sunt: non fiunt. Vbi vero fieri possunt/ et fiunt non sūt. Sūt i loco quo piam vno: fieri vero nata sunt fiuntq; in ei9 opposito. ¶ Vnde fit vt & terra et homo: sint speculum quiddam firmamenti: ab initio rude/ impolitum insincerum



illucidũ / imperfectũ / inane / omni carens imagine. Defluxu vero atomorum et naturaliũ ſpecierum e ſtellis firmamenti: vtraq; ſpecula impregnantur atq; fecũdantur. Et vtrũq; ſpeculum potentia quedam eſt firmamẽti: et eorum actuum qui ſublimes i firmamento micare conſpiciuntur / naturalis vmbra. ¶ Diſcreuit enim deus ab initio rerũ omnium ſenſibiles actus / eoſq; in firmamento locauit. quorum eum vmbre / radij / acumina / coni / vertices et atomi: ppẽdiculari radio in terrã ferant: ſra eorũ actuũ cõcurrẽtia / cõfuſio / vmbra et potẽtia nuncupatur: cuius numerus / eſt et quidã omnium numerus. ¶ Nam et firmamentum nũerus eſt et actus oim: terra vero & ipa quoq; / oim numerus eſt: ſed potẽtia. Quicqd firmamento ineſt / fieri in terra poteſt. ſicut et quicquid eſt in mũdo / fieri poteſt in homine. Eteni precipua hominis ſpecies / cuius habitum ſapientiam eſſe docuimus: haud huius vel huius eſt ſpecies: ſed aliquo pacto ſpecies omnium. ¶ Et ſi eadem eſt ſpecies: que & omnium dicitur ſpecies / et naturalis noſtri hominis ſpecies: neceſſe eſt vt et natiuus noſter hõ / quoquopacto ſit vt omniũ potentia. vt pote cuius actus eſt omniũ actus: cuius ſpecies omnium ſpecies / cuius imago omniũ imago: et cuius deniq; numerus omniũ numer9. Idem eſt ſtellarum firmamenti / idẽ atomorũ terre / idem hominis / humaneue ſpeciei et ſapientie numerus: cuius agnitio et deprehenſio / eſt et ſui et vniuerſorum gnaritudo atq; ſcientia. ¶ Sicut eni eſt eadem hominis et vniuerſorum ſpecies (Nã que hominis eſt: omniũ eſt: et que ẽ omnium / eſt hominis) ita et eadẽ vtrorũq; ſcientia / vnica ratio / par gnaritudo. ¶ Eſt igitur homo vltima ſuprema et precipua ſenſibilis mundi creatura: ſita et collocata extra oia tanq̃ omniũ potentia et concurrentia. Luminum inſuper et actuũ mundi / naturalis vmbra & vt quidã mundi mediũ. ¶ Nam conſumatis et perfectis omnibus / poſtq̃ actus ſinguli / ſua loca ſortiti ſunt: vidit deus deeſſe omniũ ſpeculatorẽ et vniuerſorum oculum. quẽ etherei ſuperne micãtes igniculi / quẽ ſublimes facule et firmamenti luiaria: quẽ valuarũ intelligibilis ſuperceleſtiſq; mundi (pleni infiniti luminis) ſidera ea antepagmẽta / ac tenuiſſime vmbelle irradiarent. cui ſuffulgerent aſſidue / vt totius mundi filio / vt naturali ſue imagini / vt oim paci et concordie. viditq; nullum ſupremo huic oculo inter cetera / ſupereſſe locum. Plena quippe actuũ erant oia: quodlibet ſuo gradu / loco et ordine cõſiterat. Et ex actib9 diuerſis diſparatiſq; ſpeciebus / aut rerũ differentiis et mundi luminaribus (que per ſe intermiſceri / confundi / concurrere: et fas et poſſibile non eſt) fieri homo haudquaq̃ poterat. ¶ Extra igitur cunctorũ differentias et proprietates in oppoſito oim loco / in conflage mũdi in omniũ medio coaluit homo: tanq̃ publica creatura. que quod relictum erat i natura vacuum potentiis / vmbris / ſpeciebus / imaginibus et rationibus ſuppleuit.

Terra vmbra ſtellarũ firmamẽti.

Hominis numerus omnium ẽ numerus.

Homo omniũ oculus

Hõ publica creata.

¶ CVR PHENICVM SAPIENTES: HOMINEM IN SERPENTIS SPECIE / EXPRIMERE SOLITI. CAp. XXVII.

THAVD IMMERITO PHENICVN (VT HISTORIE TRADVNT ſapientes: pro ſuorum tẽplorũ antepagmentis / hominẽ in ſerpentis acydre ſpecie / mordicus caudam pertrahentis ſuã pingi: et exprimi voluere. ¶ Eſt enim veriſſima ſapientia ſuiipſius inſpectio atq; agnitio. qua in ſubſtãtia eadẽ / indiuiſa indiſſecta / vna et cõtinua permanente: pars partem apprehendit / pars a parte ſublabratur pertrahitur & ad interioria reuocatur. ¶ Nã cũ gemina ſit omnis cognitio: materialis et ipfecta vna / Alia vero immaterialis arq; perfecta: hec vnica in orbe perficitur in eadem natura / in eadem ſubſtantia indiuiſa / indiſcontinua: attamen numeroſa diſcreta et fecunda: ¶ Fit enim cum immaterialis ſubſtantia flexa et conuerſa in ſemet: vi ſpeculationis proprie / in extrema duo et in ambo rum medium diſpeſcitur atq; propagatur. Materialis autem cognitio: fit ſecundum rectũ / ab vno in aliud: Ab eodem in diuerſum atq; diſſimile: in diuerſis item naturis: in abiunctis ſubſtantiis. In hac ſiquidem cognitione aliud eſt quod ſpectat / aliud quod ſpectatur et iternoſcit



Immaterialis cognitio in identitate ſubſtantie perficitur

¶ Vt in imaginatione: alia est anima/ aliud corpus. In sensu quoq; alia est anima/ alius mũdus. Immaterialis nempe est anima: corpus vero et mundus ambo ex materia/ et aie organa. alia item est anime: et alia corporis mundiq; substãtia. Et in neutra materialium huiusmodi cognitionũ: hominis scientiam et sapientiam locauimus. ¶ Superest igitur vt in solatione/ sit sita hominis sapiẽtia/ siue i immateriali cognitione et in eiusdem a seipso animaduersione. vt in notione anime ab anima qua sine sui diuisione: in se tota anima flectit sibi proponitur/ presentaturaq; obiicitur. Tota enim anima: in vnitate discernitur atq; numeratur: seq; aliquopacto in tria(in extrema inquãduo& medium vnicum) dissiguit/ numerat/ multiplicat: In orbem demum semetipsã comprehẽdens(ad instar serpentis) inseipsam voluitur/ in sua penetralia redit. Pars ei9 vna partem aliam morsicat/ sublabratq;. Ingreditur anima in semet/ setotã absoluit atq; pertransit. In seipsa deniq; sistitur: Conditur in se/ fitq; sibi vasculum ac perpes domicilium.

Sapientia in cognitione anime ab anima'



Oꝛ COGNITIO HAVD EST ENTIS SESE NOSCITANTIS/ DIVISIO.·. CAP. XXVIII.

VNDE FIT VT QVIRITE COGNITIONIS VIM NATVRAMQVE perpenderint: haud (vt pleriq; fecere) in tetertimã nefandi erroris caribdim/ precipites labentur. ob sui cognitionẽ: eorũ que se norunt subãm diuidentes. dicenteſq; plures esse subãs/ amborũ quorũcũq; extremorũ & eorũ medij. ¶ Nã si ois cognitio esset entis diuisio/ et substantie ipsius multiplicatio: vtiq; omnis cognitio/ esset alterius cognitio. Nil igitur sibiipsi erit agnitum: Nil intueri sese/ seq; conspicari et seipso perfrui valebit. Nulla deniq; erit sapiẽtia. quandoquidem omnis sapientia: est suimetipsius speculatio/ agnitio/ scientia. Omnis itaq; cognitio: erit alterius cognitio. Diuisa insuper erũt/ dissita & separata abinuicẽ: cuiusuis cognitionis extrema diductũ erit/ et ab extremis: id quod eorũ mediũ appellatur. Atqui(vt diximus) cognitio eiusdem a seipso: haud est ipsius entis/ substantialis diductio: sed personalis eius discretio/ in extrema et mediũ. Est item eius in seipm flexura/ conuersio/ orbicularis mot9: et sine sue substantie diuisione(in substantie identitate vnitate/ continuitate eu personalium suppositorum similitudine/ equalitate/ atq; trinitate) fecunda propagatio. ¶ Fit iterum vt trina sit sapientia: quemadmodum ẽ et trina suiipsius gnaritudo atq; scientia. Nam tria sunt immaterialia entia/ que in semet flectuntur/ in se conuertuntur que suiipsorũ capacia/ et a seipsis agnita sunt. Rationalis anima/ Angelus/ Deus. ¶ Orbis rationalis anime(ideſt eius in se gyratio/ qua sese intuetur) humana scientia vocitatur. Angelicus orbis/ angelica sapientia. Diuinus orbis/ quo per deum deus in deum fertur: diuina sapientia/ dei a seipso agnitio/ diuinaq; contemplatio nuncupatur. Et hui9 extrema sũt diuin9 itellect9/ diuia mẽoria ac diuia amborũ spẽs. ¶ Diuin9 intellectus/ monas est: prima et per se/ primum diuinitatis germen/ et(vt diuus areopagita sẽtit) fontana deitas/ totiusq; diuine fecũditatis initium. Diuina vero memoria dyas est et monadis equalitas/ eiusq; resumptio a monade prolata. Vtriusq; autẽ species tryas dicitur: monadis et dyadis status/ copula/ cõnexio: manans ab vtriusq; finis vtriusq;/ vtriusq; medium. ¶ Hec tria in deo/ vnus deus sunt: vna atq; indiuisa diuina substantia. carens omni inequalitate alietate dissimilitudine et permixtione materie/ aut cõtrarietatis. sine confusione coniuncta: sine diuisione discreta actrina: In trinitate vna/ In vnitate trina. Inseparabilis est ei9 itellectus/ ab eius memoria: et ambo ab sua specie inseparabiles. Quantus est diuinus intellectus/ tanta est et diuina memoria. Et quanti ambo/ tantum amborum sacrum spiramen/ spiritus species/ et sacra emanatio. Totus diuinus intellectus/ in tota diuina est memoria: & hec rursum in illo tota. Ambo quoq; in suaipsorum specie sunt toti: ipsaq; sacra amborum species/ degit tota in vtriusq;.

Trina sapientia.

Diuus areopagita.

¶ Oꝛ IN DIVINE ET SACRATISSIME TRINITATIS AGNITIONE: SOLI MERITO CHRISTICOLE GLORIARI POSSVNT.·. CAP. XXIX

IN HVIVS AVTEM SVMME AC SVPERSVBSTANTIALIS OMnium cause/ beatissime trinitatis cognitione et sacratissima fide: merito pre ceteris/ gloriari possunt christicole/ q; archana illa/ suprema et eminentissima veritas: que a condito mundo/ omnē latuit heresim: siue gētiliū/ siue hebreorum: quam nulli mundi sapientes/ philophi et magi p mundanam sapientiam naturali intelligentie lumine rimari potuerunt: que nullis vel paucissimis prophetarum (sub nubis et caligionis tēpus) innotuit: Solus inclytus christianorum dux/ nouo & insolito sydere e virginis vtero/ ortus in mundum/ tāte scientie (hoc est diuine trinitatis) lumen e sydereis sedibus/ in orbem terrarum aduexit. Solus diuine substantie numerum et fecunditatem palam edocuit/ atq; publicauit. Primus discretionis diuine sermones intulit: qui ipse sub mortali ac tellureo humanitatis amictu: vnū aliquod erat triū totiꝰ diuinitatis germinū. Erat enī diuinitatis dyas/ que ab eterno sese a paterna monade diuinitus: et postea in terris/ humanitus ortam: ante tempora et in tēpore genitam: testata/ effata et proloquuta in terris est ¶ Sua item omnia esse paterne monadis: et omnia paterne monadis/ suaipsius esse perdocuit. Speciem quoq; ac spiramen vtriusq; quicquid habet: hoc et suum et paterne monadis esse promulgauit. ¶ Itaq; vt diuinum ipsi numerum/ diuinam propaginem/ atq; trinitatē fateamur: cient nos iprimis (summe et suasibilissime autoritatis loco) eterne vite fecundissima verba/ ac potentissima diuine dyadis eloquia. Innumere deinceps et cunctis peruie/ e rebus naturalibus desumpte coniecture: eo assentionis/ fidei et firmissime credulitatis impellunt. Intelligentie quoq; lumen (quo post vere lucis ortum/ repurgate et illustrate sunt hominum mentes) id a seculo inauditum: et a priscis inscrutabile referat/ panditq; misterium. Est enim intelligentia fidei consumatio: fides vero intelligentie dispositio sacrumq; initium.

Autoritas

Cōiectura.

Ratio.

¶ NOSCENDE DIVINE ALTISSIME TRINITATIS SENSIBILIA SIGNA. CAP. XXX

NON INCONVENIENS AVTEM FVERIT: SI HOC IN LOCOnōnulla apposuerim9: dinoscēde beatissime huius diuine trinitatis/ sensibilia presidia. per que certioribus coniecturis/ natura nos tanti misterij cupit effici conscios/ tanteq; scientie nobis referari iubar. Subiecit enim natura/ nostris oculis lucidissima eorum signa/ que oculus non vidit/ nec auris audiuit: neq; in cor hominis ascenderunt. ¶ Nam si vniuersam naturam/ perfectam esse credimus: eandem profecto et trinam esse assentimur dicimusq; omni i re naturali: quendā splendicare et liquido exprimi/ diuine trinitatis numerum. O mne eteni perfectū est trinū. Et si deum haud inficiasimus/ omnium esse opificem/ authorem/ creatorem: fatemur insuper perfectum eundem esse ac trinum: cum sit omnis creatura/ diuinum quiddam (Nam diuinitatis opus/ diuinusq; fulgor et apparitio) erit et omnis creatura (vt diuine tudicule forma/ relucentia et impressio) clara atq; inobscura diuine perfectionis atq; trinitatis/ gestans in se vestigia. ¶ Itaq; ex omni fere me materiei parte/ Ex cunctis naturalibus rebus: tam sublimis et ardua cognitio/ nostris se mētibus altius infūdit/ patenter insinuat/ sensibiliter explicat. Expetita igit̄ signa ab hoie enarrare pergamus.

Omnis substantia diuine trinitatis vestigium.

¶ Humana species tantum vna est: trino tamen actu/ a deo substantialiter condita atq; perfecta. Primus et per se homo Adam. Ex Adam Eua/ Ex Adam et Eua: Abel.

Trinitas in homine.

¶ Rationalis anima: vna est et indiuisibilis substantia: sine sui diuisione trina/ numerosa/ fecunda: In intellectum/ memoriam/ ac voluntatem siue in contemplationis actum discreta. Intellectus: non est memoria/ neq; voluntas. Memoria: neq; intellectus est neq; volūtas. Voluntas: non intellectus est neq; memoria. sunt tamē hec inuicem relatiua/ equata et similia: vna insuper eademq; anime substantia.

Trinitas in rationali anima.

¶ Punctum in media linea/ cum substantia vnicum et insectile sit: ratione tamen trinum reperitur. Est enim idem/ finis linee prioris: sequentis initium: totius vero medium.

¶ Arbor vna est: in stipite coniuncta/ in ramis discreta: in qnibus tantum tria p fert/ folia/ flores/ fructus.

¶ Nubes vna quedam est et liquida substantia/ triniter fecunda. Nam in tantum tria soluitur: pluuiam/ niuē/ grandinēque hoc carmen cōplectitur Pluuia nix grādo hec tria sunt e nubibus orta

¶ Animalis nutritio trinis perficitur mēbris: ore/ stomacho/ corde. Nam cib⁹ ab ore assumitur: Recipitur et continetur ab stomacho. Postremo a corde digeritur/ transitq; in animalis substantiam.

¶ Hominis quoq; animaliū precipui/ trino calore/ atq; igne preparatur et conco quitur cibus. Primo celesti/ Secundo elementari. Tertio humano. Sole/ igne/ corde. His tribus ignibus/ preparatur alimētaria hominis substātia: priusq; ex materia vertatur in sanguinem. Nēpe a sole maturantur fructus: herbe/ plante et animalia gignuntur. deinde ab elementari igni/ quicquid in eis cruditatis et contrarij ac superfluī humoris est exhalatur resoluiturq;. Tertio in homine/ cordis calore: in sanguinem omnia conuertuntur.

Trinitas ignīū: Solis ignis cordis.

Aie trine

¶ Anime numerus est trinus. O mnis ei anima aut rationalis est/ aut sēsitiua aut vegetatiua. Nam que tantum subsistunt inanimata sunt / et anime expertia.

Intellect⁹ trinus.

¶ Intellectus est trinus: Alius diuinus/ Alius angelicus/ Alius humanus. Et itel lectum diuinum peculiari nomine Mentem nuncupamus. Angelicum proprie intellectum censemus. humanū vero rōnē humana. Omnis enim sapiētia/ est sui ipsi⁹ cognitio. Tria aūt sunt orbicularia/ et que se norūt entia: deus/ Angel⁹ homo. ¶ Vnde fit vt ois sapiētia / sit imaterialis cognitio: et omnis immaterialis cognitio: sapientia. ¶ Fit etiam vt imateria/ sit totius diuisionis et alteritatis principium. quandoquidem omnis eiusdem a seipso conceptio/ sit extra materiam & omnis materialis cognitio/ in diuisione et alteritate substātie contingat. in qua aliud est quod spectat/ et aliud quod spectatur. alia extrema: aliud medium.

Sapientia trina.

¶ Sapiētia est trina: Alia diuina/ Alia āgelica/ Alia humana.

¶ Sol prim⁹ est et per se lucidus/ ipsiusq; lucis initium. A sole lux i lunā: deriuatur. A sole vero & luna: i terram Sol a nullo lumen receptat: Luna a sole illustratur/ Terra ab vtriscq;.

Sol Luna Terra



Tria precipua que se norunt entia



¶ Tantum tria ſunt magnitudinum interualla: longitudo/ latitudo/ profunditas. ac tres tãtum magnitudines & continue quãtitates linea/ ſuperficies/ corpus: quarũ idem fons atq; initiũ/ pũctũ. ¶ Tres ſũt prime & precipue numerorum vnitates: linearis/ ſuperficialis/ corporea. que ab eadem oriuntur ſcatentue ſimpliciſſima vnitate: denaria/ centenaria/ Millenaria .Nam inter numerorũ ſedes locos & poſitiones: (que decimo quoq; loco/ denariaue diſtãtia notãtur) denarius primus eſt linearis nũerus. Hecas primus planus/ vt quadratus. Mille/ primũ corp9: Nam cubus.

In magnitudinibus trinitas.

Trinitas in numeris.

¶ Humana mẽs vna eſt: cuius note & expreſſiones tres: conceptio/ vox/ ſcriptura. In quibus aut omnis eſt diſciplina: aut eorum medio diſciplina paratur. & ab his ſignis/ hũane anime trini oriũtur diſcipli nares actus: conceptio/ loquutio/ ſcriptitatio.

Doctrinalia iſigna tria.

¶ Celeſtia luminis ſubiecta & lucifere faces ſunt trine: Sol/ ceteri planete/ qui errones & erraticidicuntur & ſtelle. Nam ſol fons eſt & lucis initiũ: a quo in ipſos errones & in firmamẽti ſtellas deriuatitialux tranſfertur.

Luminaria mũdi trina

Trinitas in ſole:

¶ Trinus eſt ſolis aſpectus: orientalis/ meridionalis/ occiduus. His enim tribus differentijs mortaliũ oculis/ ſol reuelatur. Primo in ortu/ deinde in meridie: Tertio in occaſu. In ſeptẽtriõe autem & medie noctis pũcto/ nobis eſt occultus.

¶ Aquarũ mot9: trinis differẽtijs vniuerſus adimplerur: fonte/ fluuio mari. Nã fons aquarum eſt initium: fluuius: mediũ/ Mare finis/ earum congregatio ac ſtatus. Fons prima eſt aquarum ſcatebra & apparitio. prima ue earum ex abdito/ ex occulto & ex ipſis terre viſceribus emanatio. Fluuius: medius eſt earum motus/ quo in naturalem ſuum locum pergũt atq; deuehuntur. Mare vero earum eſt receptaculũ cõgregatio/ ſtatus/ finis & vltimum.

Trinitas ſu delatione aquarum:

¶ Geometre rectilineorũ angulorum ſpecies/ trinitate finiunt: Obtuſorum/ Rectorum/ Acutorũ. Hiq; trinis lineis/ eodem puncto coniunctis clauduntur.



Trinitas angulorũ.

¶ Hõ trinis poſitionib9 in loco & quiete variat ac differt. Aut enĩ iacet/ aut ſedet/ aut ſtat. Iacere: noctis eſt & ſõni poſitio. Sedẽtaria poſitio medij tẽporis eſt matutini/ aut ſerotini: cũ aut ſõno expergiſcitur aut obdormiſcere incipit. Stare vero: perfecta eſt & meridiana hominis poſitio. ¶ Animaliũ mot9/ ſũt trini: ſecũdũ quãtitatẽ/ ſecundũ qualitatẽ/ ſecundũ locũ. Aut enĩ augeſcũt aĩalia: aut alterãtur/ aut loco mutantur. Nam ſcdm ſubſtantiã/ improprius eſt animaliũ motus. vt pote quo aut eſſe incipiunt/ aut eſſe deſinũt. Quod enĩ fit/ nõdũ eſt. & quod eſſe deſinit/ nõ ſubſiſtit totũ. Omnis quippe mot9 oritur ab anima. At cũ trina ſit aĩa: alia quidẽ vegetatrix/ Alia ſẽſitiua

Trinitas in hois põne ac ſitu.

In motibus animalium trinitas.

Alia rationalis: neceſſe eſt & trinas tantum eſſe motiones. aliã vegetatricis anime/ aliam ſenſitiue/ aliam rationalis. Augmentatio eſt vite motus. Alteratio ſenſus mutatio. Latio vero rationis motio. Nã augeſcunt/ quecunq; nutriũtur. Alterãtur dolore atq; triſticia: quecũq; ſentiunt. Solus homo veraciter/ ex deliberatione/ voluntate/ & propoſito ſecundum rectũ in ante mutatur: ſui motus (priuſq; moueatur) prouidẽs/ precogitãſq; finem. Que autẽ ſunt anime expertia/ vt mineralia: nullo quoq; predita motu conſpiciuntur.

Motus	Anime	Vegetatricis	Vite	Augmentatio
Motus	Anime	Senſitiue	Senſus	Alteratio
Motus	Anime	Rationalis	Rationis	Latio

Infantis trinitas.

¶ Infantis ſtatus ſunt trini/ Primus in minore mundo: Secũdꝰ in minoris & maioris medio. Tertius in maiore mundo. Status eius in minore mundo: eſt in ſue conceptionis loco: cum adhuc matris vtero ineſt. Medius eius ſtatus: eſt in natiuitatis tempore: quãdo ex minoris mundi occulto/ actenebris: prodit in maioris mũdi lucẽ. Tertiꝰ & vltimꝰ eiꝰ ſtatus eſt in mũdo maiorem quo et etate proficit & ſapientia tãdem conſumatur. Primus autẽ infãtis ſtatꝰ ſimilis eſt mẽtis cõceptui: qui abditꝰ eſt i mẽte / ſicut & infãs in matris vtero. Secundus vero ſtatus pſimilis voci: que eſt prima interne notionis natiuitas atq; expreſſio. Editi enĩ infans in natiuitate: vocem illico primã/ fitq; tum primũ audibilis. Tertius vero infãtis ſtatus/ ſcripture comparatur: que eſt vocis cumulatio/ ſtatus & permanentia.

Alia hois trinitas.

¶ Rurſum infans in maiore mũdo/ triplici differentia ac ſtatu perficitur. Nam (vt in huius operis initio diximus) prius eſt in ſtatu plante. Deinde in animalis natura: Poſtremo in humanitate ſtabilitur viuitq; vt homo. Eſt enim in ſtatu plante: cum adhuc ſue matris/ heret vberibus lactiphagus: & cũ nundum perſe ipſum de loco in locum trãſfertur. Eſt deinde in animalis natura/ cũ pubet atq; adoleſcit. cũ iamiã progrediincipiens/ pedibus manibuſq; (velut belua) curuus incedit auulſus abmnctuſq; a matris vberibus. In homine autem eſt/ viuitq; vt homo: cũ ex ephoebis ad virilem peruenit etatem. cum & animo matureſcit fitq; studioſus & ſui cõpos. Nam cum hominis aia/ eadem ſit & vegetatiua/ & ſenſitiua & rationalis: ſicut e tribus diſtinctis aiabus/ vegetatiua creata eſt prior: deinde ſenſitiua/ Supremaq; & vltima rationalis: ita & in homine ſucceſſio actuũ/ non virium aut animarũ continget: Prius ſiquidem in eo excercentur partis vegetatricis actus: deinde ſenſitiue/ vltima vero ratio in eodem conſumatur atq; perficitur. His etenim gradibus/ ſenſim rationalis aia ad ſue proprietatis & naturalis perfectionis culmẽ ſcandit. His ſe in propriũ vendicat: proripitq; locũ. & que iprimis ab ieũte etate/ vitali tantũ actu agitur/ deinde ſenſitiuo: maturior demũ compoſq; effecta ſui: ſupremo rationali/ proprio & equali actu in ſua ſiſtitur natura/ fitq; ſibi adequata/ & vna. Nã vt aut vitalem/ aut ſẽſitiuum excercet actum: eſt ſeipſa minor/ atq; inferior. Ab ſua ſede exturbatur/ in corpore motitatur/ corpori cõgrediẽ. Vt vero ratione cietur: corpore ſublimior euadit/ ſibi inſeritur/ in ſeipſa reſidet In toto enĩ corpore/ exercetur ab anima vita: in toto quoq; corpore/ ſenſatio: Aſt rationis functio in nulla/ corporis parte ſed in mera & ſola perficitur anima.

Trinitas in paſtu aimſ.

¶ Rurſum humana anima tribus paſcitur & eruditur ſpeciebus: Senſitiua/ Imaginatiua/ & Rationali. Senſitiua a mũdo. Imaginatiua a corpore. Rationali a ſeipſa. Nã mundꝰ ſẽ ſibilem mittit vibratq; ſpeciem. Corpꝰ imaginationis ſpeciẽ vt ſpectrum anime preſẽtat/ proponit/ offert. Porro rationalis ſpecies & in anima ſubſiſtit: & ab aia anime preſentatur. Et in hac ſola: conſiſtit hominis ſcientia/ eruditio cõſumatio/ vltimum.

Trinitas in ſenſibus.

¶ In ipſis quoq; ſenſibus trinitas/ miro reſpõſu & congruentia reluceſcit. Nã (vt in ſenſuũ libro docuimus) ſenſuũ alij ſunt preſẽtatiui/ miniſtrantes & obiectitij. Alij paſſibiles: infectus quidã ſunt) oculis miniſtrant ſcripturas/ colores & omnimodarũ picturarũ varietationis & ſpectrorum locũ) varijs inſpirat odoribus/ gratasq; fouet ſuaueolẽtia. ¶ Igitur tres ſunt qui offerunt/ miniſtrantq; ſenſus: Tactus/ Guſtus/ Olfactus. Tres itẽ quibus miniſtratur: Viſus/ Auditus/ Imaginatio. Tria ſunt & que offeruntur/ quibuſue hi ab illis paſcuntur aluntur/ fouẽturq;: Color/ Vox Odor. Inſunt igitur ſenſibꝰ trine trinitates: prima miniſtrãtium ſenſuum. Secunda eorum quibus miniſtratur. Tertia obiectorum que miniſtrantes preſtantioribus offerre iubẽtur

Senſuum trine trinitates			
Miniſtrantes	Manus	Os	Olfactus
Obiecta	Scripture	Voces	Odores
Precipui	Viſus	Audit9	Cerebrum

In omni cognitione trine trinitates.

¶ Et ſi generatim omnem cognitionem et cognitiuam facultatem numerabimus: tres in eis inſunt trinitates. Sũt eni imateriales cognitiones tres Diuina/Angelica/ Hũana: Mẽs intellectus/ Ratio. Materiales vero ſex: Internus ſẽſus vnus et extremi quinq3: Auditus/ Viſ9 Olfactus/ Guſtus/ Tactus. Et harum omnium cognitionum / aliquo pacto inexpertem eſſe hominem in ſenſuum libro docuimus. Eſt enim homo tertrinus noueniſq3 luminaribus/ lãpadibus/ lucernis naturaliumue cognitionum ſplendoribus natura illuſtris. Nam extra et ſupra materiam trimyxus: Mentis/ Intelligentie et rationis particeps. In materia vero biſtrimix9: imaginatõe et qnis ſẽſib9 ſplẽdicãs. Eſt ei materialis cognitio/ ad imaterialẽ nũero dupla. Dyalectici trina poſitione medij: tres ſyllogiſmorãe t ratiocinationũ figuras/ modoſq3 eliciunt. Nã mediũ (vt aiunt) aut medio ſtatuit loco: aut primo/ aut vltimo. Finiũt enim primã figurã: cuius mediũ/ eſt mediũ. Secundã: cuius mediũ eſt primum Tertiam vero cui9 medium eſt vltimum. Eſt autem terminus in ratiocinatione primus: qui ſuperior/ et cunctis amplior/ de ceteris rite dicitur/ atq3 enunciatur. Vltimus vero qui ceteris ſubeſt/ ac de quo ceteri dicuntur. Medius: qui cum vni ſubſit/ alter ei ſubeſt.

Trinitas in ſyllogiſmis

Vltimum	Medium	Primum	Vltimum	Primũ	Mediũ	Mediũ	Primũ	V
Prima figura			Secunda figura			Tertia figura		

Tres ſyllogiſmorum figure trina poſitione medij				
Deus	Intellectus	Memoria	Voluntas	1
Angel9	Intellectus	Memoria	Voluntas	2
Homo	Intellectus	Memoria	Voluntas	3

Alie inſyllogiſmis trinitates.

¶ Ois ite dyalectica ratiocinatio: trinis & termis & enũciatõib9 coaleſcit. Termini ſũt: extremitas maior/ extemitas minor: & mediũ. Propoſitiones vero maior propoſitio/ Minor propoſitio & illatio ſiue concluſio: que duab9 premiſſis & extremitatibus infertur: Maior propoſitio vt intellectus eſt/ minor vt memoria: Illatio vero vt vtriuſq3 ſpecies/ ſtatus/ finis.

Triuitas in ſapientia

¶ Et vt propoſitas diuine diſcretionis/ atq3 trinitatis coniecturas abſoluam9: ipſam deniq3 trinitatem trinam ſuoq3 dimẽſam numero fatemur. Nam ſapientiam ipſam docuim9 eſſe trinam. Aliam diuinam/ Aliam angelicam/ Humanã aliam: Aſt omnis ſapiẽtia eſt ſuipſi9 agnitio. Agnitio vero ſui: eſt trina eius quod noſſe ſeipſum dicitur diſcretio. Quanta igitur eſt ſapientia/ tanta eſt & trinitas. Alia diuina trinitas/ Angelica alia / Alia humana. Hec enim tria intellectus/ memoria/ voluntas: trinis duntaxat precipuis entibus Deo/ angelo/ & homini ineſſe probantur Trinus igitur eſt intellectus: triua memoria/ trina voluntas.

Omne etenim quod conſumatum eſt & perfectum: eſt ex neceſſitate trinũ. Sapientia autem perfecta eſt/ trinitas perfecta eſt: ideoq3 et ſapientia trina & trinitas trina reperitur.

Trinitas in deo	Pater	Filius	Spiritus
Trinitas ī hoie	Adam	Eua	Abel
Expreſſiones	A nullo	Ab vno	Abvtroq3
Trinitas anime	Intellect9	Memoria	Voluntas
In arbore	Folium	Flos	Fructus
In nube	Pluuia	Nix	Grando
In animali	Os	Stomach9	Cor
Proprietates	Aſſumens	Recipiens	Digerens
In mundo	Intellectual'	Celeſtis	Senſibilis
In corpore	Os	Neruus	Caro
In ſcientijs	Sermociales	Reales	Naturales
In plantis	Arbor	Frutex	Herba
In ſole	Lux	Lumen	Vmbra
In luna	Coniũctio	Medium.	Oppoſitio
In circulo	Centrum	Dyameter	Circũferẽtia

In ignibus	Sol	Ignis	Cor
Proprietates	Maturitas	Decoctio	Digestio
In animabus	Vegetatiua	Sensitiua	Rationalis
In intellect	Diuina	Angelicus	Humanus
In sapientia	Diuina	Angelica	Humana
In mundo	Sol	Luna	Terra
In magnitudine	Longitudo	Latitudo	Profunditas
Rursum	Linea	Superficies	Corpus
In numeris	Linearis	Planus	Solidus
In eruditione	Conceptus	Vox	Scriptura
In luminosis	Sol	Mior planeta	Stella
In aspectu solis	Oriens	Occidens	Meridies
In motu aquarum	Fons	Fluuius	Mare
In angulis	Obtusus	Acutus	Rectus
In hois positione	Iacere	Sedere	Stare
In motibus	Augmentatio	Alteratio	Latio
Proprietates	Quantitas	Qualitas	Locus
Infantis status	In vtero	In natiuitate	Post natiuitatem
In etate hominis	Infans	Puer	Vir
In pastu animi	Sensibile	Imaginabile	Rationale
In sensibus	Imaginatio	Auditus	Visus
In abiectioribus	Olfactus	Gustus	Tactus
In obiectis	Odor	Lux	Scriptura
In intellectualibus	Mens	Intellectus	Ratio
In syllogismis	Maior extremitas	Minor	Medium
In syllogismis	Prima figura	Secunda	Tertia
In syllogismis	Maior Propositio	Minor	Conclusio

Eadē aliter signis alīt causis in sunt.

¶ His coniecturis/sensibilibusq; presidijs fulta humana mens: diuine trinitatis certissimam aut rationem aut fidē aliquo pacto eliciet. quandoquidē ab eodem supersubstantiali: diuinitatis fonte: manarūt vniuersa & materialia & imaterialia/ visibilia & inuisibilia. que sunt archane illi9 & eminentissime veritatis vestigia & signa. quorū cum ferme vniūsi ordines ternario discreti sint/ ac trini: Rationabile est omnem creatā trinitatē / ab eterna & increata diuina trinitate duxisse originem. ¶ Sed aliter signis: aliter causis/ archetypis & exēplaribus eadem insunt. Nam in his quas apposuimus cōiecturis: plerumq; hec accidunt: inequalitas/ Substantie diuisio/ Prioritas. Posteriorita s: sed ex signorum inequalitate/ cōiecta est sūma in deo equalitas. Ex substantie diuisione: sūma coniunctio & substātie idēntitas. Et ex posteriorite ac prioritate/ eternitas. Nam conceptus imprimis vox & scriptura: equales quidē sunt. Concept9 enim omnia est/ vox omnia/ Scriptura/ omnia: dissiti tamen sunt ab inuicem & loco diuisi. Nā concept9 in mēte/ Vox in ore/ Scriptura in charta profertur atq; exaratur. Et conceptus prior est voce/ Vox itidem prior scriptura.

In deo nil acquisitum

¶ Rursum rectilinei anguli tres: Obtusus/ Rectus/ Acutus: licet eodē puncto cōiuncti sint a quo linee tres ,ptendūtur: inequales tamen sunt. Obtus9 maior. Rectus medius. Acutus minor. ¶ Et in anime trinitate quam posuim9 iter intellectū/ memoriā & intellectualē vtriusq; speciem (qua mediate fit ipsa contemplatio: et que ab hac presentatur/ ab illo conspicitur) ipsa quidem species: innaturalis est animo & inconsubstantialis itellectuali atq; memorie. Quippe acquisita in anima: & posterior vtraq; parte animi intellectu ac memoria. ¶ In deo autem nichil est acquisitum/ Nil temporaneū/ inequale/ inconsubstantiale/ adeo disiunctum/ atq; separatū: Nil deniq; prius aut posterius. Omnia quippe in deo coniuncta sunt. Eiusdem substantie/ Inseparabilia naturalia/ & inacquisita. Equalia/ Infinita Simul/ Eterna. Sed iam latius euagati logiusue digressi: ad sapientis intentum reuertamur.

¶ CVR SAPIENTEM ROMANI BIFRONTE ET QVADRIFRONTE IANO EXPRESSERE.

CAP. XXXI.

SAPIENTEM / ROMANI IANO: FORCVLO / LIMENTINOq; deo/ qui foribus liminibusq; preesset: haud ineleganter expressere: quem interdum vt bifrontē/ interdum vt qnadrifrontem pingere soliti tradunt. ¶ Bifrontem: Nam qui liminibus cardinibusq; preest/ facie vna exteriora alia interiora domus spectare cogitur. Quadrifrōtē vero: quia quem finxerunt geminis a natura spectatiuis faciebus preditū: adiecerunt & illi ambos vultus/ hunc qui extrorsus: alium qui introrsus spectatur. Nam quod foris & extrorsus cōspicitur/ vultus quidam est: itidem & quod est introrsus spectabile/ facies est altera. Geminis igitur oculis/ vltro citroq;/ qui ab initio bifrons erat: euadit alterna speculatione quadrifrons. Nam potētia spectans hinc obiectum exteri9/ hinc subcutaneū & internum: vtriusq; specie quoquopacto afficit/ fit similis vtriq; amborum vultū excipit ac refert. ¶ Sapiens autem/ pluribus de causis & bifrons & quadrifrons esse deprehenditur. Nam (vt in eius operis initio dictitauimus) sapiens haud simplex: sed geminus homo est/ id est homohomo: natura inquā homo/ & virtute homo. Extimus homo & subcutane9/ siue intern9 homo: homo in mūdo/ & homo in hoie. Nam sapiens velut sui calothecnius & optimus artifex: ad naturalis hominis similitudinē virtutis hominem progenuit. qui studiosus homo/ qui primi hominis imago/ relucentia/ apparitio & sapientia nuncupatur. ¶ Naturalis/ quippe noster homo: homo est tellureus virtute/ incōdit9/ ignarusq; sui: soli expositus mūdo/ spectansq; dūtaxat in mundū. Studios9 vero homo illius ignorātiam resoluit: tenebras discutit/ illum a mundo reuocat: ad seipsū conuertit/ figitq; in seipso. ¶ Est igitur bifrons sapiēs: facie vna (naturali scilicet & exteriore) mūdanus. Alia vero acquisita & subcutanea hūanus. Qui enī natura spectabat in mundū: didicit arte/ virtute & doctrina/ exterebrare seipsum/ seq; contueri. ¶ Est & sapiens quoquopacto medius inter seipsum & mūdum. quandoq; quidem in mundo/ quandoq; vero in seipso/ residens. Etenim constitutus est homo a natura in vtriusq; limīe: in sui/ mūdiq; cardine ac superficie. Nunc sensu penetrās in profūda & interiora mundi. Nunc vero mēte a mūdo recinens: in sua ipsius viscera reuocatur. scrutaturq; subcute/ sub tacito pectore q̄quid habet. ¶ Adest rursū sapienti tam sui/ q̄ mūdi reserandi facultas/ clauis/ licētia. Nunc mūdo/ nunc sibiipsī congreditur/ adaperitur/ patet Clausus est & abdit9 sibiipsi in initio: cū adhuc negociatur in mundo. Claudit deniq; mundum: illius pessulū/ seras/ & obices obfirmat: cū seipsum subit/ cum sibiipsi post mūdanam peregrinationem reseratur. cū post discipulatum mundi/ sensuumq; famuletiū/ rediens ad mentem: suiipsius magisterio/ ac pedotribatui in ipsa contemplatione preficitur. ¶ Porro quadrifrontē esse sapientem: hac ratione ostendere nitimur. Nā sapientiam non modo in hūana dyade: sed & in quadā tryade perfectam consumatamq; esse docuimus. Est enī sapiens: homo/ homo/ homo. Natura inquā homo: nam ratiōis particeps. Etate homo: quippe vir. & virtute homo: Nempe studiosus ac sapiens. Dixim9 siquidē prius/ trifariam hominē dici: Natura/ Etate/ Virtute. atq; omnifariā hominem/ esse sapientem: cui post naturalē & temporalē hominē: tertius/ eterno foenore: accreuit studiosus homo. Nā tertius hic homo: hominis est cōsumatio/ finis/ status/ cōtemplatio & sapiētia. Vtriusq; extremorū (nature inquam & etatis hominum) species/ emanatio prouentus/ nex9/ amor/ vinculum. in quo exprimitur vtriusq; extremorū natura/ similitudo/ imago. Cum igitur studios9 homo sit tanq̄ primi & secundi hominis emanatio secūduſq; prouentus ac fructus (oritur enim sapientia quodā modo ex naturali & temporali homine: perinde atq; illatio vna/ ex ambabus infertur premissis) necesse est quadrifrontem esse sapientē. Nā bifrons est in extremis hominib9 in singulis quidē vnifrons: In tertio vero & medio homine iterū bifrons/ vt in amborum vinculo/ vti vtriusq; fenore ab vtroq; procedēte & vtrūq; spectāte. Et tā extremi hoies q̄ medius/ homo: sunt vnus homo/ vnus sapiens/ perfectus cōsumatus & discretus homo: aspectu quadrifrons & quadrigeminus. ¶ Exempli enī causa: sit prim9 hominis vult9 in Adam:

Cur sapiēs bifrons.

Sapiēs inter seipsum & mūdum & medius



Secundus in Eua/ Tertius in Abel mixtꝰ ac geminus: tanꝫ in amborũ filio/ amborum simili/ amborum vultu ac ſpecie predito. cum Adã/ Eua Abel ſint ſpecie vnus homo/ vna ſpecialis hominis natura: hic tamẽ homo aſpectu qua drigeminus euadit. Conſpiciunt enim ſeſe & adinuicem verſi ſunt extremi vultus: Medius vero vultus vtriqꝫ extremo/ geminis aſpectibus copulatur. Nãvtriuſqꝫ extremi ſpecies eſt & naturalis imago..



Hoīs & eſſe & bene eſſe trinum:

¶Et ſicut hominis eſſe/ trinis actibus triniſue hominibus/ deus ab initio cõpleuit: ita & hominis bene/ beateqꝫ eſſe: trinis actibꝰ/ triniſue hominibꝰ ſuo modo perfici voluit. Eſt autẽ hominis eſſe humana ſubſtantia: cõdita a deo/ ab initio & perfecta in tribꝰ Adã Eua Abel. Aſt hominis bene/ beateqꝫ eſſe: virtus eſt & ſapientia. que hoīs ſedentaria opera (quiete vt aiunt & reſidentia) mentis animiqꝫ ſolerti cultura homini innaſcitur. Per hanc enim & tertius homo hoc eſt ſtudioſus homo conflatur: & hominis animus euadit aliquopacto trinus: intelligere/ memorari & contẽplari potens.

¶ALIVS MODVS QVADRIFRONTIS SAPIENTIS. CAP. XXXII.

RVRSVM ALITER INTELLIGE QVADRIGEMINVMESSE SAPIENTẽ. Vniuerſus hominis animus eſt quidã homo: intellectꝰ quidam homo: Memoria homo quidã. Et vtriuſqꝫ ſpẽs (que per intellectũ/ in animum introducta eſt: & cõſeruatur a meõria) quidãhõ. Licet eni nõnunq̃ partes: totorum nominibus cenſeri atqꝫ appellari. A natura perfectus eſt homo/ duntaxat habitu extremorũ intellectus & memorie. ſtetitqꝫ ab initio imperfectus & incõſumatꝰ/ vtriuſqꝫ ſpecie: quã minime habet a natura. ¶Eſt enim in initio hominis animꝰ: velut ſyllogiſmi & ratiocinationis premiſſe ſine illatione. Velut extrema ſine medio: vt denicꝫ monas & dyas/ ſine tryade. At cum ratiocinatur & eruditur homo: ex naturali intellectꝰ & meõrie habitu/ mediã vtriuſqꝫ infert ſpeciem/ tanꝫ ex premiſſis illationẽ: Ex naſalibꝰ extremis mediũ/ Ex Monade & dyade tryadem: qua qui prius incõſumatus extitit perficitur: qui inſipiens ſapiẽs fit: qui tantũ homo homo/ fit homo homo/ homo. ſcilicet homo intellectu homo memoria/ & acquiſita amborum ſpecie homo. ¶Sapientis igitur & cõſumati hoīs animus: quadrigeminꝰ eſt/ id eſt facierum vultuũ & aſpectuum qnattuor. Eſt enī facies eius prima intellectualis: qua intellectus ſpectat in memoriã. Facies animi ſecũda/ vultꝰ eſt memorie: quo verſa ad intellectum/ reſpicit intellectũ. Mediȷ vero & acquiſiti totiꝰ animi aſpectus/ ſunt medie amborũ ſpeciei: qua fit ipſa contẽplatio. Horũ enim aſpectuũ: vnꝰ/ vertitur in memoriã/ Aliꝰ in intellectũ conuertitur. Nam huiuſmodi acquiſita ſpecies/ media eſt inter extremas animi partes intellectum & memoriam: dũ ī cõtemplatione/ ab hac: illi offertur atqꝫ preſentatur/ ab illo vellectus/ alius meõrie: ita & totiꝰ mediȷ oculi ſiue amborũ ſpeciei/ gemini ſunt aſpectus: totiꝰ vero animi/ aſpectus quattuor. Eſt enim cõſumati hominis animus triophthalmꝰ/ triumue ſpiritalium oculorum. duorũ quidem naturalium/ ſimpliciũ & extremorum: & vnius acquiſiti mediȷ/ mixti in diuerſa ſpectantis/ nũc ſolẽ hoc eſt intellectũ/ nunc lunã hoc eſt meõriam intuentis. Nã intellectus ſol eſt animi: fons & initiũ hũane totius ſciẽtie iuiſibiliſqꝫ lucis. Memoria porro eſt animi luna: & inuiſibilis lucis ab intellectuali ſole deriuatio. Media autem acquiſita ſpẽs/ eſt vt vtriuſqꝫ terra: cui ambo extrema luminaria ſuffulgẽt: quã interhyantẽ atqꝫ interpoſitã/ librant/ ferũt/ fulciuntqꝫ. ¶Denicꝫ & alia eſt addẽda q̃drifrõtis ſapiẽtis ratio. Si ſapientia vt diximus eſt ſui ipſius agnitio/ perfectaqꝫ ſcientia: erit inſipientia ſui inſcitia/ & ignoratio. ¶Nã finge hominẽ gemis a natura vultibꝰ inſignẽ: eoſdẽqꝫ vultus pingentis exprimũt ignorãtiam & inſipientiã/ hoīni innatã. Eorũ autẽ alternus aſpectꝰ mutuaue conuerſio/ oſculũ & collabellatio: hoīs ſcientiã/ ſapientiam & ſuiipſius agnitionẽ adaperit.

Incõſumatus aiꝰ vt preiſſe ſyllogiſmi.

Aimi ſapientis q̃ttuor aſpectꝰ.

Alia quadrifrõtis ſapiẽtis ratio

¶Igitur ſapiens homo cũ ſuiipſius calothecnius/ toreutes coſmeta dictus ſit: id eſt artifex/

celator ornator: geminis conflatur hoi bus/ homine inquã nature & virtutis homine. Atqui vterqꝫ homo bifrons/ ac geminus est. ¶Nam nature homo: ignorantia sui est & insipiẽtia quedam. Studiosus vero seu virtutis homo: sui sciẽtia lux aspectus/ agnitio/ & sapiẽtia nũcupatur. Ignorantia autẽ sui: haud aliud profecto est q̃ duorum vultuum inaspectꝰ mutua auersio ac dissociatio. Scientia vero sui: est amborum vultuũ grata exosculatio. ¶Sapiens itaqꝫ homo/ bisbifrõs esse declaratur. naturali inquã homine bifrõs/ & virtutis homine iterum bifrons. Primo quidem bifrons sui insciti̇ã: secundo vero bifrõs sui gnaritate. Constat enim sapiẽs homo/ ex tenebris & luce: ex potentia & actu: ex ignorantia & scientia. Nam principium: illi sũt tenebre/ potentia/ ignoratio/ auersio/ diuisio. finis vero & perfectio: lux actus/ scientia/ conuersio/ coiunctio/ vnitas. Principiũ sapiẽtis tenebre: finis lux

¶GEMINIS MODIS QVADRIFRONTEM SAPIENTEM POSSE EXPRIMI. CAP. XXXIII.

NDE FIT VT BIFARIAM SAPIENTEM HOMINEM QVAdrifrontem: pingi & exprimi cõtingat. ¶Aut enim vultus extremi postergãtur/ extrosꝰ & in diuersa spectantes: mediꝰ vero adinuicem cõuertuntur & in alterutrum spectant. ¶Et hoc pacto simul sapientis & ignoratio & scientia: insipientia & sapientia exprimuntur. Nã per extremos vultus insipientia/ per medios vero/ sapiẽtia designat. Aut extremi quidẽ vultꝰ introsus & in inuicẽ spectant: mediꝰ vero ad extremos conuertũtur. Et hec sapiẽtis descriptio: priore cõmodior reperit. ¶Extremi nãqꝫ sapientis & cõsumati aimi vultꝰ sũt intellectꝰ & meõria: q suapte natura adinuicem cõuertunt/ seqꝫ conspicant. Mediꝰ vero aimi aspectꝰ: insũt intellectuali spẽi: q̃ iter itellectũ & meõriã velut amborũ spẽs/ amborũ spectatiua efficitur. ¶Sapiẽtẽ igiur merito ad Iani instar nũc vt bifrontem nunc vt quadrifrontẽ experimur Etenim sapiens in cardine sui/ mundiqꝫ locatus: nunc sibi/ ipsi nunc mũdo cogreditur patescit/ referatur. Scdsmodꝰ



Sapiens in omnẽ mũdi spectat partem

¶Spectat & in omnem simul mundi ptem: vt orientem/ meridiem/ occasum/ & medie noctis punctũ. Toti adest mũdo estqꝫ cunctis presens omnia: simul eius oculus perlustrat atqꝫ intuetur. ¶Hunc a tergo pinsit nemo: huic postica sanna/ mpingitur nulla· Aio defecatus & imperturbatus (instar liquidissimi celi) viuit· In seipso manet cõtentus seipso/ sibiqꝫ sufficiens. ¶Nam numerosus discretus & in seipso plurimus est. Indesertus/ indesolatusqꝫ manet: nullius indigus/ spiritalis alimonie plenꝰ: qua iugiter & assidue pascitur illius animus.

¶Vtramqꝫ naturam exprimit intellectualem atqꝫ sensibilem. Collocatur enim vt diximus in vtriusqꝫ mundi specula/ nunc sensuum vehiculo in sensibilẽ mundum deuehitur. nunc vero mente celos exterebrans: superceleſtia et intellectualia scrutatur/ rimatur perquirit. ¶Sensibilem insuper mundũ (vt diximus) in intelligibilem: et intelligibilem in sublunarem traducit Sunt enim abo mundi coniuncti in homine: vt pote in cuius anima intellectualis mundus/ in eius vero corpore/ sẽsibilis mundus exprimitur. Est insuper sapiens nature alternatio donorũqꝫ vicissitudo. quandoquidem primus noster homo naturalis homo est: et primum nature donum/ ac mutuum. Secundus vero qui virtutis homo: est vt ipsius nature remuneratio/ et quedam antipelargosis hoc est beneficiorum retributio Studioso quippe homine in naturam munificisumus: munera illius compensamus/ eidem applaudimꝰ/ gratamur ac deniqꝫ nosipos vniuerso natura debito absoluimus Sicut enim primi hominis naturali dono/ naturales naturalisue iuris sumus/ ita et virtutis homine (que secunda quedam est humanitas/ ac sapiẽtia) nostrates efficimur/ nostri iuris/ nobisue proprij. In sapiente vterqꝫ mũdꝰ expritur

SAPIEETIAM VTROBIQVE ET SVBIECTO ET OBIECTO ESSE IMMATERIALEM. CAP. XXXIII

SAPIENTIA VTROBIQVE ET SVBIECTO ET OBIECTO est immaterialis. Nam & imateriali substãtie sapiẽtia ineſt: & est immaterialis substantie gnaritudo/sciẽtia cognitio. ¶ At cũ tria sint precipua & immaterialia entia. Deꝰ/ Angelus/ Rationalis aia: hinc trina (vt diximus) euadit sapientia. Diuina/ Angelica/ Humana. Diuina sapiẽtia omnium est precipua/ prima/ increata/ infinita/ eterna. qua deus ab eterno ante condita secla: sibimet arcane innotuit/ sibiipsi suffulsit/ resplenduit apparuit. Angelica vero sapientia est qua cognitus est ab angelo deus: & qua angelus a seipso. Humana porro est: qua ab anima deꝰ/ angelus/ anima internoscitantur. Diuina sapientia monas est: & tantũ suuipsius noticia/ omni alteritate & diuisione sublimior: Angelica sapientia: orta & creata a monade/ dyas est: & haud tantũ sui/ sed alteriꝰ vt deꝰ cognitio. Et in hac sapientia: prima alteritas primaq; diuisio cõtingit. Humana vero sapiẽtia/ vltima est sapientia/ actryas. Est enĩ triũ entium cognitio: Aie/ Angeli/ Dei. ¶ Colligit enĩ imprimis rationalis aia in sublunari mundo (sensuum corporisq; famuletio) sensibilium omnium rerum notiones/ species/ imagines. e quibꝰ demũ vt proprie notionis opifex: in semetipsa propriam cõfingit/ elicit/ profertq; speciẽ: que est hũane sapientie initium & ipsius anime ab seipsa cognitio. ¶ Deinde posi suuipsius adeptã gnaritatem: sensi in angelicam & simpliciorẽ perfectionem scandens: fit angelice scientie consors. postremo vero ad sublimiora enitẽs / diuina quoq; cognitiõe & scientia cõsumatur: fitq; verissime sapientie particeps. ¶ Nam sicut carneus noster & visibilis oculus: sũmo/ speciosissimo & lucidissimo visibili delectatur vt sole: ita & vis omnis cognitiua/ supremo & lucidissimo cognoscibili (vt deo totius lucis autore) inbui/ illustrari & consumari precipue expetit. ¶ Est enim deus vniuerse nature sol verũq; ac propriũ omnis cognitiue facultatis obiectum. In quo exuberantissima/ infinita/ sincera & imixta lux: omnẽ speculatiuã perstringit aciẽ: sẽper patẽs/ fusa super omnia/ parata sẽper & explicita (vt Diuus Areopagita testatur) cũctis ad participandũ. Omnia ad se conuertens/ seipsa expetibilis: & ab omni siue materiali siue immateriali oculo: sẽper amanda/ ꝓsequenda/ hauriẽda. ¶ Sed materialis oculus (vt imaginatio & extimꝰ sẽsus) vt curuꝰ in terrã/ vt granastellus & pressus senio: vt longiore a suo fonte distantia consenescẽs: beatã hanc suspicere/ & exhaurire nequit spendissimã lucẽ. Abditi illius solis iubar intueri & spectare nequit: cuius (vt sacra canunt eloquia) sicut tenebre eius ita & lumen eius.

Diuina sapientia monas.

Angelica dyas.

Humana tryas.

Diuꝰ areopagita.

¶ MVTA ANIMANTIA: NVLLAM DEI CONSEQVI NOTICIAM CAP. XXXV.

NDE FIT VT QVECVNQVE INFRA HOMINEM STATA sunt/ muta animantia: nullã veri naturalisq; sui solis noticiã consequãtur. ¶ Ad illius enim immensũ iubar: extoto caligant atq; cecutiunt. In perpetuis totius inuisibilis fontalisq; lucis: tenebris degũt. Ignorant eũ/ qui altissimas & eminentissimas lucis tenebras/ posuit latibulũ suum. Sapientie sũt expertia neq; seipsa quidẽ norũt/ neq; suũ autorem & opificem deũ. ¶ Nã neq; corpore neq; spiritu: ipsos exterebrare celos/ aut in sydereos attolli thalãos nata sunt. Tota equidem in terris orta nataq; sunt: tota quoq; in terris emori occũbere & occidere nata. Fit etiam vt omnis imaterialis cognitio & sapientia: ad senarij primi perfecti numeri mẽsurã rite cõpleatur. ¶ Sunt enĩ imateriales cognitiones/ numero quidem sex: specie tamẽ haud tribus plures Mẽs/ Intellectus/ Ratio. Tres quippe sunt mẽtes: duo intellectus/ ratio vnica. ¶ Nã mentẽ diffinimus: eiusdem ab eodem conspectũ/ scientiã noticiã. Intellectũ vero noticiã esse proximi & attigui: a proximo & immediato. Rationem denicq; cognitionem mediatam esse fatemur: qua principium finẽ/ per medium exquirit/ vestigat scrutaturq;. ¶ Trine igitur sunt mentes. Prima qua cognitus est a deo deꝰ: Secunda: qua ab angelo angelus: Tertia qua ab anima/ anima. Duo pariter sunt intellectus: primus quo deus cognitus est ab angelo. Secundus quo angelus ab anima. Nempe inter deum et angelum: et inter angelum et animam: medium interhyat nullũ. ¶ Vnica vero ratio est: qua deus per angelum medium/ nostris animabꝰ innotescit. Obtinet enim Angelus medium inter deum et animam locum. eoq; traduce diuine lucis iubar/ diuinusq; fulgor in animam vsq; nostram pertingit atq; deriuatur

Trine mẽtes

Duo intellectus.

Vnica ratio

¶ Adhūc itaq; modū imaterialescognitōes(q̄ contēplatōes et sapientie dicuntur) specie quidem solam tryadem/secundumue trigonum:implere probantur:numero vero ipsam exadem/trigonum tertium/primumq; perfectum restituunt. ¶ Est aūt mens vt pūctum/monas/vnitas. Intellect9 vt linea duo pūcta et dyas. Ratio vero vt superficies/tria puncta/tryas. ¶ Nam mens sola vnitate perficitur: Intellectus duobus extremis clauditur. Ratio vero in tribus: principio medio et fine consistit. Punctum enim vnitas quedam est: linea dualitas et pūcta duo. Superficies vero trinitas et puncta tria. Vnum quippe punctum haud aliud est q̄ punctum. Duo vero puncta lineam conflant: tria autem superficiem. ¶ Ita et mens consistit in simplici vnitate et i puncto subiecti et obiecti: Intellectus in eorum dualitate et linea: Ratio i eorum trinitate et superficie. ¶ Nā seorsum hec tria puncta: Deus/Angelus/anima: tres mentes sunt. He vero due linee: deus Angelus/angelus anima: duo sunt intellectus. At hec tria simul: Deus/Angel9/Anima (que sunt vna superficies) vnam rationem vnamue mediatam dei cognitionem conflāt. cuius principium/idq; quod discurrit anima ē: medium per quod fertur et motus ipsius lux: angel9. Finis vero/idq; quod per quiritur: de9.

Deus	Deus	Mens	Prima
Angelus	Angelus	Mens	Secūda
Anima	Anima	Mens	Tertia
Deus	Angelus	Intellect9	Prim9
Angelus	Anima	Intellect9	Scdūs
Anima	Deus	Ratio	Vnica

Deus	Angelus	Anima
Mens	Mens	Mens
Intellectus	Intellect9	
Ratio		

¶ Trina igitur est mens/Trinus intellectus/Trina et ratio: diuersis tamen modis et causis. ¶ Nā mens est trina nūero: cum sint tres mētes/termini tres/et pūcta tria: Deus/Angelus Anima. Intellectus sunt numero quidem tantum gemini: quia tamen i trib9 terminis Deo Angelo et anima/ambo intellectus clauduntur: trinus intellectus cēsetur. Ratio pariter numero vnica et sola est: substantia tamen et coalitione: trina. Conflatur enim ratio his tribus. Deo/Angelo/et Anima. ¶ Dicitur quippe ratio anime ratiocinatio: qua per angelū in deum euadit: qua (angelico medio) inferitur deo/suoq; fine et naturali sole potitur. ¶ Accidit enim in anima: quod in dyalecticis sillogismis. hi namq; et terminis et enūciationib9 sunt trini. Enunciationum vero et propositionū: due sunt prime immediate/precipue/simplices et intellectuales: quarum vna maior/alia minor vocari solet. Reliqua vero ppō mediata/media/rationalis/et extremis illata: quā illationē & cōclusionem vocāt. ¶ Simplicior autem est in sillogismis terminorum et vocum notitia/cognitione propositionum: et simplicior iterum premissarum cognitio/illationis scientia. ¶ Sit ita q; trium terminorum noticia: velut trina mens. Premissarum cognitio sit geminus intellectus. Illationis vero scientia/Ratio vocitetur. Liquet quanta concinnitate ex tribus mentibus duo intellectus: et ex geminis intellectibus vna pendeat ratio atq; illatio. ¶ Ita igitur et in anime discursu perge. Dic imprimis deum sibiipsi notū. Angelum sibi. Animam iterum sibiipsi. He sunt tres mentes: he simplicissime omnium cognitiones. Deinde enuncia deum de angelo/et angelum de anima cognitum inquam esse ab angelo deum: & ab anima angelum. geminos hoc pacto componis intellectus/illum maiorem hunc vero minorem. Deinde inferendus abs te est/cognitus ab anima deus: que est materialium cognitionum vltima/priorum gnaritatum illatio/anime consumatio/ratiocinatio et sapientia. ¶ Hoc rationali sillogismo/hac ratiocinatione atq; discursu: rationalis anima perficitur/sapiens fit/euadit in deum. Angelus siquidem prius et per se/euadit in deum. Anima autem sine medio/euadit quidem in angelum: per angelum autem assumitur in deū ¶ Irrationalis autem anima/in deum transit nunq̄. Eius etenim cognitio quā sensitiuā vocitamus) versatur in abdito et in profūdo. et est vt puncta quattuor siue vt corpus vndecunq; dimensum: con-

1	Mens	Deus	
2	Mens	Angel9	
3	Mens	Anima	
4	Intellect9	Deus	Angelus
5	Intellect9	Angelus	Anima
6	Ratio	Deus	Angel9 Aia

Analogia animead dyalecticū sillogismū.

Anime discursus.

Mens	Mens	Mens
Deus	Angel9	Aia



flatum compositum/sectile/et nulla ex parte vnum/simplex/immortale. Cetere aũt cognitionestres:immateriales sunt/impertes/immortales/simplices/et vt trini magnitudinum termni: Punctum/ Linea/ Superficies.

¶DENARIVM NVMERVM COGNITIONIBVS RESTITVI. CAP. XXXVI.



NSVPER FIT VT AD DECADIS ET QVARTI TRIGONI nũerũ excrescat omnis cognitio. Nam cognitio omnis aut mens est: aut intellectus/aut ratio/aut sensus. Atqui mens vnitate vt diximus conflatur/ Intellectus dualitate/Ratio trinitate Sensus quaternitate/que simul decadem implent. ¶Mens est vt punctum/ Intellectus vt linea/ Ratio vt superficies/Sensus vt corpus. Mens: dei propria est. Intellectus angelorum Ratio, hominum: Sensus irrationalium animalium. ¶Et harum quattuor cognitionum sicut potissime tres/materiales sunt/cetera vero materialis ita et abiectissime tres create sunt: Sola vero precipua et suprema/increata et eterna. Create sunt he intellectus/ratio/sẽsus: mẽs vero sola increata. Immateriales autem sũt he: Mens/Intellectus/Ratio: materialis vero sola sensiriua.

Deus	Angelus	Homo	Aial irra.
Mens	Intelle.	Ratio	Sensus
Pũctũ	Linea	Superfi.	Corpus
1	2	3	4

¶Angelus prior deo iseritur fitq; cum deo vnus. Deinde anima vna fit cum angelo postremo anima vna cum deo. ¶Huiusce quippe ratiocinationis et subsantia-

Subãlis syllogism9.

lis sillogismi/quo dei et anime inferenda vnitas est: deus et angelus extremi termini sunt. Medius autem terminus: angelus est. Maior vero propositio/ est hec/angelus deus: Minor/anima angelus: Illatio deniq; et conclusio/anima de9. ¶Hoc enim pacto perge/discure/conclude: Angelus est deus: Anima/angelus est: Igitur Anima deus est. Vbi namq; angelus vi cognitionis in deum euasit et coniunctus deo est: aliquo pacto deus est. Identidem& anima in angelum prior q̃ in deum veluolat atq; irremigat/tandẽq; per angelum in deũ euadit ¶Nam et superiora et priora vt logici volunt/ad inferiora et posteriora enunciantur. Deus aũt superior est ãgelo. Angelus vero prior& superior aia. Quaten9 igit iferiora et min9 p̃cipua i p̃stãtiora et potiora euadere nitũtur: dicit iprimis de9 de ãgelo/ deinde ãgelus de anima/ Postremo deus de anima. Hec enim substantialis ratiocinatio: in prime syllogismorum figure dispositione/ modo et ordine contingit. qua per extremas vnitates angeli et dei/anime et angeli: rationalis anima deo copulatur/ atq; inseritur.

Q2 CMNIS COGNITIO/PRO VIRIBVS IN DEVM INTENTA. CAP. XXXVII



EVS CVM SIT PRECIPVVS ET VERISSIMVS TOTIVS NAture sol/et suptemum omnis cognitiue facultatis obiectũ: omnis vis cognitiua (quantũ ipsi indultum est) i deum vt potentia in actum conuertitur. Et est vt quidam ipsius dei aspectus/fulgoris ipsius receptaculum naturalisue emanatio. Vnaquecq; enim vis cognitiua/quo ad perfectionem suiq; consumationem. ¶Ceterum non modo eodem/omni cognitiue facultati pellucet reuelatur referaturq; deus: non facie eadem

Non eodẽmodo omi cognitiue facultati reuelatur deus

eodẽue aspectu: intellectui/ rationi et sensui nudatur/discooperiturq;. ¶Nam intellectui reuelatur in lumine/ Rationi in vmbra/ Sensui in tenebris. Ab angelo siquidem conspicitur clarus et nudus: Ab homine vmbratilis. Ab irrationali animãti/ cum nullo pacto spectetur deus: ab eodem in tenebris/in nocte/in totius lucis priuatione: conspicuus spectabilisq; esse pronunciatur. ¶Lux autem ipsa/in deo est et deus est. Lumen vero prima est lucis emanatio directusue lucis radius. Vmbra: luminis est aut refractio/aut reflectio. Tenebre autẽ dicuntur luminis priuatio. ¶Lux in sole est. et natiua quedam solis claritas. ¶Lmen id est quod directo et infracto radio/a sole deriuatur: vt qnicquid est/a sole vsq; ad nubes. ¶Vmbra est lumen refractũ: quale sub nubibus visitur vsq; ad terre superficiem ¶Tenebre sũt defectus luminis: qualis a terre superficie/ ad vsq; eius meditullium et centrũ cõtingit. ¶Lux est precipua et prima. Lumen: lucis est species. vmbra: luminis vestigium. Tenebre priuatio et non ens. ¶Quandiu lucis radi9 per simile mediũ fertur/vnus/continuus/directus &

Lux

Lumen

infractus:lumen est. Vbi vero dissimili quidem acdensiore medio:sed transparente atq; īo-
paco frangitur spargitur/multiplicatur vt ab occursu nubiū:vmbra cēsetur. Ast vbi mediū
occurrit intrāsparens solidū/opacū vt terra illic tenebrarū est initium/ibi totius lucis occi- Vmbra
dit interitq; species. Est enim opacū corpus :ab luce impenetrabile. ¶Omnem igitur aso-
le et celo/ad terre vsq; centrū/mundi regionē:in quattuor partimur:In regionē lucis/lumi- Tenebre
nis/vmbre/tenebrarū. atq; ī hisipsis volumꝰ oēm dei aspectū/cognitionē et scientiā cōtine
ri:easq; esse vt naturales rerū oim mansiones ac sedes. ¶Deus eni est in regione lucis: An-
gelus in regione luminis:Homo in regione vmbre. Irrationale animal in regione tenebra-
rū. ¶Lucis regio est ipsum celum/et vniuersa celorum spissitudo. ¶Locus vero et regio lu-
minis:est igneum elementum et superior aeris regio seu quicquid est a lune concauo/ad nu
biū conuexum. Vniuersa eni hec regio orbicularē celi motū imitata:serena trāquilla/&;pa-
cata mitissimas/ac saluberrimas auras voluit. Nulla in ea gignitur nubecula/nullaue cali-
go:qua aut luminis radius frangatur/aut vmbella causetur. ¶Vmbre regio est quicquid a
nubibꝰ/vsq; ad terre faciē patet. Huius enim regionis aer vmbratilis et caliginosus :supe
riore insalubrior et impacatior reperitur. ¶Tenebrarum regio est tellurea molles vniuersa



que nullum lucis excipit admittitq; iubar. ¶Fons et ortus lucis est in celo. Lumen
vero a celo ad nubes vsq;:infractū/vnum/continuumq; pertransit. Fractus autem a nubi
bus lucis radius ad terram vsq;: vmbre nomen sortitur. Quicquid deniq; sub terra:tenebre
dicuntur. ¶Aliter igitur patet deus angelo/Aliter homini/Aliter irrationali animanti. Di Tantū due
uina eni species que in intellectu recipitur angelico/lumen est. Que vero in humana ra- creature di
tione/vmbra. Que autem in animalis sensu:tenebre/totiusq; diuine lucis priuatio. uine scien-
¶Vnde fit vt tantū due sit creature:diuine scientie participes/tantum duo mundi lumina- scie partici
ria/angelus et homo. ¶Sūt eni tantū due lucis species:lumē et vmbra. Lumen autē est an pes.
gelica scientia: Vmbra vero scia humana. Tenebre aūt solo noie/dicuntur tertia lucis/spe-
cies. Re eni vera tenebre nichil sūt:preterq; sola lucis priuatio. ¶Angelicus igitur intelle
ctus:deum nouit in prima lucis specie/vt ī lumine. Humana ratio:in secunda specie id est ī
vmbra. Animalis sensus:in tertia lucis specie/id est in tenebris/in obscuro in negatione/& ī
mera lucis priuatione:que est vera et sincera dei ignoratio/animali innata. ¶Nam cogno
scere in tenebris deū:haud aliud est q; ignorare deū:speculari in tenebris deū/est nō videre
deū. Affici tertia diuie lucis specie/ideſt diuinis tenebris:est nullo pacto diuia luce feriari/
nullā dei suscipere speciē/nullā diuiui solis consequi gnaritatem

¶DEVM FONTEM ESSE LVCIS:ANGELVM VERO PRIMVM ESSE LVCIS SPECVLVM.·· CAP.XXXVIII.

RVRSVM DEVS FONS EST TOTIVS LVCIS:ET VT IMMENSꝰ
eiꝰ sol. Angelꝰ vero ēvt clara cādida & trāsparēs nubecula:deo iugiť obie
cta illiq; vicina/proxia/attigua. Manās qppe a deo lucis radiꝰ/nullo dissili
medio abercet:quiī āgelicū vsq; ītellectū vnꝰ cōtinuusq; deriuet ¶Int eī
deū & āgelū/nichil līterhyat:cuiꝰ obice ipm lucis spiculū/obliquū & idire
ctū ad latꝰ īcedat Nihil ē qđ diuinū ab āgelo/liquidūsicerū/acnudū. auffe
rat aspectū. Nil qđ ipi āgelo:causet diuini estꝰ/ardoris & claritatis vmbrā. Angelicus
¶Pria itaq; diuie lucis extra deū pfectio/pria diuie claritatis positō & emanatio primusue intellectus
eiꝰ statꝰ/receptio & cōtinētia:angelicꝰ ē ītellectꝰ/siue āgelica tota subā. Hec aūt cū spirita- vt Intrans-
lis/siplex/corpea trāsparēs & īopaca sit velut nubes:exceptū diuie lucis radiū ad iferiorē & parens nu
posteriorē creaturā(vt ad hoiem vsq;)traducit/dissilis tn mediį occursu fractū/spsū/idirectū becula.
obliquū/lateralē & vmbratilē. Est eī āgelica nubecula id dissile mediū:quo inť deū & hoiem
itercurrēte frāgiť diuie lucis irradiatio. quoue diuini solis ardores & supeminētes estus/ab
hoie arcētur:quo deniq; causať hoini/diuie claritatis vmbra. Cernit qppe deū hō/haud
(vti est)purū/simplicē/nudū/aspectu primo:sed in quadam vmbra/sub caligine et nube an
gelica sub mitiore et temperantiore aura et aspectu secundo.

¶ Est enim homo secunda diuine lucis positio: secundus eius attactus/ status/ susceptio/ cõtinentia et sedes. Hactenus itaq; hõ/ diuinus speculator et contẽplator euadit: qua illi diuia species/ haud nuda: sed sub transparenti angelici intellectus caligine/ in vmbra reuelatur atq; demonstratur. ¶ At cum intransparens sit/ & imperuius homo totusq; ab luce impertrãsibilis (vt qui duntaxat candido et perlucido spiritu: terreo vero et opaco corpore conflatur) sistitur in homine diuina lux/ et ad vlteriora transmittitur nusq̃. Opacitate siquidem et soliditate humani corporis continetur/ arcetur/ et colligitur in homine. ¶ Hũani igitur corporis opacitas diuino obiecta/ intentaq; soli: ad postergatam et inferiorem creaturam (vt ad irrationale animal) tenebras emanat funditq; omnem diuine lucis inaspectum et sapiẽtie priuationem. ¶ Est enim cominus sub deo collocatus angelus: Sub angelis homo/ Sub homine vero irrationale animal. Angelus rursum sub nullo medio/ deum speculatur atq; intuetur: Homo vero sub nube et angelico spiritu deum videt. Irrationale autem animal/ cum nullo pacto diuine sit scientie aut speculationis consors: persimile est ei oculo/ qui mersus in terre profundo tellureaq; mole obrutus: solem intueri contendit. obruta etenim ẽ irrationaliũ animantium acies/ mole humani corporis: per quam (vt diximꝰ) diuina luce irradiari prepeditur. ¶ Rursum humane vmbre/ causa est angelicus spiritus: Tenebrarum vero irrationali animali causa/ corpus humanum. Et sicut diuina prima et immediata species lumen est: quo pascitur/ afficitur et illustratur angelicus intellectus: ita et angelica species ẽ vmbra: qua homo humanusue intellectus satiatur. Humana vero species/ humaniue corporis irradiatio/ tenebre sunt. que ab humano corpore/ in animal irrationale manant illud operiũt faciuntq; diuine cognitionis expers.

Homo corpore trãs parens.

¶ ITERVM DE DIVERSITATE DIVINARVM SPECVLATIONVM. CAP. XXXIX.

ONTEMPLABILIS AVTEM EST DEVS/ AB ANGELO: VELVT in celo. Ab homine: velut in nubibus. Ab animali bruto: vt in terra. ¶ Statue quippe angelicã aciem/ in celo: Humanã/ in nubibus: Animalium oculum in terra: ac dilucide perpendes vniuscuiusq; speculatoris oculi naturam. ¶ Nam si prestantius est celum nubibus ipsoq; deo vicinius vtiq; et hic oculus/ quem in celo collocabis propiore breuioreq; radio/ illustrabitur a deo: eo oculo/ cui in ipsis nubibus deputaueris sedem. Et sicut celum et nubes: corpora sunt/ suapte natura transparẽtia luciscq; capacia: terra autem corpus opacum/ luci imperuium: ita et hi profecto oculi/ q in celo et nubibus collocantur: ambo diuini luminis participes fiunt. que vero acies/ in terre profundo residere probatur: ad illam vsq; diuina lux pertingit minime ¶ E tribus igitur creatis oculis angelico/ humano/ Aiali: siue intellectuali/ Rationali/ sensibili: potissimi duo (quãq; differenter) ad naturalis sui solis/ hoc est dei conspectum admittuntur. ¶ Angelica nempe acies/ deum in lumine: Humana vero/ eundem in vmbra speculatur: Reliquus autem oculus/ qui mutis animantibus ineſt: hic et nullo pacto/ suum solẽ intueri posse: et in tenebris illum/ speculari pronunciatur. ¶ Et vt hec euadant clariora: intelige omnem vim cognitricẽ (vt alibi diximus) quaternario claudi finiriq; nũero. Siue oẽm speculatorem oculum/ esse quadrigeminum: diuinum increatum/ ceteros vero tres Angelicum/ Humannm/ Animalem: e diuino oculo/ vi creationis quandoq; emersisse. Voca insuper diuinum oculum lucem: Angelicum/ albedinem. Humanum/ ruborem: Animalem nigritatem. Sicut enim lux/ fons est et initium et actus colorum omnium/ cunctis coloribus longe prestantior: ita et diuinus oculus/ fons est et initium omnium oculorum. Et sicut omnis color trinis tantum coloribus exprimitur/ duobus inquam extremis et colore medio: ita et omnis creatus oculus/ est trinus. Omnis enim color: species quedam est et emanatio lucis. Omnis quoq; creatus oculus: diuine increate aciei/ species est et substantialis emanatio.

Quadrigeminni oculi

Ois color lucis spẽs.

¶ Sint igitur nunc pro coloribus extremis: albedo/ inigredo: Pro medio vero colore/ rubor. Dicemus diuinũ oculum/ sibiipsi ab eterno: in luce et fonte colorum/ perspectum: suiq; speculatorem/ ante omne principium extitisse. ¶ Angelicum vero oculum: fatebimur in prima lucis specie: hoc est in albore siue in luie/ ad diuini oculi admitti cõspectũ. ¶ Hũanũ porro oculum: diuine aciei/ in secunda lucis specie/ hoc est in rubore et vmbra: euadere speculatorẽ. ¶ Oculo vero animali: haud aliter q̃ in extrema lucis specie/ id est in nigritate atq;

in tenebris: diuinã aciem reuelari dicimus. ¶ Perspectus est itaq; sibipsi deus: vt sincera & immaculata lux. Angelo vero reuelatur: vt infigurata albedo & lumẽ. Homini: velut rubor et vmbra. Muto animanti: vt nigritas et tenebre. ¶ Diuina rursum in angelo apparitio: persimilis est aspectui meridiani solis. qui sine nubibus: nostris oculis imperturbatus/ liquidus sincerus/ purus albusq; nudatur. ¶ Diuina vero in homine apparitio: medio solis aspectui hoc est in ortu et in occasu: pari proportione respondet. Oriens quippe aut occidens phebꝰ lõgiore infirmioreq; radio/ nostris oculis imprimis pellucet: et nequaq̃ purus aut albicans sed per medios vapores/ rubens vmbratilisq; demonstratur. ¶ Diuina denicq; in sẽsibili oculo emicatio: tam nulla est/ q̃ sol in medie noctis pũcto/ conspici nequit.

Deus	Angelus	Homo	Animal
Mens	Intellectꝰ	Ratio	Sensus
Lux	Lumen	Vmbra	Tenebre
Lux	Albedo	Rubor	Nigredo
Superceleſtia	Celum	Nubes	Terra

¶ Angelica facies sursum in deum intendit: vt ad meridiei punctum/ aut ad zenith orizõtis et hemisperij conuersa. ¶ Humana in vtramq; partem et ad latera (Nam bifrons est hõ) deũ vt solem/ nunc oriẽtẽ nũc occiduũ videt. Asti irrationalium animantium capita in terram sunt prona: et ad medie noctis pũctũ vergentia. ¶ Nam finge in celo soles quattuor: Meridianũ/ Orientem/ Occiduum et Nocturnum. Meridianum sincerum & nudum/ Orientem vero et occiduum velut p nubes apparentem: nebula circũdatum. Nocturnũ deniq; / vt sub terra delitentem opertum terra. ¶ Intellige et orbem aliquem inter terram & celum in nostro hemisperio: omnem vim intuitiuã/ aspectumq; librantem atq; deferẽtẽ. circa quem pinge quattuor aspectus/ oculosue/ aut facies quattuor. ¶ Superior igitur oculꝰ versꝰ in meridianum solem erit vt angelicus intellectus. Medij oculi qui orientem & occiduum intuebuntur solem/ erũt vt humani: aspectus q bus homo diuidue et obliquato radio/ vltro citroq; ad diuinum admittitur conspectum. Inferior autem oculus/ nocturni speculator solis/ erit vt animalis oculus: exprimens quanta insit mutis animãtibus dei cognitio/ diuiecq; lucis participatio. ¶ Sicut enĩ ei oculo/ nocturnꝰ sol per terram manet imperuius: ita et diuina lux humani corporis interstitio: ab eodẽ oculo arcetur/ fitq; imperuia et perpetuo inaccessa. ¶ Angelus autem (vt superior pandit oculꝰ) vnico/ simplici/ directo et perpendiculari radio fit diuine lucis capax. in ipsum deũ sine medio (vt aquilina acies in visibilem hunc solem) intendens.



Differentie speculationũ solis aspectus.

TRINAM SOLIS ET DEI ESSE APPARITIONEM. CAP. XLI.



NDE FIT VT VNIVERSA SOLIS APPARITIO ET POSITIO SIT tria. Apparet ei sol aut in monade/ aut i dyade/ aut in tryade. ¶ Apparet vt mõas in meridie siplex/ pur9/ nud9/ sñ nube/ alteritate/ specie et pmixtiõe. Re uelat vt dyas/ in mediis temporib9: vt in ortu et occasu/ opert9 nube/ et cali gine tanq̃ simplici prima et precipua alteritate. Videtur vt tryas/ in mundi ca thabasi/ hoc est in medie noctis puncto: vtraq; pexmixtus aiteritate/ candida scilicet et opaca/ nube et terra. ¶ Et in his differentiis/ deus omni creato ocu lo ad instar mũdani solis/ innotescit euaditq; conspicuus. Intellectuali/ i mo nade: sine vlla speciei/ aut alteritatis permixtione. Rationali in dyade: et per angelice pel lucentis nubis speciem. Sensitiuo in tryade: angelice nubis et humani corporis interstitio. ¶ Nam cum omnium rerum sit autor deus earumq; veri ssima essentia: solus omnia fert/ solus/ continet: gestat; vniuersa. Oia in eo fulciuntur et in eundem euadere/ singula (iux ta suum queq; gradum) nata sunt. ¶ Et precipue ea quibus cognitiua adest facultas que cunq; vi natu/ alium cognitionum predita et illustrata sunt: vt angelus homo/ animal/ cete ra cũcta ante eunt entia suisq; gradib9/ in sui prospectu autoris versantur. ¶ Angel9 autẽ coram deo primus/ in dei locat9 vicinia/ et propinquitate/ diuine lucis: splendidissimum iubar liquida et imperturbata/ acie haurit: primusq; sine medio in deum euadit/ recipitur in deo/ deus fit: Inseritur deo/ vnitur deo: fitq; diuini solis prima ad sequentium oculorum aciem obumbratio. ¶ Post autem angelum: homo/ per angelicam transparentiam: et diuina im primis luce feritur/ & demũ subuectante eadem claritate/ in deum euadit. Eodẽ quippe me dio quo diuina claritas/ a deo in hominẽ manat/ descendit/ deriuaturq;: homo in deum scã dit/ euadit/ fitq; deus. Euasit autem prior angelus in deum: prior in deo receptus est intelle ctualis oculus: q̃ humanus intellectus in deum perueniat. ¶ Recipitur igitur huma nus intellectus in deo haud immediate et per se: sed per angelicum medium. Neq; insuper deum/ vt simplicem et per se deum: sed vt deum per angelice nubis transparentiam micã tem/ hũana intelligentia speculatur. ¶ Id ei quod hũanus specula t videtq; intellect9: haud est deus simpliciter/ sincerus et nudus/ sed deus/ angelica obtectus adopertus ue caligine. Si ue deus/ cui iam insitus est et coniunctus angelicus intellectus. ¶ Euadit siquidem ange licus intellectus: ante humanum intellectum/ in deum. qui cum deo ipsi (velut speculatrix potentia suopte obiecto) insitus est: ipsum deum/ ad sequentem humani intellectus conspe ctum: sua nubecula obtegit/ adoperit/ obumbrat. ¶ Post deniq; hominem/ quarto a deo lo co/ tertio a prima creatura (id est ab angelo) distat irrationale animal: quod vnica dũtaxat materiali et sensitiua cognitione preditũ est. Huius autẽ oculũ: si pariter dixeris/ suo quoq; numero et gradu: tam vt diuina luce feriatur/ q̃ vt in deum euadat atq; pertranseat enitar dicam quoniã et eius a deo irradiationi et ꝓprio nisui seu delationi ac trãsitiõi i deũ: obstat hũana interiecta substãtia. Hec enim cum materialis/ corporea/ opaca/ intransparens et lu ci imperuia sit/ per eam neq; lux diuina/ in animalis oculũ traduci: neq; in deum ferri copu lariq; deo/ idem irrationalis oculus potest. ¶ Vbi enĩ receptus est in deo homo/ vbi hũana substantia coniuncta et inserta deo est: incassum expers rationis animal/ aut diuinã exhau rire lucem: aut in ipsum deum euadere contendit. ¶ Procedens quippe a deo/ diuina lux: p tranſit quidẽ angelicã mentẽ sincerã/ incorpoream/ imaterialẽ velut nubẽ trãsparẽtẽ. atq; in de i hũane vsq; mẽtis oculũ/ lux eadẽ pgit facitq; hoiem diuine scie cõsortẽ ¶ At hũana mẽs/ cũ iferiore ex parte/ materiei et corpi addicta sit: mox ipsius corporis opacitate/ lux ea dem in homine colligitur/ sistitur et in inferiorem irrationalem nue oculum/ deriuari inhibe tur. ¶ Est enim humanum corpus/ terminus diuine lucis: in quod vsq; perlata diuina lux/ mox illius attactu opacitate ac soliditate resilit: recurritq; in eum fontem/ quo pri9 emersit. Est et humanum corpus: eorum que in deum assumuntur/ queue deo inseruntur vltimum. A deo vt rite diffiniri humanum corpus possit. diuine totius lucis meta eiusq; reflexio & i suum fontem recursus ¶ Sunt enim tria duntaxat que in deum euadere illiq; copulari que ãt: Angelica mens/ Humanus animus et Humanum corpus. Sed cum ex humano animo et humano corpore: confletur a natura humana tota substantia: cuius veruset precipuus ocul9/ rationalis appellatur: tantum duo entia in deum assumi nata esse profitemur: ange lum et hoiem. tm̃q; geminos esse oculos/ Intellectualem et rationalẽ: quidiuinũ i creatũ ocu lũ/ iugiter spectare et intueri sint nati: intellectualem in luie/ Rationalẽ: in vmbra ¶ Ex his itaq; que dicta sunt/ hec elicimus. Sicut de9 suapte nata & subã ab et no de9 ẽ: ita et angelus

Angelus i deum nitit

Hõ post an gelũ i deũ euadit.

Angelica mẽs prior q̃ humana i deũ trãsit

Processꝰ di uine lucis a deo:

Humanũ corpus di uine lucis reflexio & meta.

et homo / vi imaterialium cognitionum et illustrantur a deo et diuine lucis participatione in deum assumuntur. ¶ Vis etenim obiecti / vt lux: manans ab obiecto / ī speculatricem potentiā: eādē potētiā / ipsi obiecto iserere probat quēadmodū linea est eadē / qua diuia lux / m angelicam humanāq; mentem descēdēs spargitur superneq; illabitur: et qua demū vtraq; mēs / in ipm deū scādit illiq; copulat. ¶ Irratōale aūt aial (vt dictū est) neq; diuinū exipe lumē: neq; in deum scādere potest. O best eī illi / vtrinq; hūani corpis moles: per quā geminis de causis / deo inseri deusq; fieri prohibetur. Prima causa est ex parte ipsius lucis. Secunda ex parte acieiet spectantis oculi. ¶ Nam diuina ipsa lux (vt diximus) trans humanum corpus / in animalem oculum traduci nequit: vt pote que in humano corpore sistitur. Acies item irrationalis oculi / inualida ac hebes: humani corporis soliditate abercetur / ne quicq; quod supra humannm fuerit corpus: aut quod in illius claustris deliteat / conspicetur

Eadem via descensus lucis ab obiecto: et ascensus potentiei obiectum.



¶ Et hec vniuersa clarius perpēdes: sii quattuor orbibus / omnem oculum collocabis. Diuinum: in orbe medio et omnium centro Intellectualem siue angelicum: in orbe secūdo / qui vndecunq; ī diuinū nitatur euoletq; : oculum. Rationalem in orbe tertio: qui pariter / sed post angelicū oculum diuinam aciē vndecunq; speculetur Animalem deniq; oculum: in orbe quarto & vltimo. Diuinus autē oculus (cum sit immultiplex et natura vnic9: fiat in medio circulo tantum vnus. Creati vero oculi (cum in multitudine & varietate pene innumera / increati diuini oculi explicent vnitatem) plurimi sunt circa oculum diuinum describendi.

¶ Sed et cum diuina mens dicta sit esse lux: Angelica / velut lumen et albedo: Humana / vt rubor et vmbra: Animalis oculus / vt nigredo et tenebre: hic orbis in quo deum / aut diuinū collocabis oculum: pingendus est abs te aureus. quandoquidem aureum imitari colorem / fontana et intentissima lux (qualis in sole) videatur. Orbis autem secundus quem complent angeli: albus est relinquendus. Orbis tertius / que mansio hominum est: rubro colore inficiendus erit. Quartus deniq; orbis / qui animalium mansioni deputatur: atro pullo ve colore nigrescat. Irrationalium siquidem animalium oculi: ad diuinum conspectum / exto to cecutiunt / deguntq; in regione tenebrarum: et in omni diuine lucis ac sapientie occasu.

¶ Hi itaq; quattuor orbes / adaperiunt palam: quo pacto deus simpliciter hoc est nudus / sincerus purusq; angelis demonstratur. Hominibus vero haud simpliciter ac nudus: sed angelicis intelligentiis vndecunq; adopertus. Irrationalibus autem oculis: cum et angelicis intelligentiis et humanis animis atq; corporibus / obtectus circundatusq; suffulgeat: nullo pacto ab iisdem / spectabilis esse predicatur.

¶ DEVM EXTRORSVS PERINDE ATQVE INTRORSVS ESSE TRINVM.

SIANGELVS ET HOMO: ET DIVINE LVCIS INFLVENTIA & ſacro quodã niſu/ in deum aſſumuntur: fiunt vtiq; participatione diꝯ. pro viribus illum imitantes: qui vt naturalis/ verus/ eternus precipuuſq; deꝰ celebrat. Euadit itaq; ãgelica & hũana iſitõe naſalis deꝰ: tã extra ſeipm q̃ intra ſemetipſũ trinus: deus inquã diuinꝰ/ Deꝰ angelicꝰ et deus hũanꝰ. Deus enim diuinus/ eſt verus naturaliſq; deus: qui per ſeipſũ a nullo ante ſecula deus eſt. Deus angelicus/ eſt angelus exceptus in deo: qui a ſeipſo deꝰ non eſt/ ſed pependit a primo. Deus autem humanus/ eſt homo: qui participatione dei/ deus euaſit. qui ſubſtantiam et vires/ cum a primo naturaliq; deo acceperit: ope demum angelica ſubuectus eſt in deum. ¶ He autem ſubuectiones diuinarũ virtute ſpeculationum/ contingunt. Eſt enim deus ſimplex purus et nudus: angelice contẽplationis obiectũ. Nil ſiquidem angelico intellectui preſentatur et obiicitur: preter ſolam diuinam ſubſtantiam. in quam cum ſubuehitur angelicus intellectus: puram illã et imixtã offendit. vt pote in qua nulla ante recepta eſt ſpecies: in quam nulla prior (ſecundum naturam) euaſit creatura. prima igitur immaculato et per omnia ſincero/ ac ſereniſſimo deo: angelica inditur inſeriturq; mens. prima illius nitorem/ humano intellectui obumbrat.

Angelice ſpeculatõis obiectum

¶ Diuina autem dyas ſiue dei et angeli vnio: exprimit obiectum humane ſpeculationis. Humanus enim intellectus vt diximus: non deum videt ſolum: ſed deum ſub angelica nube pellucentem/ perunum/ tranſparentem. ¶ Nam cum peruenit in deum: inſitam illi videt angelicam ſpeciem et nubem: que prior in deum euaſerat/ illiq; prior inſita eſt. ¶ Supereſt autem vt diuina quedam tryas/ ſiue hoc totum deus/ angelus/ homo: animali/ ac ſenſui obiciatur/ atq; preſentetur. et tam ſenſus q̃ irrationale animal: ab diuina et angelica viſione humani corporis obice et opacitate arceantur. ¶ Vnde ſit vt videatur deus ab angelo: vt ſol: purus nitidus/ imixtus/ ſine vlla ſpecie et maculoſa facie/ ſine caligine et nube. Ab homine vero vt luna: velut ſub inſitione angelice ſpeciei/ ſub maculoſa facie/ ſub nube et caligine. Ab animali autem vt terra: per humani corporis ſpeciem per materiam et humanas tenebras. ¶ Appa ret item angelo per ſe/ vt ſol candidus & albꝰ Homini per angelicam nubem: rubens vt luna. Animali per materialem hominis ſubſtantiam/ nigricans vt terra: id eſt in priuatione/ negatione et ignorantia. ¶ Sunt enim albedo et nigredo extremi colores: rubor vero medius et deriuaticius color Albedo omnium colorum: eſt ſimpliciſſimus et primus. Nigritudo vero eorum finis. Albor lux quedã eſt: rubor lux in nube/ et quedam vmbra. Nigritas lux in corpore/ aut tenebre et lucis priuatio.

Illatio



Analogia

Albor omnem recipit colorem et ſpeciem: in omnia vertitur/ omnia fit. Nigritudo vero nullum recipit/ nullo inficitur: nichil continere aut fieri poteſt. ¶ Ita et deus omnia eſt initiũ eſt omnium: omnia geſtat/ recipit/ continet ſeipſo fulcit/ vt albedo. Irrationale autem animal: nichil fieri poteſt/ impingibile eſt: omnium denicq; cognitionum et apparitionum eſt vltima et vt ipſa vniuerſorum/ nigritas/ ignorantia/ tenebre. ¶ Angelus et homo ſunt vt medij colores: qui diuine lucis/ aut in nubem aut in ſolidum corpus icidentia gignuntur. ¶ Deus vt ignis eſt: Angelus vt aer/ homo vt aqua: Animal vt terra. Deus vt mens: Angelus vt mentis conceptus/ homo vt vox/ Animal vt ſcriptura. hec ſunt quattuor precipua vniuerſi entia. Hec vera et ſubſtantialia mũdi elementa. Hec illa quattuor animalia: plena (vt ſacra canũt eloquia) oculis ante et retro. O culi enim eorũ ſunt cognitiue facultates: que ſolis his quattuor inſunt. Mens diuinus eſt oculus: Intellectꝰ angelica acies eſt. Rratio humana. Senſus vterq; animalium oculus eſt.

Sacrum eloquium

¶CVR SOL APPAREAT SINE SPECIE: LVNA VERO MACVLOSA FACIE INSIGNIS CONSPICIATVR.·. CAP.XLI.

EIT ITERVM EXHIS: CVR CORPOREVS ET VISIBILIS/ SENSIbilis huiꝰ mũdi ſol: purꝰ ſit/ ſiꝫplex/ candidꝰ/ imixtꝰ/ ſineſpecie/ nube & caligine. Luna vero inſincera ſit/ ſpeciei admixta: alteritate nube & caligine ſuffuſa/ ac maculoſa quadã facie/ & pullo aſpectu inſignis. ¶Nã talis a nobis viſiꝫ ſenſibilis iſte ſol/ fons totius viſibilis lucis: qualis angelice acies archanus ille/ eminẽtiſſimus & exẽplaris ſol/ inuiſibilis fons lucis reuelatur. ¶Et qualis rurſũ humano intellectui/ ſub angelicoſpeciei interſtitio nudatur deꝰ talis luna noſtrorũ oculorum mortalem aciẽ ferit/ corporeiſue noſtris luminibus (ſub cuiuſdam vmbelle & caliginis admixione) preſentatur: ¶Eſt enĩ (vt diximus) deus ſimplex & vt ſol/ ãgelice cõtẽplationis obiectũ. Idẽ vero vt opertus ãgelica nube: vt facies i eo viſiꝫ ãgelica/ hũane cõtẽplationis obiectũ vocaꝫ. ¶Angelꝰ deũ ſolũ & inopertũ videt: nullã i eo deprehendẽs imaginẽ/ nullãue nubilã aut maculoſã faciẽ. Eſt eni angelꝰ: primꝰ a deo ꝓcreatus vultꝰ: quo nullꝰ prior aut anterior in deũ euadit/ in deoq; recipitur. Huiꝰ autem acceſſu ad deũ ſeu receptione/ ac ſtatu in deo: ei demũ creature que poſt angelum/ in deum ſuccedit vt homini: reſeratur & expatatur deus vt luna. qui priori creature/ ac prime ſue imagini/ vt ſol ſincerus/ puruſq; ſuffulſit. ¶Accedens eni ſecũda dei imago & ſpecies (id eſt homo) ad deum: cernit prius in eo receptam/ primam ſpeciẽ atq; imaginem: id eſt angelicum itellectum/ deum operiẽtem/ atq; obũbrantem: perſimilem ei maculoſe faciei/ que eſt in luna. ¶Deus enim perſe & vt angelo demõſtratur/ eſt vt ſol: qui angelica inſitione trãſit/ euaditq; in ſpeciem lune. ¶Viſiturei/ ſpectaturq; deꝰ ab angelo: vt ſpeculum mũdum/ ſincerum & purum ſine imagine. Ab homine vero vt ſpeculum in imagine: & in quo recepta viſitur imago. Nã deꝰ ſpeculũ quiddã eſt: natura & p ſe ſincerũ/ ſine imagine ac ſpecie: cuius naturales ac vere imagines/ ſunt angelice & humane ſpecies: in diuino ſpeculo vi cõtemplationis recipiende/ deoq; inſerende.

Acceſſus vtriuſq; diuine imagi nis ad deũ.

Luna ſpecie inſignis Sol purus ſine ſpecie.



Deꝰ vt ſpeculũ mũdũ

Hũana ſpẽs Angelica deo inſita Deus purus



Vt terra Vt luna Vt ſol

¶Sicut nempe i albore/ recipi natus eſt omnis color: ſiue medius vt rubor/ ſiue extremus vt nigritas: ita & in deo (qui lux albor & veritas quedam eſt) & mediꝰ & extremꝰ color/ ipſiuſue lucis & fõtalis alboris derriuationes ac ſpecies: in analogia recipiuntur. ¶Angelica igitur ſpecies inſita deo: illius candorẽ homini/ in colore medio/ vt in rubro explicat. tanq; ſi lux in nube & claro corpore excepta: ſper illius tranſparentiam ſpectetur. ¶Humana autem ſpecies & ſubſtantia/ cum ob materiam ſit intranſparens: accedens ad deum/ ipſiq; deo inſita: illius candorem ſuapte nigritate/ irrationali animãti inuiam ponit. ¶Eſt enim deus vt per ſe ſumptus: albor. vt cum angelo/ & angelica obtectꝰ nube: rubor & mediꝰ color. vt vero cũ homine & inſitione hũane ſubſtantie: nigritas/ & extremꝰ color.

¶HOMINEM SECVNDAM ET VLTIMAM ESSE DEI IMAGINEM IN DEO RECIPI NATAM.·. CAP.XLII.

VNDE FIT/ VT HAVD IMMERITO HOMO: VLTIMA SIT DEI imago/ extremusq; vultus in deo recipi natus. & irrationalis creatura homine inferior: deo inseri & in deo recipi nō possit. ¶ Nam sicut in nigritate pingi nulla potest visibilis species/ nichil in ea scribi/ nulla exprimi imago: & in nullū colorem verti nigritas potest/ nulla affici ac tingi versi colorita te: ita & vbi recepta est hūana species in deo: in diuino speculo/ posterior nulla nata est recipi imago. ¶ Vbi vero intelligis/ solā angelicā speciē i deū euasisse & in deo receptā: superest adhuc locus hūane speciei/ quo i deo recipiatur & collocetur homo. ¶ Nempe angelica in deo receptio haud extremo coloti: sed medio vt rubori cōparatur qui adhuc nigritate tingi: infici & inscribi potest.

Analogia nigritatis.

¶ Sicut igitur in albedine colorū fonte & primo: recipi nati sunt medi⁹ color/ vt rubor: & extrem⁹/ vt nigritas: & rursum i medio colore vt in rubore/ recipi potest extrema nigritas: in nigritate vero nichil: Ita & intellige deū suapte natura & substātia candicantē & albū/ hoc est sincerum purūq; vt ei est/ angelo apparere. Eundē vero angelico accessu/ velut solem nubibus opertū: homini/ rubrum siue vmbratilē demonstrari. Humana vero insitione eū dem omni postergate creature claudi/ denegari pullū euadere/ imperusū/ incognitū/ inaccessum. ¶ Est enī homo vt diximus verus mūdi Ianus: clusius & patulci⁹/ hoc est aperiens & claudens. Omni nāq; inferiori creature: diuinū claudit aspectū/ occulitq; deum: illū in se cōtinens & ad inferiora nulla traducens. Idē vero in altum & sursū pergentibus: prim⁹ est diuini tubaris ort⁹/ prim⁹ cui reserat & adaperitur deus: prime intellectualis mūdi valuę/ primum diuine lucis speculū/ & immortalitatis initium. ¶ Idem vltimus & primus diuinitatis particeps est: vltimus & tertius a deo/ primus a mundo/ totiusq; sensibilis mundi deus. ¶ Ipse preest nocti: idest sensibili mūdo: sicut & angelus die/ idest intellectuali mūdo. Eius intellectus vt luna est: & eius obiectū vt luna. Angelicus vero intellectus vt sol: eiusquoq; obiectū vt sol. ¶ Sol/ soli obiectus est: & luna lunę/ a natura obiectata & presentata. Sol a sole/ & luna a luna: deprehēdit/ spectat visitur. ¶ Nā simile ab solo simili/ deprehēdi & spectari natū est: simplex a simplici/ imixtū ab imixto/ mixtū & varū/ a mixto & varo intellectus: mixtus est & specie affectus id quoq; quod humano obiscitur intellectui haud simplex est deus: sed adumbratus/ opertusq; deus.

Homo mūdi Ianus.

Hois & intellectus & obiectū vt luna.

Simile simili obiectum.

QVE SINT PROPRIA ANGELICE ET HVMANE CONTEMPLATIONIS OBIECTA. CAP. XLIII

QVOD SIT ANGELICE ET QVOD HVMANE CONTEMplationis obiectū: quid natura spectet angelus/ qdue speculet homo/ hec ratio psequet. ¶ De⁹ & angel⁹: nulloabiuicē medio discludūtur De⁹ autē obiectū est & vt speculū: angel⁹ vero vt ei⁹ ocul⁹ & speculatrix potentia. Vi autē cognitionis: & potētia obiecto inserit in eoq; recipitur: & obiecti species/ i potētiā manās/ ea sistit/ colligitur/ cōtinetur. ¶ Deus igit vt de⁹/ vt simplex/ purus & imixt⁹: ante angelicū intellect⁹ vt intellect⁹: vt simplex/ pur⁹/ imixtus: priusq; diuia spē misceat/ vt nōdum susceptą gressu/ & mutua eorū accessione: finge coalescere hinc sile hūano intellectui/ illinc hūano angelica nube de⁹: i hūc modū ab hoie cōtēplabilis & spectabilis est: euadit q; hūane mē vmbratilisq; deus. Sicut enī angelicū obiectū est simplex nuduscq; de⁹/ ita & hūanū obiectū/ velat⁹ deū lunā/ hoc est deū sub nube & spē angelica: & i quo āgelic⁹ vult⁹ insit⁹ est prior. ¶ Vt vero diuia spēs/ i āgelico recepta est itellectu: vt mixt⁹ est & insignis diuia specie/ intellect⁹ mixt⁹: id est itellect⁹ specie/ vultu ac diuia imagine insignis. ¶ Nā sicut aliud est speculū et gine) ita & alius est intellectus/ & mixtus intellect⁹. ¶ Intellectus quippe/ vt huiusmodi est: intellectus pur⁹ est & specie imixtus: qualē angelicū natura censemus. Vt vero intellect⁹ est/ diuina mixtus & affect⁹ specie: hūanus est & secundus intellect⁹/ & dyas.

¶Igitur & purus est deꝰ & angelicus intellectus itidē purꝰ. Vterq; est sol: vterq; & monas ille tamē obiectū/ hic vero potentia eius cognitiua. Ille rursū vt speculū: hic vero vt speculator eiꝰ oculꝰ. Purū est speculum & obiectum: Purꝰ & est eiꝰ oculus et cognitiua facultas. Deꝰ speculū est liberū & imateriale: angelicꝰ quoq; itellectꝰ oculꝰ est imaterialis & liber. ¶Accessu autē & cōgressione amborū: & angelica substantia/ inserit deo/ et diuina species in angelico intellectu suffulget. Congrediūtur eni copulanturue ambo/ deus angelo: angelus deo. In deo fulcitur angelus: in angelo deus diuinaq; species. ¶Hoc itaq; cōgressu/ e gemino sole: intellige geminā exoriri proferriq; lunā. E duplici monade/ duplicē pullire dyadē. E geminis simplicibꝰ bina cōpositā: hinc/ quod hūanū itellectū: illinc vero/ qđ hūanū intellectꝰ exprimit obiectū. Est eni hūanus intellectꝰ: tanq; angelicus itellectus/ cum diuina specie. Humanū vero obiectū: rāq; deꝰ cū angelo sūptus. ¶Nā intellectꝰ/ vt per se/ sine diuina specie: angelicus est. Et deus vt p se/ sine angelica insitione: angelicū obiectū. Accessu autē diuine spēi/ in angelicū itellectū: prodit intellectus mixtꝰ/ affectusq; specie/ qui similis est humano. Positiōe vero ac statu angelice substātie i deo vt in ꝓprio naturaliq; fine: coalescit quod hūano simile est obiecto/ id est vmbratilē deꝰ. ¶Igit a soleviſit sol/ a luna luna: a monade monas/ a dyade dyas. A puro oculo/ purū cernit speculū: ab imixto imixtū. A simplici/ simplex: A nudo/ nudū: A libero liberū atq; absolutum. Similter & ab oculo mixto & corporeo amictu inuestito: mixtum pariter cernit speculū/ vultu aliquo atq; effigie figuratū. Ambo insuper soles: vtramq; lunā gignūt. Ambe monades: geminā pariūt dyadē. Simplicū & primorū accessu: secunda & mixta ꝓcreāt, inpte obiecti obiecta: & i pte potētie/ ipse facultates & cognitiue vires. ¶Qz si sistere volueris hominē i deo & in homine deū: cōplebis vtriq; (tertio distantiū loco cōgressu) tryadē. Est enim homo vltimus qui euadit/ scanditq; in deum: & iterum vltimus/ in quem demittitur descenditq; deus.



¶TRINA ESSE SPECTATA ET OBIECTA: TRIA QVOQVE SPECTATIVA ET SPECVLATIVA. CAP. XLIIII.

SIC ET SICVT MONADI MONAS OBIECTA EST/ ET DYAS dyadi ita & tryadi tryas presentata. Sicut a soleviſitur sol/ a luna luna: ita & terre terra opposita & cōtrapositā: & a terra spectabilis terra. Est enim deus sol: angelꝰ/ Luna: Hō/ terra. Et rursum angelus sol: homo luna: irrationale aial: terra. Deꝰ sol cognitꝰ: angelꝰ/ sol cognitiuꝰ. Angelus spectata luna: homo spectatiua & intuitiua luna. Hō deniq; obiecta & cognita terra Irrationale vero animal/ spectatiuus eius oculus. ¶Alius eni obiectorum & alius potentiarum ordo. Obiecta sunt hec Deus/ Angelus/ Homo. Eorum vero potentie: Angelus/ Homo/ Irrationale aial. Deus sūmum est & omniū obiectum Sol & monas: nullus (preterq; sui) cognitiua potētia. Angelꝰ secundū obiectū est: & prima dei speculatrix acies. que vt obiectum dyas est & luna: vt vero potentia/ sol est & monas/ pura/ simplex immixta: simplicis & immixti dei cōtemplatrix. ¶Homo vero est cognoscibilium quidem & obiectorum vltimum: non tamen vltima sed secunda vis cognitiua. Homo igitur vt spectabilis est: tryadi & terre comparatur: vt vero speculatiuus/ dyas est & luna. Spectat eni & intuet angelicā dyadē: spectat vero ab irrationabili tryade. ¶Demū irrationale aial: ab ordine & serie spectabiliū atq; obiectorū eximitur. quādoquidē nulla est inferior creatura/ pticeps cognitiue facultatis: cui ratiōis expers creatura pſideat/ quā regat & moderet: & a qua merito reuerēda spectabilisq; censeat. ¶Itaq; muta animātia: spectāt quidē/ cernūt & ituent hominē vt pſidē/ vt suū obiectum & finē: illi obtēperāt illū sequūt. Sed cū ab inferioris gūis ēte/ mimē i honore habeāt mimeq; spectēt: ab obiectorum & spectabiliū serie ac ratione facessūt/ solisq; potētijs ac speculatiuis facultatibꝰ ānumerant. Est enim irrationale animal/ incognoscibile quidem: sed tamen cognoscentium vltimum. ¶Nam cū cognitio omnis intuitio/ & speculatio: sit perpetuꝰ quidā posteriorum & inferiorum/ i anteriora & potiora successꝰ/ siue in deū (summū omnium obiectum) naturalis cona-

Que sint obiecta & q̄ potentie.

Irrationale aial spectabile nonest

tus ac niſus: e quattuor primis ac precipuis entibus: Deo/Angelo/Homine/ Animali muto: anteriora & ſuperiora tria/ab inferioribus tribus: ſigillatim ſpectata & cognita dicuntur & he potentie/ illa vero earum obiecta cẽſentur. Trina enī ſunt obiecta & potẽtie trine. ¶ Deꝰ igit ſicut ſolũ ſpectabilis eſt/ nulliuſq; potioris ſpectatiuꝰ. ita & irrationale animal duntaxat ſpectatiuũ eſt: & a nullo iferiore euadit circunſpectum.

Deus ſolũ ſpectabilis aial ſolum ſpectatiuũ



¶ Supra deum/ nichil eſt quod ſpectet a deo/ſitq; diuine contemplationis obiectũ. Infra itidem animal: nulla eſt cognitio: nichil degit cognitiue facultatis particeps/ a quo ſpectari debeat animal.

¶ ANIMALEM SENSVM IN ALTIORA NITENTEM FINIRI IN HOMINE. CAP. XLV.

B ANIMALI ITAQ VE IRRATIONALI SPECTATVR/ CONSPICITUR & dinoſcit ſolꝰ hõ. Nã ſenſitiue virtutis acumẽ exterebrare hoiem: & ad angeli/ aut dei vſq; cõſpectum pertingere nequit. ¶ Humani ſiquidem corporis opacitate: arretatur: atq; in humano corpore/ vt in proprio obiecto & naturali fine ſiſtitur. ¶ Humane autẽ cognitionis & rationis acies: recta in angelum pertẽdit. qui cũ pelluccat & tranſpareat vt nubes: haud in illo ſiſtit colligiturq;. ſed exterebrato eo/ in anteriora & altiora pergẽs/ aduſq; deum pertingit in quo demum vt precipuo ſũmo & vltimo obiecto ac proprio/ qui illi obiicitur & preſentatur: deꝰ eſt. Deo autẽ nichil eſt obiectũ: nil ab eo ſpectabile.

Ratio aduſq; deũ fertur.

¶ Itaq; in rectũ/ in anteriora/ in natura priora & potiora (vero & naturali cognitionũ ordine atq; aſpectu) ſuccedẽdo: animali ſẽſui/ obiectus eſt ſolꝰ homo: Homo vnꝰ/ ab aiali ſpectandus. Humano vero aſpectui/ obiecti & peruij ſũt: angelus & deus. Angelo deniq; ſolꝰ deꝰ. ¶ In orbe autẽ & circulari in ſeipſũ flexione: ſenſui obiectũ eſt nichil. quandoquidem ſẽſus minime ſuiipſiꝰ arbiter/ aut capax efficit: neq; poteſt irrationale aial/ vlla vi noſſe ſeipſũ. ¶ Humana autẽ ratio: ſuiipſiꝰ in orbe cõpos euadit. Angelica itelligẽtia/ itidẽ ſeipam in circulo capeſcit. Mẽs quoq; diuina: in orbẽ voluit/ ſeipſam prehẽſat/ ſuiq; capax & cõpos efficitur. ¶ Rurſũ in ſẽſu/ in muto aiali/ infra rationẽ: nulla ſapiẽtia locata eſt/ nullꝰ ſui aſpectus/ nulla ſui cognitio. ¶ In hũana ratione/ prima ſurſũ pergẽtibꝰ/ occurrit ſapiẽtia: prima ſui inſpectio/ prima eiuſdẽ in ſeipſũ glomeratio. ¶ Angelicꝰ autẽ intellectus/ ſecundũ cõflat orbẽ: in eo ſita eſt ſcda ſapientia. ¶ Diuina deniq; mens/ a nobis/ eſt vltimꝰ orbis: a natura vero & ab eterno primꝰ. Hũana ſapiẽtia tryas quedã eſt triumue noticia: Hois Angeli/ Dei. Angelica vero ſapientia dyas eſt & cognitio duorum: Angeli & dei. Diuina demum ſimpliciſſima eſt & monas: qua deus dei ſolius ſpectatiuus & cognitiuus pdicatur. ¶ Nã qui ab angelo hominẽ/ & a deo vtrũq; & cognitũ & ſpectatũ contẽdit: prepoſtero & inaturali cognitionũ ordine pergit. ¶ Sunt enī inferiora & minus preſtantia: naturales quedã ſuperioꝝ & preſtãtiorũ potentie. nate eorũ ſpecieꝰ affici: in ea niti atq; in eis recipi. Superiora veroſũt vt inferiorũ & ſpectatiuorum oculorũ: actus lumia/ ſcopuli/ fulgores & obiecta. ad quorũ culmina & eminentiſſima faſtigia/ inferiora/ (pfectionis ſue cauſa) p viribus ſcãdunt.

Infra rõnẽ nulla ſapia.

¶ Ft cũ ois cognitio trinitatis numerum inuoluat/ ſitq; trinitate pfecta (continet enim hec tribus: potẽtia/ obiecto & amborũ actu) erit hũana ſapiẽtia ter trina: Angelica/ biſtrina/ Diuina/ vnitrina. Nam trina cognitio: trina trinitas eſt. Gemine cognitiones/ gemie ſũt trini eſſe: ne ſuperiore ex parte diuia lux/ irrationali creature homine iferiori ſuffulgeat. & ne ex pte inferiore aialis ſẽſꝰ: quicq̃ intra aut ſupra hois corpus intueatur. Arcet enī ab humano corpore diuia lux: ne vltra hoiem traducat. Arcetur & ab eodẽ/ aialis ſẽſꝰ: ne ſupra hominẽ vis illiꝰ ptingat. Humanũ quoq; corpus/ illinc meta eſt dinine imaginis totiuſq; inuiſibilis lucis in ſũma reflectio & in ſuum fontem recurſus. Hinc vero terminus eſt ac finis irrationalis ſenſus: eiuſq; reflectio & recurſus in ima.

¶Q2 ANGELVS INTELLIGAT SINE SPECIE ET IMAGINE: HOMO VERO CVM SPECIE ET IMAGINE. CAP. XLVI.

EX HIS ITEM QVE NVPER DICTA ET PERTRACTATA SVNT manifesta est angelice & humane intelligētie/ siue intellectionis differitas. Que simplicior sit angelica/ q̄ humana intellectio: quēadmodū & simplici9 angelicū q̄ humanū obiectū. Et intelligat angel9 sine specie: homo vero cū specie & imagine. ¶Nā vtriusq; & angelica intelligentia/ & eius obiectum: pura/ sincera/ simplicia & imixta sūt veluti monades & soles. Hūanus vero intellectus & eius pariter obiectū: vtrinq; mixta & operta sunt/ velut quedā dyades & lune. que (vt docuimus) naturali quodam vtriusq; prioris monadis & solis accessu cōflantur. ¶Vt enim miscetur diuina specie angelicus intellectus: cōflat id quod simile est hūano intellectui/ diuina specie insigni. Vt vero insitus est angel9 deo/ vt deum sua obūbrat caligine: humani intellect9 obiectū complet. ¶Angelus eni deum videt purū/ simplicem/ imixtum: sine specie & imagine/ vt monadē & ludicissimū solem. i quo nullam deprehendit effigiem/ vmbram/ nubē aut caliginē. ¶Hic autē cum vi cognitionis primus eu dat in deum/ recipiaturq; in deo: fit vt de9 ab angelica insitione & cōiunctione aliquo pacto dicatur vmbratilis/ effigiat9/ adopertus: per similis speculo/ indita specie atq; effigie adūbrato. Hec enim effigies: est angeli in diuino speculo/ tanq̄ potētie in obiecto receptio atq; insitio. Sub hac itaq; angelica effigie imagine & vmbra: diuinū speculū/ humano intellectui (qui post angelicū intellectum/ secūdo loco in deum succedit/ nititur/ euadit) reuelatur. ¶Hūanus eni intellectus/ quem in deū angelicus precessit: deum speculatur cū specie/ idest cum angelica effigie. Deū cernit per speciē/ idest per angelice faciei & imagis vmbram. per quam haud ferme secus nostro de9 intellectui pellucet: q̄ lunare speculum/ sub vmbra & insitione maculosi vultus nostris oculis demōstratur. ¶Intelligit igitur angelicus intellectus cernitq; deū sine specie & imagine: vt monas monadem: vt sol/ solem vt immixtus oculus imixtum speculum. Humanus vero cū specie deū videt: hoc est per angelicum vultum/ tanq̄ dyas dyadem: luna lunam/ mixt9 oculus mixtū speculū. Operta potentia/ opertum obiectum: hoc est deum nube tectum & sub angelica vmbra delitentem ¶Est enim angelicus intellectus: simplex/ prima & immediata dei species: & vt vere intellectus. Humanus vero secunda & geminata dei species/ diuineq; imaginis resumptio & vt meōria. ¶Ex his quoq; dilucet cur visibilis iste mūdan9 & corpore9 sol: mortaliū nostrorū oculorū ifirmā & inbecillā aciem/ caligantesq; & inualidos obtutus: exuperare perstringere & obtūdere videatur. Luna vero temperatis ignibus/ remissioribusq; lucis spiculis: sese nobis innocue visēdam prebeat. ¶Est enim solis lampas: vt sublimioris oculi (velut angelici intellectus) obiecti vestigiū. Luna autem id quod nostris intellectib9 a natura obiectum atq; presentatū est: congrue exprimere videtur. Sol visibile signum est: angelice totius scientie & contemplationis. Luna vero visibile itidem signū: hūane speculationis atq; scientie. ¶Nam angelico intellectui: patet de9 vt sol: & vt speculū sine imagine. Humano vero inotescit vt luna: vtue speculum vultu aliquo/ specie atq; imagine insigne. Est enim sol speculum sine imagine: Luna/ speculum figuratum: insitam gestans effigiem. ¶Et si angelicus intellect9/ est prima proxima & immediata dei imago/ effigies ac species: inter quā & deū/ nulla iterhyat media species aut creatura: qui fiet vt angelicus intellectus/ nō per se & sine intercurrente specie/ deū intelligat. Hūanus autem intellectus/ cū sit secunda mediataq; dei imago/ vultus ac spēs: qualis vtiq; est/ taliter profecto & ipse deum intelligit. Cum enim mediata & secunda sit: immediate/ per se & primo intelligere deum nequit. sed mediate angelica specie & imagine deū intelligit: per quam & ipsa ab obiecto proprio/ hoc est adeo distare comperitur.

Angel9 deum videt vt speculū sine imagine.

Cur sol innocue a nobis videri neqat



¶Q; SOL ET LVNA OMNIS CREATE SAPIENTIE SVNT SIGNA.·. CAP.XLVII.

SOL DVORVM EST VISIBILE SIGNVM: ANGELICI inquam intellect⁹ & angelici obiecti. Luna vero idẽtidẽ duorum: humani intellectus & humani obiecti est visibilis expressio ¶In sole lux est sincera/ sine macula/sine nube/vmbra aut caligine. In luna vero advmbrata & permixta visitur lux. Sol speculũ est sine imagine & specie. Luna speculum mixtũ: visibili specie & imagine insigne. ¶Soli igit̃ & luna ingẽtia mũdi lummaria ac lucidissime terreni orbis faces: omnẽ nobis creatã sapientiam insinuant. omnẽ diuinã apparitionẽ referant: modũ omnẽ quo creatura cũ intellectualis/tũ sensibilis/angelica & hũana: euadit in deũ fitq; diuinitatis/ immortalitatis & vere beatitudinis ptiçeps: adaperiũt. ¶Angelus prim⁹: homo vltim⁹/ euadit in deũ. Irratiõale vero animal/in deũ trãsit nũq̃. In deo prima/ est substãtialis & increata sapientia. ¶Post autẽ deũ angel⁹ / post angelum vero hõ/sapiẽtie cõsortes: ambo & diuine & propríe cognitiõis/acsciẽtie thesauro locupletãt. Irrationale aial/inops & expers sapientie neq; diuíe/neq; ꝓprie cognitionis aut imortalitatis munere dotat. ¶Diuina sapiẽtia immutabilis est: perseuerãs i sapientia idẽtitate/ bonitate/ virtute/ pulchritudine/luce & claritate. eliminans ab sese fugãsq; ꝓcul omnẽ insipiẽtiã/alteritatẽ/ maliciã dissimilitudinem/ inequalitatẽ/ pmixtionẽ/tenebrarũ obscuritatẽ/infirmitatẽ/ & lapsum. Omni insup obliuionereperitur superior/omni sui ignoratiõe candidior: vastis errorũ syrtibus & p̃cipiti falsitatis abysso ppetuo inaccessa. ¶Angelica autẽ & hũana creature: vascula quidẽ sũt sapiẽtie capacia diuíeq; imaginis ac lucis nat̃alia specula/ ad fl exanimã sapientiã p̃cipue nata: & archana quedã diuini fulgoris prõptuaria. Quia tamẽ haud eterna sũt/ sed ex nõ esse in esse ꝓdierũt/ labi potuere in deterius: & lapsa tãdẽ a deo atq; ab ei⁹ pace dissociata: passibilia sunt effecta. Euaserunt enĩ isipiẽtie/alteritati/ineq̃litati/ dissimilitudini/ pmixtioni/ varietati/diuisioni ignorãtie/ tenebris/ errorũ p̃cipitijs/ & mortis obliteratiõi obnoxia. ¶Irrationale vero aial liberi exors arbittij/ vtpote cuius i hois manu versanꝫ habene: ab suo ordine haudq̃q̃ decidisse/vimq; sue nature ituliſſe dictat̃. Quod enĩ docile & ad sapiẽtiã deꝰ non fecit: in isipiẽtiã mutari nõ potuit. ¶Sicut nẽpe a natura iubet̃: illi⁹ instructu motitat̃. Homini paret/illi subdit̃/ab eo regit̃. Nil sibi consciũ est: nullius imortalis diuiniq; fulgoris particeps/Neq; sapiens/neq; insipiẽs/ peccans aut impecans censetur

Diuina sapientia immutabilis.

Angelica & humana mens: labi potuere.

Irrationale aial neq; sapiens neq; insipiens.

¶DE DIVINA CONSTANTIA: ET ANGELICO ATQVE HVMANO LAPSV.·. CAP.XLVIII.

DEVS A DEO CADERE NON POTEST/DEVS NEGARE seipsũ diuidi a seipso/dissidere sibimet aut non esse deus nequit. ¶Sẽper enĩ deꝰ est/secũ iugiter vn⁹ est/vnius volũtatis: vni⁹ & indiuidue subẽ/i trinitate psistẽs ¶Angel⁹ aute iprimis a deo: Homo vero deinceps & a diuina & ab angelica pace deciderunt. fuitq; illis diuina secessio/ primaue adeo prolapsio: & ꝓprie ipsorũ a seipsis/ & mutue abiuicẽ discordie causa. ¶Nam sicut ois numerus/haud aliter q̃ cõiunctus adiugatusue vnitati nũerorum fõti/ & q̃ ptícipatõe vnitatis vn⁹ ẽ: sñ q̃ & tota nũerorũ series/ &qsq; nũer⁹ sibiipsi & alteri dissidet/ diuisusq; est & plurimus: ita & nullopacto q̃ diuine vnitatis patula fusione/ & sup oẽm creaturã vnifice ipsi⁹ virtutis deriuatiõe: vniuersa creaturarũ series/ est vna. ¶Tolle autẽ diuinã/ fõtanãq; vnitatẽ: in mũdo/ i creaturis/ pax supereſt nulla/ vnitas & cõcordia nulla. ¶Que enĩ cũ deo vna nõ est: neq; cũ alia vlla neq; ipsa secũ poterit esse vna. Que scissa & separata est a deo: & omni alij/ & sibiipsi aduersei oportet. ¶Diuina vnitas ois vnitatis: pax pacis/ & cõcordie concordia est causa. Diuina quoq; lis/ dissidẽtia & discordia: ois & ꝓprie & mutue litis/ diuidij dissidẽtie & discordie est causa. ¶Per diuinam ineffabilẽ pacẽ (vt diuus areopagita testat̃) neq; amplí⁹ aduersũ angelos/ aut deum: belligerare discimus. sed cũ ipsis vt ait/ diuina poti⁹ ꝓ viribus peragem⁹ ¶Sine diuina autẽ pace: neq; ipsi nobiscũ/neq; in iuicẽ/neq; cũ angelis/neq; cũ deo cõgruimus / inferimur / vnimur. ¶Sicut diuina illa supsubstãtialis/ intima & eterna triũ diuinarũ & beatissimarũ personarũ trinitas: geminis sibi cõnexa est vinculis binisq; nodulis secũ coheret/ substantia & voluntate (sunt enĩ diuine tres persone: & eiusdẽ substantie & concordis atq; indiscidentis volũtatis) ita & oportet extimã triũ imaterialiũ precipuorum & imortaliũ entium Dei/ Angeli & Aie trinitatem (nam & angelus & aia dij quidã sunt & diuinifere creature) cum substantia dissideat/ sitq; diuisa: reliquo saltẽ vt voluntatis vinculo sibi fieri consonã atq; vnam. Eterne & interiores dei psone: vniũtur & substãtia & assensu volũtatis. Exte-

Analogia.

rioris autē trinitatis persone: Deꝰ/ Angelus/ Homo: cū substantia quidē dissite sit et trine: nulla earū superest q̄ volitonis mutueq; pacis & concordie vnitas. ¶ Intra se deꝰ persōis trinꝰ est: substātia tamen & volūtate vniformis ac sibiipsi concors. Extra se vero deus psonis & substātia trinꝰ est: Deus/ Angelꝰ/ Homo, que &si voluntatis assensu pares & sibi consentanee erunt: in optimo statuerūt vnuersa. ¶ Omniūeni principiū sicuti monas est: ita & debet oim finis/ status & consumatio esse monas. Nempe & ipsius dyadis numerū: velut primum qui a monade deficit: vt diuidi; totius & diuisionis authorem/ vt defectionis & prolapsiōis initiū: vt deniq; materiei nūerū & nō entis vicinia: pleriq; theologorum adeo collutilant/ repudiunt/ despiciūt: vt ifamē appellitēt. ¶ Nil qppe est in vniuersis nō vnū/ Nildualle/ Nil aduersū se aut alid qduis dissidēs: pter delapsā a deo angelicā & hūanā volūtatē. Heteni volūtates: diuini amoris defectu materiei affixe acsui decoris oblite: i pernitiosissimū sui exitium/ in mortem: immortales ruerūt. ¶ Non eni (iuxta diuiniloquos psalmos) cū in honore essent & dei similes: intellexerūt. Comparate sunt brutis & iumētis insipientibus: & similes facte sunt illis.

Nichil est non vnū.

¶ VENATIO SAPIENTIS/ EX SIMILITVDINE VISIBILIVM OCVLORVM: SOLIS ITEM ET LVNE. CAP. XLVIIII

OLVMVS DEMVM/ EX SIMILITVDINE VISIBILIVM/ NOSTRorū oculorū: sapientis venari perscrutariq; naturā ¶ Nostri quippe visibiles oculi/ perpulchre inconsumati imperfectiq; hominis/ exprimere intellectū videntur. ¶ Ambo eteni oculi/ integri equidem pfectiq; sunt orbes: haud tamē integre et toto orbe vident. sed dūtaxat ad mediā sphere partem/ mūdū versꝰ: luce coloribusq; cieni. Reliqua vero sphere medietate/ qua gestātur a capite quaue intra hoiem spectant: natura ceci sunt et neq; lucis excipere spicula/ neq; colorū feriri speciebus nati. ¶ Carnales igit nostri oculi: haud minus sūt natura ceci/ q̄ illustres lucisue capaces. Intātū i tenebris degūt: quātū in luce. Sūt deniq; tātū nō vidētes: quātū vidētes ¶ Nēpe extimis dūtaxat suorū orbiū medietatibꝰ/ vidēt excipiūtq; lucē & visibiliū spēs rerū. Internis vero medietatibꝰ/ quibꝰ hoi capitiq; issūt visionis haudquaq̄ exercēt officiū sed et ceci sūt & i tenebris degūt ¶ Quid obsecro hec tā lucida promūt signā/ q̄ naturā inchoasse quidem hoiem/ illū tamē icōsumatū iperfectūq; reli quisse. vt pote cui subām/ cū idulta sit: sapiētiā tamē ei mime indiderit. Siue cui/ cū mūdū & exteriora queq; ētia: extima sesuū cognitione/ spectare et exhaurire posse donauerit/ se ipsū tamē et quecūq; intra pectora gerit/ iterna cognitione lustrare rimariq; posse: haudquaq̄ ab initio condonauit. ¶ Aperuit ei natura ab initio mundanū dūtaxat & extimū hois oculum. Hūanū vero atq; iternū eius oculū: clausit/ operuit cecūq; reliquit. ¶ Nā finge amborū oculorū liquidas visiuas perspicaces q; medietates: suo cōcursu/ gignere vnū quēpiā oculū/ totū vidētē. hunc oculū/ appellamꝰ mundanū. Internas quoq; cecas q; medietates: intelligе pari congressu/ efficere vnius oculi ex toto ceci orbē. Hic oculꝰ/ priori exaduerso dyametri collocatus atq; oppositus: a nobis dicitur humanꝰ. ¶ Adest igitur hactenꝰ natura hoini qua anteriorē/ extimū mūdanū ue eius oculum/ ab initio efficit illustrem/ illiq; mundum vniuersum presentat atq; offert. Qua vero eiꝰ internam posteriorem et humanā aciē/ cecā reliquit: eatenꝰ hominē pauxillū deseruit/ voluitq; vt propriis officijs ac sedulis actibus: homo emendicatum a priore oculo lumē/ in secundū oculū iportaret: euaderetq; debitum & ipse oculo vtroq; illustris. ¶ Circa id quippe/ humane omnes virtues atq; negocia versantur: vt a priore oculo natura illustri/ deriuetur lux in secūdum. Siue vt homo/ cui imprimis obiicitur illucescitq; mundus: demū ex mundo/ redeat in seipsū. Vt item ex priore mundi luce atq; sciētia: propriam lucē atq; scientiam/ elicere discat. ¶ Haud enī mūdana lux est sapiētia: sed est sapientie initiū: Eiꝰ vero sciā/ qđ est precipuū/ prestātius & ppterse (vt hominis/ ppter quem factus est mūdus) hec sapiētia vocitatur. ¶ Neq; enī sapiens est qui priorem tātum aciem/ gerit illustrem: quiq; dūtaxat in mūdum spectare sufficit. sed cui vterq; oculus/ actu perspicuus inest: qui & in mundum & in seipsum/ spectare potest. Cui temvt bifronti Iano: tam extima/ q̄ intima: agnita/ peruia & manifesta sunt.



Carnales oculi: media tatum parte vidētes media vero parte ceci.

Quātū natura homini ab initio affuerit.

¶ Mundano siquidem oculo: mūdū sapiens perlustrat. Hūano vero: quicquid habet sub

cute/ rimaſ. Claues gerit ſapiens/ & mundi & ſui ipſius: hac/ adaperiens mundū: illa/ ſeipſum reſerans. Stat ex equo/ in ſui mundiq; medio: ſenſuq; dem (vt nonnunq; diximus) mūdo congrediens: Intellectu vero/ recinēs a mundo ſeq; ipſum complectens. ¶ Eſt enim ſenſus mundano perſimilis oculo: intellectus vero/ humanū oculum imitatur. Nam prior in homine ſenſitiua/ q̄ intellectiua perficitur cognitio. Prior mundo/ per ſenſum adeſt homo: q̄ per intellectum/ inſeipſū recurrat adſitq; ſibiipſi. ¶ Intellectus inſuper/ prior vt practicus/ circa mundū ſenſibus euectus negociatur: q̄ abiunctus a ſenſibus & opis eorū minime indigus/ circa hominem contemplatiuus eſſe queat.

Claues gerit ſapiens ſui & mūdi



¶ Sicut enim viſibilis noſter oculus/ quādiu capiti erſt nſi xus: medio dūtaxat orbe videbit/ reliqua vero medietate/ erit non videns ac cecus ita & humanus intellectus/ quandiu euehitur ſenſibus: quandiu opis eorum indigus/ practicus eſt & negocioſus circa mundū: tandiu medio dūtaxat orbe/ erit illuſtris & alio medio orbe cecꝰ videbitq; ea tātum/ que in mūdo ſūt: non autem ea que inſunt homini ¶ Intellige igitur carnalem oculum a naturali capitis inſitione fieri immunē/ eximi a ſubiecto/ fieri deniq; liberū: ſeſe tanq̄ in aere fulcientē. Hic vtiq; oculus: preclarū eſt cōtēplatiui conſumatiq; intellectus veſtigium. Eſt enim contēplatiuus intellectus/ oia videns. vtqui non tantū medio: ſed toto orbe/ & que extra & que intꝰ ſunt/ ſpeculari ſufficit. et cui iam ſuperfluit/ ſenſuū fa que diximꝰ/ ſapiētis & inſipiētis veſtigia: liquido in Sole & Luna reperiri. ¶ Nā luna/ ſimiliseſt oculo capiti infixo. qui media tantū ſui orbis parte/ videt: media vero obſcurꝰ eſt & cecus. Smilis item eſt/ practico & incōſumato intellectui: q ſoli mūdo/ nō hoi adeſt. ¶ Lunaris ſiquidē globꝰ: haud vnq̄ plꝰ medio orbe/ phoebeū excipit lumē. impoſſibile eſt vt totꝰ aliquādo illuſtreſ: quāq̄ toto interdū orbe/ lumie priuari q̄at. Sol autē & liberū oculū & contēplatiuū exprimit intellectū. Nēpe toto iugiter orbe/ illuſtrat ſol: & natiuo nūq̄ lumine ſpoliatur. ¶ Et hec (quātū ſubſipio) vera & precipua cauſa eſt/ cur e cūctis planetis: vnicꝰ ſol (vt aſtrologi volūt) careat epiciclo: hoc eſt miore orbe illiꝰ globū in ꝓprio celo deferente. ¶ Eſt enim ſol/ omni planeta liberior: perſimilis libero atq; abſoluto oculo & intellectui cōtemplatiuo. Sicut enim ſolis globus haud ex toto quidem abſolutus eſt ab orbe: ſed tantum ab orbe minore/ vt ab epiciclo: ineſt autem maiori iugiter orbi vt ſuo celo: in quo circa terram (velut precipuus mundi oculus) defertur: ita & contemplatiuus noſter intellectus/ haud ex toto abſolutus & liber eſſe probatur. ¶ Hoc enī: ſolis angelicis cōſine epiciclo ac celo/ ferētibus merito cōparāt. Sed hacten9 noſter itellect9/ poſtq̄ cōtēplatiuus euaſit: liber & abſolutus eſſe dicit/ vt careat epiciclo/ nō careat celo: vt in maiore ſemper orbe/ hoc eſt in corpore: non in minore/ ideſt in ipſis ſenſuum organis euehatur. ¶ Dic enim practicum intellectum/ ſimilem eſſe lune: cū luna/ et in celo etī epiciclo voluatur: Voluitur cieturq; practicus intellectus/ et in celo et in epiciclo. In celo/ hoc eſt in humano corpore: qui eſt humanorum orbium/ maximus. In epiciclo vero/ id eſt in organo ſenſum: vt in oculo. Eſt enim oculi ſphera/ minor orbis: in quo cum maiore orbe practicus intellectus: circa terram/ per mūdum defertur. ¶ Si igitur cupis ex practico intellectu elicere i ferreq; contemplatiuum: eximere ab eodem intellectu te oportet: non vtrumq;/ ſed minorē tantum orbem/ vt epiciclum/ ſiue oculi ſpheram: a qua abiunctus intellectus/ fertur quidem manetq; ſemper in corpore: ſed tanq̄ ſol/ in maiore huiuſmodi orbe: ſine minoris preſidio/ liberior incedit atq; defertur. ¶ Nam ſicut tam ſol/ q̄ luna: ambo in maiore feruntur orbe & proprio celo: luna tamen inſuper/ et minoris orbis ſiue epicicli expetit opem: ita et vterq; intellectus humanus/ tam ſpeculatiuus/ q̄ practicus: in maiore hominis orbe/ hoc eſt i corpore motitatur. practicus tamen ſolus: minoris inſuper orbis/ vt carnalis oculi indiget preſidio.

Alia analogia ex ſole & luna.



Sol cur careat epiciclo.

Practicus intellectus ſimilis lune

Quo pacto ex practico intellectu eliciat cōtēplatiuus.

¶Qui autem intellectus: neq; maiore/ neq; minore indiget orbe vt qui extoto absolutus/ perseipsum degit: hic humano/ reperitur sublimior. Et hunc/ angelicum esse prediximus: p̃ similem soli/ planetis stellisq;/ omni orbe liberis¶Et huiꝰ q analogie seriem/ vlterius prosequetur: future resurrectionis mysterium perfacile intelliget. Nam sicut ea natura est/ solaris globi: haudquaq̃ ab omni/ sed dūtaxat a minore absolui orbe/ vt ab epiciclo: sēperq; in maiore orbe/ vt in proprio celo volui/ atq; circunferri: ita et ea nostri intellectus/ natura ē vt ex practico/ in contemplatiuum proficiens: a minoris tantū orbis/ vt ab oculi abiungatur opitulamine. non autem ab orbe maiore/ vt a corpore: fiat immunis

De mysterio resurrectionis

¶Haud enim vsquequaq; in angelicam perfectionem/ conscendit speculatiuus intellectus vt penitus suam naturam imutet/ fiatq; corporis imunitate/ par angelicǫ intellectui. sed q substantiam accepit in corpore: qui cepit in materia esse: licet preter naturam/ nonunnq̃ extra corpꝰ agatur/ subsistatq; per se: nubere rursum corpori et in corpore fieri peroptat. perinde atq; phoebus: suo iugiter celo/ natus est et exoptat inesse.

¶EXORTATORIVS SERMO AD SAPIENTIAM CAPESCENDAM. CAP. L.

AGITVRO HOMO/ QVI NATVRA HOMO/ NON HOMO ES: q substantiam a natura humana virtutis et sapientie indigā expertemq; mutuasti: qui tibimetipsi/ ab initio ignotus es/ incompos tui/ diuisus abs teipso: sapientiam libens capesce. enitere pro viribus nosse teipsū/ Tuas discute tenebras: Sui ignoratio/ viaticū mortis est: Perpes vita/ sui agnitio. Hanc etenim beatam suiipsius lucem famosissimū illud (in ore omnium decantatum) delphici apollinis oraculum/ summam sapientiam esse vulgauit. ¶Ne homo lapidesce: ne in plantam degenera/ Ne ue obrutesce. Homo es: sistere in homine. Fulciat te substātia/ Nutriat vita. Eruditioni tue/ sensus ancilletur: Ratio imperitet. Rationem sequere: in ratiōe persiste.

Quattuor rerū gradꝰ

¶Sta/ sede ac stabilire: in hisque sunt. Ede ea que vigilant: Animalia tibi famulentur/ Dominator tui¶Sensu in mundum veheris preregrinus: Ratione inteipsum colligitor. Hac demum/ celos exterebrato: Meditator celestia/ In celestibus mente resideto. In spiritalem synam/ ad sacratissimi nomothete dei admissus conspectum/ ne retro aspicito. Ne carnis illecebre/ tibi mox in egypti latomias: In prisce vallem seruitutis/ in obscurissimam mortis vmbram: in eterne noctis catabasim stygiasq; paludes repedandū fugillent. ¶Here/ iungere/ assentire deo: cui te amabilem/ alexitaca malorum ue cunctorum expultrix sapientia prestabit.

Salomōis verba

¶Neminem quippe vt Salomonis verba dictitant: dilígit deus/ nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Ama inquit illam et exquire toto corde: Amicam et sponsam voca illā. Supra pulchritudinem et speciem/ dilige illam: Inuice in compedes eius pedes tuos & in torquem eius collum tuum. ¶Non enim habet amaritudinem/ conuersatio illius: nec tedium coniunctus illius. Iugum eius suaue est et onus eius leue. Precioſior est auro/ argento/ lapidibus preciosis: & omni desiderabili. Sole et omni dispositione stellarū/ longe speciosior: luci deniq; comparata/ inuenitur prior. luci succedit nox: Sapientiam autem/ non vincit malicia ¶Hec eius sunt sacra testimonia/ qui sapientiam ipsam haud ab hominibus: sed diuino munere et spiritu consecutus/ eam super omnia amabilem/ expetibilem/ regnis cunctisq; diuitiis preferendam apseuti et veridico ore promulgauit.

¶Homo/ natura (vt diximus) oculatus es et multiuidus in mundo/ cecus i teipso. Spectas ab initio in mundum: Spectare in teipsum/ nitidissima sapientie face irradiatus disce.

¶Oculorum tuorum gemine acies: extremiter et qua parte mundo copulātur/ liquide sūt luciscq; capaces. Qua vero parte/ intra te sunt teq; prospectant: operte ac cece/ visionis officio priuantur. ¶Itaq; exquammandi abs te sunt atq; defecandi introrsus tui oculi: vt ololampi fiant totiq; videntes. Cecam ab initio tui pectoris aulam: siue/ sapientie radius influat: vt sicut natnra spectas in mundum/ discas virtute et sapientia spectare in teipsum.

Ex visibili luce cōiicie da inuisibilis lux.

¶Circunstat te visibilis huius mundaniq; solis lux. tuiq; corporis extrema/ vndecunq; illiꝰ iubar attingit ac ferit. Admitte illam in profundum/ Introduc eam in cellaria tua: vt tibipsa que/ in te abdita sunt/ sua claritate adaperiat atq; insinuet: Aut saltim ex visibili eius aspectu: meliorem aliam inuisibilem/ conice lucē: que haud secus a mentalibus thalamis/ tenebras erroresq; depellit: q̃ sol exoriens/ a mundo: noctis facessere cogit vmbram.

¶Elice ex luna solem: Ex parte totum Ex sensu intellectum: Ex visibili inuisibile: Ex corporeo/spiritale. Ex eo quod extra te est/id quod tibi insitum sit: Ex mundo teipsum. Finis ipse es mundi: ac tui ipsius noticia/mundane cognitionis est finis ¶Prestantior es mundo: dum pluris scire teipsum: q̄ nosse mundum. Propter te/factus est mundus. Flocci mundum fecetis/vt tibi insis plurior: vt teipso peramplius frui/atq; in temetipso sisti queas ¶Id cauetuum esse dixeris: Quod tuo in animo/condi et abdi nequeat. Quod enim aut in mundo/aut in corpore locatum est: mox abs te auferri et alienę effici ditionis potest ¶Quod vero ineſt tuo itellectui: id dūtaxat veraciter est tuū/sitūq; est in soli⁹ ei⁹ potestate: qui spirituū dominus est/idq; cum ipso spiritu: ad eum reuertetur: qui creauit illum. Et qui vt fidelis deus/reddet vnicuiq; mercedem/iuxta opera sua. ¶Hic est qui et repromisit: quoniam capill⁹ de capite nostro/haudquaq̄ peribit. qui et viuificabit iterum/suscitabitq; corpora nostra. quibus et ipsos animos/fedele rursū sociabit amico/quod nullo denuo interitu soluetur. Et sicut instaurabit domicilium animi/corpus: ita et totius hominis mansionem (visibilem inquam mundum) instauraturus creditur.

Nichil veraciter nostrū esse nisi quod cōditum in animo

¶Huius sanctus ac beatus timor/initium est sapientie. hunc reuereri/immortalitatem et beatitudinem confert. Huic obsequi ineternum regnare est. ¶Hic et ipsam largitur sapiētiam: que ab initio et ante secula creata: et vsq; ad futurū seculum non desitura/a sacris eloquiis predicatur. que itē in maliuolā animam nō introitura: neq; habitatura in corpore subdito peccatis. que et dubiis et infidis: haudquaq̄ apparere solet.

¶In illorum siquidem animas/superne illabetur: qui iuxta diui Iacobi verba/illam ipsam a domino/simplici corde nichil hesitantes expostulāt ¶Ait enī si quis indiget sapiētia: postulet a domino/qui dat omnibus affluenter: et non improperat et dabitur ei. ¶Ne homo assentire/priscorum quorundam fabulis: qui preclarum sapientie mun⁹/deum mortalibus inuidisse nefarie asserebant. His enim qui hoc pacto senserint: ego hec sacra eloquia obiiciam. Qui solem suum facit oriri/super bonos et malos: Qui nouit dare dignis et indignis Si nouit terrenus pater/dare panem esurientibus filiis: quanto magis celestis ille pater (cū excellenter bonus sit) dabit bona petentibus se. Petite et accipietis: Pulsate et aperietur vobis. ¶O mnes sitientes venite ad aquas: et qui non habetis argentum/properate emite et comedite. Venite emite absq; argento: et absq; commutatione vinum et lac.

Diuus Iacobus

¶Et culpans eos scriptura qui non a deo/sed ab hominibus sapientiam exquirunt rursum ait. Quare appenditis argentum/non in panibus: et laborem vestrum non in saturitate Audite audientes me/et comedite bonum: et delectabitur in crassitudine anima vestra

Hūana doctrina non satiat

¶Humana etenim doctrina nos vt plurimum ieiunos relinquit atq; sitibundos. Diuina autem sapientia esca eiusmodi est/que vt Bigus ait: satiat viuo/pectora nostra cibo.

¶Audi iterum Salomonem: qui deum/sapientiam mortalibus inuidisse: addubitare audes.

Salomōis verba

¶Nunquid (ait ille) non sapientia clamitat et prudentia dat vocem suam: In summis excelsisq; verticibus: supra viam/in mediis semitis/stans iuxta portam ciuitatis/in ipsis foribꝰ loquitur/dicens: O filij ad vos clamito: et vox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli astutiam: et insipientes animaduerte. Audite disciplinā/et estote sapiētes: et nolite abiicere eā. Beatus homo qui audit me: et qui vigilat/ad fores meas quotidie: et obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit/inueniet vitam et hauriet salutem a domino. Qui autem in me peccauerit/ledet animam suam. Omnes qui me oderunt: diligunt mortem.

¶Hi sacri sermones/quid aliud attestantur: q̄ sapientiam/haud inuitam/sed vltroneam/e celis in nostrum orbem proficisci: penetrare vsq; in inferiores partes: pulsare singulos/et inspicere omnes dormientes: apparere autem his presertim/qui sperant in domino ¶Eos denicq; qui hoc pacto sapientiam/dei liuore hominibus denegari/credere non erubent: hoc decasticho nostro/aliter vt sentiant hortamur.

Solliciti a supero/si quicq̄ numine nobis
Expetimus: gratis munera queq; dabit.
Non ibi profuerit/fului spes vlla metalli:
Pascit enim sola nos bonitate deus.
Si bonus est/natura boni/nil denegat vllis:
Dinosci cupiens: omnibus illa patet.
Ergo pij/tante lucis iubar/ede sinamus
Esupera: nostras irradiare domos

Sponte etenim mentes/ lux influet illa piatas:
Vtile quicquid erit/ conferet ipsa viris.

¶ Quo enim pacto deum/ mortalibus sapientiam inuidere fatebimur: quibus priorem substantiã/ minime probatur inuidisse? Et si (vt diuus Dionysius testatur) nulla magis proprietas/ q̃ ipsa bonitas: deum ab initio exciuerit/ vt conderet crearetq; vniuersa: vt qui sol⁹ erat ab eterno/ aliis quoq; esse indulgeret: sentiendum profecto est/ vt bonitas eadem/ que diuinam substantiam hominibus/ esse impartiri/ imprimis alicefecit: iisdem et sapientie splendorem/ benigne elargiri allicefecerit atq; euicerit

Diuus dionysius.

¶ Qua enim bonitate/ primum naturaleq; hominum esse/ deus ab initio sanxit: eadem postremo bonitate et secundum atq; intellectuale eorum esse/ statuere voluit. ¶ Qui substantiam homini dedit: et sapientiam illi minime denegauit. Qui naturalem hominem procreauit: illum deinceps voluit/ studioso homine splendescere/ perfici/ consumari.

Sacer dionysius.

¶ Est enim studiosus homo: naturalis lux et splendor hominis. per quem mens que in tenebris degit ab initio: in lucem claritatem/ cunctorumq; scientiam emergit. ¶ Age igitur o homo/ vt sacer Dionysius suadet: cognoscentia et prouida corda gerens sursum erigere. Agnosce patrẽ luminũ: a quo lux ois procedit/ suiq; mot⁹ initium sumit. Ac ne pro iis qui non sunt/ ipsum ens verum vnq̃ permutes: cui⁹ sapida et suaueolens agnitio: vera est/ perfecta et consumata sapientia. V A L E B E A R E.

¶ LIBRI DE SAPIENTE FINIS ANNO DIVINE humanationis. 1509 Decimatertia nouembris. Diuine/ Increate & intemerate sapiẽtie/ Innumere laudes: Angelice et humane sapientie/ conditrici.

¶ Edit⁹ est/ in edibus Reuerẽdi in CHRISTO patris: Francisci de Hallewyn: Pontificis Ambianensis.

Quantus qui sapit est/ mens quanta q; conscia veris
Que contemplari seq; deumq; potest.
Q; q; immortalis/ nullisq; perire diebus:
Mens ea que sese nouerit esse queat.
In mortem ruat insipiens/ q; cecus opacam
Stulta q; obscurum mens petitura chaos.
Hec liber hic confert: reuocatq; in pectora mentem.
Munera (percurrat) qui sua/ nosse cupit.

¶ CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI LIBER DE DVODECIM NVMERIS AD INCLYTVM VIRVM GERMANVM GANAIENSEM PRESVLEM CADVRCENSEM.·.

QVIA CEPI PAVCIS EPISTOLIS / INCLYTE GERMANE: NONnullorum infra dodecadem numerorum / tibi adaperire naturam: Quinarij inq̃ Senarij / Septenarij / Endecadis atq; Dodecadis: nunc velut ceptum absoluens curriculum pro viribus adnitar: vt ceteri quoq; qui sub eadem dodecade / supersunt indiscussi / tibi patefiant. Vno quippe hoc opusculo summatim perstringam: quenam eis insit anagoge / queue humane mẽti (ad diuina sese terrenis attollenti) rudera / ac substernicula parent.

¶ DE MONADE.·: CAP. I.

PRIMVS NVMERORVM APEX: MONAS: TANTO CHASMATE dissitus / a cunctis numeris est: quanto deus chao / a creaturarum multitudine dissidere comperitur. quantoue interuallo: immensus et interminus opifex: omne suum opus / transcendit ¶ Nam et monas ipsa a numeris: et a creaturis deus / immensa intercapedine / ac inani diducti: nullam profecto esse substantialis principij et omnipare causę / suos ad effectus rationem / equalitatem / ac proportionem: luculenter pandunt.

Nulla ẽ substantialis causę ad suos effectus proportio

¶ Qua etenim ratione / dixeris primeuam monadem]: assiduis ex sese numerorũ profluuiis / vel imẽsis eorum incrementis / esse inexhauribilem: eadẽ pfecto de causa de⁹ ipse / omni creaturarũ propagine et quotidiano ex sese ortu: longe ac sine modo exuberantior esse palam demonstratur. ¶ Sicut nullum numerum / asseuerare ausis supremum esse vnitatis partum: ita et creaturam nullam rite obiicias. fecũdorum diuine bonitatis pcessuum periodum. que aut diuinam sistat cunctipollentiam: aut id sit / quicquid posse / vis illa indefessa et semper plena creditur ¶ Liquet cunctis numeris ortum esse ab sola simplicissima / atq; imperti monade. Qua autem emerserit scatebra monas / queue eius origo: aut est profecto nulla / aut ipsa fons est sibimet. seq; eternum ante cunctos numeros progenuit: Esemetipsa / incognito ortu defluxit / ac prodiit. atq; ab sue identitatis crepidine illabilis et indecidua: in sua vnitate perstitisse approbatur.

Vnitas fõs sibiipsi

¶ Liquet pari pacto vniuersas ereaturas (siue quas mortalis et visibilis noster oculus / i sensibilis mũdi ambitu haurit: siue quas subcutanea et interna mentis acies intellectualis mundi thalamis perlustrat) vnius tantum primi / ac summi entis dei / fecundissimis processibus: substantiam accepisse. ¶ Vnde autem enti illi / omnium maximati et primo prouenerit esse / aut a quo indita illi fontana substantia: superest aliud nichil quod fateamur / q̃vt illud sibi prestitisse initium / seipso emersisse: e sua crepidine / sine alteritate / ac diuisione sui: intra seipsum singulariter esse profectum asseueremus. ¶ Hoc enim ens / quod a seipso ante omem creaturam gignebaẽ: sicut e termino identitatis et fonte eodem profectum est: ita et genitũ ab semetipso / nullum alteritatis sensit diuidium. seq; in identitate continuit. ac p prię substantie limitibus artauit.

De diuina trinitate

¶ De interno monadis & dei numero Cap. II

VNitatis internũ illud quiddam & indiuiduum discrimẽ: quo monadẽ / sola monade genitã / ortamq; esse profitemur: euo infinito anteit numerorum discrimina. eorumue ex fontali vnitate prouẽtibus: sine modo cognoscitur antiquior. ¶ Diuina pariter archana et incognita discretio mistycusue numer⁹: quo deum intra semet e proprio fonte / seq; ipso ante secula in seipsum profectum indubie arbitramur: immenso pariter et inscrutabili euo / eam horulam anteceſſit: qua e semper inexhaustis diuine plenitudinis thesauris / creaturarum scaturire ac promanare genus cepit.

¶ Quis enim cõmode expresserit: quanto tempore monas / ante dyadẽ / ceteroſq; numeros seipsam parturiuit. Aut qua precor mensura distenderit / ac permensus fuerit quispiam / id seclum: quo deũ sacra eloquia / seipsum in persona filij ante luciferum / ex vtero genuisse attestantur. ¶ Constat itaq; ex his: monadem numerorum fontem / persimilem esse diuine creaturarum origini. Ac posse humanam mentem / magna cõmoditate ex ipsa monade: cõgrue in sũmi rerũ oim vnitrini / externiq; principij contemplationẽ attolli. Sed de vnitatis anagogehactenus.

Monas deo cõparauda

¶ DE DYADE. CAP. I

NVNC DYAS/SVO LOCO TRVTINANDA OCCVRRIT: PRIMus iam vnitatis partus est euiscerandus. ¶ Dyas altera quedam/secunda ue est vnitas: siue vnitatis iteratio/atq; resumptio. ¶ Siquidem in numeris/ aliud nichil est: q̃ aut vnum/aut vnius resumptio. Vnum monas est preci puusq; fōs numerorum. Vnitatis vero iterata sumptio/atq; frequētia: om nis numerus est/cunctaue turba ac series multitudinum. ¶ Monas haudquaq̃ numerus est: sed est ipsum per se/ac absolute vnum omni (vt diximus) numero icōprehensibili euo antiquio/simplex impers/ ab sui identitate nullo sui progressu et extra se profectione deciduum. ¶ Dyadem vero primitus numeri et multitudinis nomine insignimus ¶ Nam et ipsa: mi nimus ac simplicissimus numerus est: et exterum/primū ac sensibile vnitatis germē. ¶ Haud enim aliud est dyas/q̃ iterum vnitas: siue q̃ sola monadis cōgeminatio.

In numeris nichil ē aliud q̃ vnum aut vnius resumptio.

Illatio.

¶ Vnde fit vt dyas quoquopacto omni presit numero: sitq; vt primus et omnis et absolutus numerus. Ineſt enim dyadi prima et simplicissima numeri ratio: vnitatis scilicet resūptio atq; frequentia. ¶ Licet etiam interim sub principantis et monadi antistantis dyadis nomine: reliquam omnem numerorum cateruam subsumi atq; intelligi. Velut cum dicimus/vniuersa aut vnum quiddam esse/aut vnius alteritatem: id est iterum vnum vniusue resumptionem. Nam per iterationem vnius: imprimis dyadem/omnemq; deinceps multitudinē/ac vnitatis propaginē itelligi volumus. Sed sicut dualitas/aliud aliquid est q̃ ipm et per se vnum: ita et numerus omnis/aliud quiddā est: q̃ sola vnitatis iteratio.

¶ Et haud aliter omnis numerus/primi immutat rationem numeri: q̃ primus numerus/ id est dyas: prime monadis naturam/inflectit ac variat. ¶ Hic enim accidit: vt cum fontana insectilis monas/nulla differitate aut partium varietate diuellatur: eius tamen propago et fecunda progressio/in differentias et partes excurrat innumeras. quas sub certā aliquam legem/aut disciplineratione: mens aut intelligentia cogit nulla.

¶ Q theologi/dyadem respuere solent. Cap. II.

Et hac quoq; de causa/ipsiq; dyadis numerum/theologi pleriq; re spuere solent: vel q primus ab vnitate deficit sitq; totius varietatis dux dissidij ac diuisionis initiū. vel q nulla lege finiri: nulliq; ratiōis loro frenari possit immensa eius fusio: ac prona ab sūmo vnitatis apice/ad ima excursio. ¶ Idcirco et ipsam dyadem/theologi eiangelice cohorti ascribūt: que (vt sacer Dionysiq; inquit) malicie manus dedit: et que (vt sacra canunt eloquia) sum reliquit principatum. ¶ Eādem quoq; dyadem pari iure philosophi prime et antiquissime naturalium rerum parti (quam materiam primamq; consistentiam vocant) impingunt. Censent enim materiam/et dyadis nomine: et malam interdum appellitant. ¶ Cunctis quippe sensibilibus/que sublnnari toti concauo insunt: materies est antiquior. vt pote ex cuius substantia omne quod propatulum/ac sensibile est gla ciatur/conflatur coalescit. Peride atq; cuiuis etiam numero/prior dyas est idita: ex qua post vnitatem/omnis numerus deriuari/coalescere/conflariq; videtur.

Dyas diuisionis initium.

¶ Q Materies simpliciter malum non est. Cap. III

Diuus dionysius

Vod vero materies/sit quiddam malum: id dictum accipe secundum quid. ¶ Nam licet materia sit extremum boni vestigium & ima quedam eorum que sunt vmbella: bona tamen hinc censeatur: q (iuxta diui Dionysij verba) ipsa a summo bono/nacta substantiam: per omnes sui partes atq; distinctiones/intellectualis decoris quasdam pre se fert imagines. per quas/ad spirituales illas primitiuasq; formas: possumus ascendere. ¶ Si enim dyadi/respondere persimilisq; esse materies probata est: procul dubio/intantum ex ipsa materia: assurrectionis vi/ feceris in summum bonum: quantum ex dyadis resolutione/pergis in vicinam monadem ¶ Sicut enim summum bonum/simpliciter cunctis est antiquius: ita et materies/sensibilia cūcta origine transcendit. ¶ Vniuersorum item: cum summum primūq; principium/sit tātum vnū: est et eo pacto cunctorum sensibilium/tantum vna materies. ¶ Summum quoq; illud bonum: cum perpetua sue substātie identitate subnixū/demutari

Dyasmaterie nūetus.

aut ab esse decidere nequeat: hac etiam in parte materia illud imitari pergit. ¶ Nã materiei/ nulla vsq̃ interit atomus. Et neq; ipsa particulati/ neq; scdm totũ sui: vlli⁹ corruptionis expallet tabem. Nunq̃ in nõ esse/ naturali trãsmutatione resoluetur, sed ꝑpeti esse, siue ꝑseuerabit/ siue soluetur generationis nodus ac series) dicitur potitura. ¶ Ex his itaq; preclaris materie almitijs honestisue proprietatibus scꝫ Antiquitate/ Vnitate et immutabili statu cogrue mens hnmana: in sũmi entis speculandã naturã: pro modulo suo remigabit.

Almitie Almarũ hõestarũue rerũ habitus

¶ Quatenus bona sit materia.·. Cap. IIII

HActenus igitur materies/ et bona est et in summi boni cognitionem/ nos prouehit: quatenns permulte illi diuine proprietates insũt. Quia insuper et ipsa a deo facta/ inesse processit: vt non modo labilium et cadiuorum actuũ/ sit horaria fultura, sed vt et humani immortalis animi: perenne fieret substerniculum. Siue vt eum obtegeret actum: qui solus e cunctis sensibilib⁹ actibus/ ad capescendam virtutem et sapiam/ natus predicatur. Qui postq̃ excutaneorum sensuum famuletiis/ aliquãtisper mundanas species in mũdo depast⁹ est: tãdem intra semet reciprocus sibiq; cõgrediẽs/ lucidius i propriis thalamis/ omnia inspectat: archanisq; (et proprie et diuine cõtẽplationis) dapibus vberius exatiatur. ¶ Et profecto qui materiẽ/ malam esse censuerit: eadem lege/ malã esse dyadẽ cõtendat. Nã ratio est vna ãbarũ: siue malas siue bõas fatebere. ¶ Habent equidem fortassis/ mali: haud obscurum coniectũ/ quẽ de dyade supra expressim⁹. Q; inquã dyas prima ab vnitate decidat: sitq; diuisionis initiũ. ¶ Sic et materies euiternis/ ac ĩdesituris actibus: vt ãgelicis et humais (qui ab suo fonte et ordine prolapsi/ peccauere) interdum mali causa fuisse & esse dicitur. ¶ Nõ eni solum humani aĩmi/ addicti materiei: sed & primogenij illi ãgelici/ quoquopacto ex materia (vt pleriq; volũt) prolapsionis cãm habuere. ¶ Hi siquidẽ licet omni materia sint liberi et ĩmixti: circa tamen materiã (vt diuo Dionysio placet improbe affixi: ob materialem sp̃em/ ĩmaterialis sui decoris/ puritatẽ oblitterati perpessi sũt, indeq; ex ĩpassibilib⁹/ cõtra naturã passibiles (circa diuiduas et instabiles materie perturbationes) effecti: ebeande sue turme/ eq; celesti aula liminãde: causa/ iustissime lãci extitere. ¶ Placet igit̃ materiẽ: cũ natura bona sit/ hac dũtaxatĩ parte/ esse malã: q; velut pessulũ quiddã/ plurimum obsit speculatiuis animis: ne in se redeant/ receptui a mundo/ atq; a diuidua rerum latitudine canentes. Seu ne propriis & immaterialibus bonis (propria inq̃/ ac diuina speculatione) in sui ipsorũ exedris beatisq; thalamis potiantur. ¶ Est enim materialis vmbra totius et ignorationis et obliuionis causa, quandoquidem affixus interim imbecillus anim⁹/ materiali ornatu: potioris cãdidiorisue decoris/ immemor efficitur.

Materia ob hũanũ animũ ꝑcipue facta.

Cõiect⁹ cõiectura.

De ꝓlapsione demonũ

¶ Alie dyadis proprietates.·. Cap. V.

SEd ab his/ in dyadis propositum repedemus. Est rursũ dyas: numerus prime equalitatis/ extremitatis atq; interualli. ¶ Constat ei dyas geminis et equis vnitatibus: quarũ altera alteri cõfertur et agglutinatur. Omne queq; interuallum: quedã est duorũ quorundã extremorum contra se sũptio/ eorumue mutua distãtia. Cõstat ĩsuper interuallum minimum/ geminata vnitate, que nos duo extrema nuncupare solemus. ¶ Nam si tantum sũpseris vnũ: id profecto interuallum non est, cũ tantũ vni: sensibilis extremitas/ aut distensio inesse queat. ¶ Prima itaq; relatio primaue oppositio contingit in dyade, que et eadem de causa numerus est itelligẽtie: totiusue speculatiõis atq; scientie metrum. ¶ Omnis quippe intelligentia/ speculatio/ sciẽtia cognitio/ atq; respectus: fit in interuallo ac linea potentie et eius obiecti ¶ Nã siue potenria et obiectũ/ sint substantia vnum siue substantialiter diducta atq; diuisa: vtraq; cognitio/ in dyade perficitur. ¶ Est et dyas numerus lucis eodẽ/ quo et scientie numerus argumento. ¶ Nam q̃ prima reb⁹ ipsis cõpetũt/ duo sunt esse atq; appere. Esse primũ: appere scdm. ¶ Essẽtia: vnitas est rerũ. Apparitio vero (que est prioris essentie illustratio/ cognitio et lux) dyas est earundẽ. ¶ Primus eni rerũ status primaue positio: est in simplici essentia/ incognita/ nũdum apparente. Secundus vero ac potior earum situs/ est in apparitione et effusione lucis: qua prior essentia nudatur/ qua proditur retegiturq;: quod erat quidem/ sed non apparebat, cuiusue substantia in tenebris (que erant super faciẽ abyssi) ab initio delitebat. ¶ Sicut enim prius omni rei competit esse in mundo/ q̃ esse in homine: ita et rerum essentia/ earum apparitiõe: et substantia/ cognitione inuenitur antiquior. ¶ Omnis quippe sensibilis substantia/ dũ tã-

Dyas scie numerus

Dyas nũerus lucis

Essẽtia Apparitio

Subã cognitione antiquior

tū substātialiter in mundo est: in humanis tenebris versari dicitur. Hactenus enim hominis abyssū/ vmbram et ignorantiam colit: qua existit quidē in mūdo/ sed neutiq̄ homini apparet/ estq̄ scientie splendore inelucidata. ¶ Vbi vero eius species per extimos hominis sēsus/ in subcutaneū viterniue sensum feruntur et ab eo deinceps (excusso imprimis omni materie pollīne) in intellectum rapiuntur: tum demum/ rationabiliū huiusmodi specierum presentia et homini inexistentia: sensibili substantie humanam lucem ac scientie splendorem accessisse merito pronunciamus. fatemurq̄ longe preclarius/ rem esse in minore mūdo q̄ in maiore. Verius itē subsistere in apparitione: q̄ in simplici essentia. Consumatius degere in luce/ q̄ in tenebris. ¶ Vnde fit vt et dyadis numerus minori mūdo hominiiuste queat ascribi. Sicut enim dyas altera quedam vnitas est secundaue vnitas: ita et homo alter mūdus est/ secūdusue mundus. maioris mundi iteratio/ splendor atq̄ resūptio.

Dyas hoīni ascribi potest.

¶ Dyas insuper numer⁹ est memorie: quam secundā intelligentiam/ siue intelligentie resumptionem/ ac numerū nūcupam⁹. ¶ Dyas deniq̄ primus est et parium et parte altera longiorum numerorū: qui materiales & imperfecti ab arithmeticis vocātur. ¶ Est etiā primus iustitie numerus: eadem ratione qua et prime equalitatis mēsura/ prius a nobis est vocitata. Quippe sub ipsius dyadis examen pēdenda est equa imprimis ratio/ q̄ est iustitie peculiaris et propri⁹ act⁹. Sed hactenꝰ de dyade. Satisfcensoro: sese i sequētē conuertat tryadē.

Dyas nūerus mēorie

Dyas prim⁹ parium

Dyas nūer⁹ iustitie

¶ DE TRYADE. ·. CAP. I

TRYAS/ QVOTA EST A MONADE: TOTIENS SIBI PRIMITAtis/ ascisciti vēdicatq̄ nomē ¶ Euadit eni triniter prima. Nā tryas dux est imparium & princeps imparīū. Deinde primorū numerorū/ id est simpliciū & incōpositorū quos sola vnitas metit: est prim⁹. Postremo perfectus prim⁹: id est integer/ cōsumat⁹ vniuersi⁹/ tot⁹. ¶ Nā binari⁹ ta metsi primus & incōposit⁹ esse videatur: vt qui pte nulla/ q̄ sola vnitate numeret: cū tū ipe & par sit et parīū fōs nūerorū: iure ab simpliciū et icōpositarū multitudinū ordine facessit ¶ Cūcti siquidē incōpositi & primi: cēsēt ipares. His vero cū tryas antistet ac p̄sit: hinc geminis ex causis tryas bisinaxima ac prima dinoscit eē: prias q̄ iparīū/ dei priorū siue simpliciū prima. Tertio deniq̄ perfectorū/ integrorū ac totorū nūerorū maximatē/ ac primāeā eē liquet. nō eorū quidem perfectorum: quorum primus/ est hexas: qui suis simul sumptis partibus equepollent. sed perfectorū id est totorum et consumatorum: quos et plenarios vniuersos integrosq̄ nuncupare possumus. ¶ Nā monas/ est vt medietas simpla: sine extremitate. Dyas vero extremitas est/ diuidua et patula: sine medij vnitate. ¶ Porro tryas/ miro cōplexu: vt trāq̄ se priorem apprehendit. Inuestit eni circūq̄ vallat monadem dyade: et dyadis cornua ac scissa extrema/ iungit nectitq̄ vnitate. ¶ Insecta et indiuidua monas: simplices/ imperteq̄ rerū actus ac formas exprimit. Rerum vero potentie et patentes hyantesue vmbre: ab dyade bisulca designantur. ¶ Ast tota et pfecta entia/ trina aliquopacto sunt et in ipsa tryade congrue exprimuntur. vt pote que ex actuum monade et potentiarū dyade cōflātur. ¶ Est itaq̄ tryas haud iniuria/ primus totorū perfectorum et cōsumatorū entiū nūer⁹. quā eadē de causa vniuersarium/ omnē totūq̄ numerū vocitam⁹ q̄. primit⁹ (vt aiūt) de tribus: omne/ vniuersū/ ac totū pnunciare solemus. ¶ Sicut eni diuidue potētie/ indit⁹ act⁹ suapte natura imperfs: toti⁹ conflat/ impleteq̄ sēmi: ita et in dyadem/ aduentans monas/ illiusq̄ dispansis sinib⁹ excepta: tryadis cōplet pficitq̄ nūerū. ¶ Hūc ergo merito trinomiū/ terprimū/ ter ue maximū fore asseueram⁹: Primū iparīū/ Primū primorū: et primū totorum siue perfectorum.

Tryas trini terprima

¶ Qz tryas sit numerus humane rationis. ·. Cap. II.

VTrūm tryas humane rationis/ geminis ex causis numer⁹ eē deprehēdit. Imprimis q̄ tertio loco (iterstite angelica sola specie) a deo humana ratio numeratur. Deinde q̄ et hūane ratōis discurs⁹ (quas ratiocinatiōes nominitāt) tryade adipleī. Nā premissionū dyade: & vnitate illationis ¶ Cōstāt qppe demōstratiōes et vniuersi sillogismi: gemis principiis et illatione vna. q̄bus hūana ratio/ p ea q̄ seipsis dilucida/ clara & apta sūt: i eorū scientiā irremigat sensumq̄ pferī: de quorū veritate/ pri⁹ (instabili ac varia opinatione) nutabat. ¶ Vnde fit vt q̄cquid scitū ē/ cognitū sit/ demōstratū ac scitū i tryade: sitq̄ tryas pfecte totiusq̄ scie metrū ¶ Extrema nāq̄ ac principia hūanarū rōcinationū: haud scita/ sed itellecta & p se cognita dicūtur. Quicquid vero scit: totius ratiocinatiōis/ ē finis atq̄ illatō/ q̄ tertiū a prio eis⁹ assūpto & p̄missiōe maiore/ obtinet locum.

¶ Fit hic etiã vt tryas sit & toti⁹ cõtẽplationis et oĩs sapiẽtie numer⁹. quãdoqdẽ cõtẽplatio sit quedã entis eiusdẽ secũ cõgressio & cõcurrẽtia. Hec vero entis in seipsũ glomeratio et cõgyratio: arcano quodã/ trino eius discrimine (vt i libro de sapiẽte docuimus) adipletur. Quod eni i seipsũ fertur seq; iflectit haud aliter q̃ sub his tribus: intellectu mẽoria & amborum specie: sibi ipsi adesse/ seq; speculari potest.

Immortalia ẽtia trina

¶ Entia quoq; quibus in hunc modum conuerti voluiq; in semetipsa/ indita facultas est/ q̃ue sapientie sunt participia: tryade exequata et cõnumerata reperiuntur: Deus/ Angelus/ Homo. ¶ Que nãq; animantia/ homini subsunt: sicut rationis et intelligentie/ sunt expertia: ita et sapientiam nullã capessũt/ perseuerantq; sui ipsorũ noticia ĩdotata & illocupletata

Tres magnitudinũ termini

¶ Est insuper tryas: terminorum magnitudinis numerus et eorundem terminorum supremus prestantissimusq;: quam latitudinem/ siue superficiem nuncupant. Nam magnitudinũ termini sunt trini: Punctum/ Linea/ Superficies: Monas/ Dyas/ Tryas.

Esse intelligi/ amari

¶ Vnica enim notula/ punctum absoluit. Puncta duo: lineam complent. Tribus vero pũctis: superficies exaratur. ¶ Et si primaria vt diximus rerum subsistentia contingit in monade et puncto: Subsistentium vero cognitio et apparitio/ in dyade et in linea: erit supremus cognitarum ac pellucentium substantiarum amor et festiua prosequutio/ tryadis assecla. ¶ Cunctis siquidem substantiis: esse primum: q̃ pellucere et apparere competit. Sunt enim prius in substantia/ q̃ in intelligentia: et intelligentiam prius nostram/ motitarit oportet: q̃ expetibiles/ prosequende et amabiles censeãtur ¶ Vnde fit vt tertio loco a rei substantia/ mediante intelligentia: eliciatur plausibilis amor/ tanq̃ vtriusq; (substantie et intelligentie) finis. In his vero substantiis/ quibus volui i semet/ seq; ipsas dinoscere ĩdultũ ẽ: sui quoq; amor (quam phylãtiam vocant) eodẽmodo/ post substantiam et intelligentiam accrescit ac prouenit. ¶ Omnis itaq; amor siue rectus extereue cuiuspiam substantie: siue inflexus/ glomeraticius et eiusdẽ substantie: in solo tryadis examine/ ac metro profertur atq; elicit.

Oĩs amor ĩ tryade.

¶ Q̃ tres summi honores. Cap. iij.

Deniq; causaque tryadem termaximo nomine insigniuit/ eãq; cunctis merito prestare numeris denarrauit: eandem trinis precipuis honoribus/ supremarumq; dignitatum culminibus illustrat: Philosophica/ Sacerdotali/ Regia. ¶ Regiũ nãq; culmen primeue monadi/ cũctis numeris imperitanti cedit. ¶ Sacerdotalem vero dignitatem: dyas sibimetipsi peculiarius delegit: regie monadi antistans/ illamq; principantem/ suis obtegens sinibus: et a postergatarum multitudinum turmis officiosa/ dirimens.



Dignitates philolophica/ sacerdodotalis/ regia.

Qui vero superest philosophicus splendor/ litterariusue honor: tryadi vt ꝓpri⁹ imputetur. Quandoquidem litterario dolatorio/ leuigatam et eruderatam mẽtẽ: haud aliter q̃ in archana quadam tryade/ effici sui compotem/ suiq; noticiam (quam sapientiã vocant) indipisci docuimus. ¶ Nam contemplatio omnis et scientia: absoluitur (vt diximus) in tryade. Ac tertio dumtaxat loco/ quicquid obscurum et ignotum sciri expetitur: perfecta ratiocinatione/ amborũ principiorum precognitione/ e tenebris in lucem emergit, fitq; deinceps clarum et indubium: quod prius extitit imperuium.

Tryas termaxima.

¶ Sicut igitur tryas/ duarum priorum monadis et dyadis complexu/ colligitur: ita et illarũ quoq; dignitates ac honores/ haud ĩmerito sibi ipsa vendicat estq; trismegista/ ter ue maxima: Regio stẽmate/ sacerdotali columine ac philosophico apice: pre cunctis numeris celebrãda. Postremo et hac laude tryadẽ efferem⁹: q̃ numerus est animarũ. Omnis siquidẽ anima: aut vegetatrix est Aut sensitiua Aut rationalis. Cum enim trinitas/ emula sit et assecla perfectionis: Anima vero sit perfectũ quiddam: hinc fit vt et ipsam animã/ natura trinitate discreuerit atq; numerarit. Iam vero tantulis de tryade dictis: in exquãmandam tetradem conuertamur

¶ DE TETRADE. CAP. I



SICVT MINIMVM ET INSCISSILE PVNCTI SIGNVM/ IMPErti monade prius mensi sumus: linee vero interuallum/ scissili dyade distendimus: Superficiei autem latitudini tryadem indidimus: ita nunc superest/ vt in corporea plenitudine et in profundo: sequens tetras castrametetur/ distendatq; et emetiatur potissimum corporis interuallnm.

Tetras numerus corporis.

¶ Nam et in arithmethica ratione/ tetras primus est corporeus solidusue numerus trigone piramidis: que geminis trigonis/ tryade monadeq; erigitur. ¶ Ad monadis quippe apicẽ/ basium vice functa tryas: arithmeticum

primum ac ſimpliciſſimũ procudit corpus: vnitatibus quattuor diſpanſũ. ¶In geometrico autem modo ſi conflare voles pyramidẽ: monadis loco ſume punctũ. Punctis enim biſgeminis: geometricũ primum/ mimũue corpus vallabis: quam trigonam etiam pyramidẽ nuncupamus. ¶Hanc ſiquidem puncta quattuor/ angulorũ ipſius capita/ finiũt. linee ſex diuidũt/ ac diſpartiuntur. Quattuor ſuperficies: eandem operiũt ac tegũt. Ipſa deniq; corp9 vnicũ exiſtit: ſub ipis termis abditũ & oculis iperuiũ. ¶Vnde fit vt ſẽſuũ obtenebratio/ ſenſibileſue tenebre: prime in intellectualis lucis aurora/ inuiſibiliſq; ſplendoris primaria emicatione cõtingãt. ſitq; ibi ſenſibilis totius lucis occaſus: vbi arcane interioriſue claritatis iubar/ iprimis micare & exoriri incipit: i ipſa ſcilicet tetrade & in corpore.

Quicquid ſentitur nõ eſt corpus ſ; corporis terminus.

¶Quicquid enĩ in magnitudine/ expanſum ac propatulum carneis oculis eſt: haud eſt vera ipſa/ ac precipua magnitudo. ſed ipſius termin9: Aut punctũ/ Aut linea/ Aut ſuperficies. ¶Has duntaxat tres corporis metas: natura alimentinis/ exteriſue oculis/ ſpectandas obtulit: occludens aciuiũ ponens/ precipuũ corporis interuallum. quod ſoli animo/ interiora & ſubcutanea queq;/ ſpiritali acumine indaganti retexit. ¶Senſibilis itaq; lux/ in tribus ſuffulget: Puncto/ Linea/ Superficie: que ſenſibus nuda peruia & adaperta ſunt. Quartũ vero ideſt profundũ & corpus/ cũ nullus ſenſus attingat: ibi ſenſibilis lucis occidere fulgor/ ibi ſẽſus obtenebrari dicuntur. In ipſo tamen corpore/ ſpiritalis inuiſibiliſq; lucis contingit initiũ. ¶Vbi enim occaſus eſt ſenſuũ: ibi ortus eſt intelligentie. Vbi operta/ nuda & ſenſibilia: reuelari/ ſplendereq; deſinũt: ibi arcana & intellectualia: nudari/ fulgere atq; apparere incipiunt. Liquet igitur tetradẽ: metrũ/ metã menſurãq; eſſe totius intellectualis lucis.

¶Quot tetras ſit cognitionum numerus. Cap. II.

SEd & tetradis ratio: ipſos cognitionum gradus/ librat atq; apprehendit. ¶Quaternis quippe gradib9/ diſtincta eſt omnis cognitio cum ſint tantũ quattuor/ prima & precipua mũdi entia: que cognitiua facultate/ ſunt predita: De9/ Angelus/ Homo/ Irrationale Aial.

¶Diuinã cognitionẽ/ in libro de ſapiente: dixim9 mentẽ nuncupari. Angelicã: vocari intelligentiã: Humanã dici rationẽ/ Animalẽ: peculiarius ſenſum nominitauimus. ¶Efficit igitur perpulchre cognitionũ numer9 vnũ quiddã corpus. cuius trini termini ſunt: Aialis/ Humana/ & Angelica cognitio. Aialis vt punctũ: Hũana/ vt linea: Angelica/ velut planitudo ac ſuperficies. ¶Eiuſdem autẽ corporis arcana/ propriaue dimenſio: diuina cognitio eſt: reliquarũ cognitionũ (vt productorũ a ſe terminorũ) velaminibus ac vmbris adoperta omni; mortali oculo inacceſſa.

Elementa quattuor.

¶Ad quaternarum quoq; cognitionũ/ ſimilitudinẽ: ſenſibilis mũdi prima/ maxima & ſimpliciſſima corpora ſunt quattuor: Terra Aqua/ Aer/ Ignis. ¶In imo/ ſubſidet terra/ ſuo libbrata pondere: quo & cetera fulcit elementa. Aqua & aer: in mediis regionibus ſiſtuntur: Ignis/ ſũmũ obtinens mũdi faſtigiũ: vniformi ſuauio/ vndecũq; celũ lune prolambit. ¶In his demũ quattuor elementis: ois ſẽſibilis actus in materialibus atomis ſuffulcitur. Quid quid enĩ ex forma & materia coflat: natura extra elemẽtũ degere/ ac ſaluari nequit. ¶Sũt & i hũana eruditione/ pari analogia elementa quattuor: Mentis ſubã/ Mentis notio ſiue interna conceptio/ Vox/ Scriptura. ¶Mentis ſubſtãtia: igni/ diuineq; cognitioni & corporce plenitudini reſpõdet. Mẽtis notio: angelice cognitioni/ aeri & ſuperficiei comparatur. Vox (que prima ſenſibilis eſt) ſẽſibili homini/ aque/ ac linee eſt adaptanda. Extrema vero ſcriptio: animali ratione experti/ terre/ ac puncto ſupereſt comparãda.

In hũana eruditione elementa quattuor.

Rerũ genera quattuor

¶Rurſum primaria rerum ac ſubſtantiarũ genera quaterna ſunt: Subſtantia/ Quantitas/ Qualitas/ Locus: ad quorũ numerum/ omnis ſtata eſt & rerum fluxio ac permutatio. ¶Siquidẽ ad vnũquodq; genus/ gemine & contrarie permutationes contingunt. ¶Ad ſubſtantiam/ Generatio & corruptio: qui ſunt motus in pũcto/ primi & abiectiſſimi. ¶Ad quantitatem/ fiunt auctio & imminutio: in quadam dyade ac linea. ¶Ad qualitatem/ qui fiũt motus: peculiariũ & cõtrariorũ nominũ penuria/ generatim alterationes nũcupatur: ſuntq; vt tryas & planitudo. ¶Ad locum pariter/ que permutatio contigit: nomine vno/ latio vocitatur. & hec fit in tetrade/ i corpore & in profundo. ¶Hec enĩ mutationũ eſt preſtantiſſima: cõpetitq; perfectis duntaxat ac maturis animãtib9/ precipue homini: quam ideo rationalis motionis nomine merito honoramus. ¶Sunt & quaterni naturalium ordines rerum. Subſiſtentium/

Mutatiões quattuor.

Viuentium/ Sensibiliū & Rationaliū. quarum singulis/ singula mutationum genera tribuuntur/ vt peculiaria & propria. ¶ Subsistentib⁹/ substantiales motiones Generatio & corruptio. Viuentibus/ vitales: quibus viuentia augescunt/ aut minuūtur. Sensibilibus/ cōtrarie alterationes: quibus aut prospera/ aut aduersa valitudine variāt. Rationabilibus vero latio (suprem⁹ mot⁹) in potissima ambulationis & erecte stature specie cōpetere probatur.

¶ Arithmetica tetradis proprietas. Cap. III.

Eniq; ipsius tetradis insignem quādam/ arithmeticā proprietatem afferemus in mediū: Tetras enim secūdus quadratus est: quē prim⁹ altera parte longior dyas/ semetreuoluens procreat acginit. Bis enim duo quaternitatem/ eliciunt. ¶ Si igitur ipsā quaternitatem/ in omnē deinceps altera parte lōgiorē ductitaueris/ addita vnitate: cunctos impares quadratos conflabis. ¶ Ducta enim in primis in propriū latus/ ideſt in dyadē tetras primum parte altera lōgiorē/ producit octadem: cui monas addita/ profert enneadē: primū post vnitatē quadratum imparem. ¶ Si vero quattuor ducant hexadem/ secundū altera parte longiorem: additione vnitatis/ surget nūerus quint⁹ & vigesimus/ quadratorū quintus. ¶ Si dodecadē tetras inuoluerit: adiecta monade/ non⁹ & quadragesimus nūerus occurret: septimum inter quadratos obtinens locum.

¶ Et si ab eadem tetrade/ viginti multiplicatione excrescāt: vnitas addita producto/ nonū quadratum/ vnū scilicet supra octogenos eliciet. Et ita quotiens quaterno ductu/ ois parte altera longior excreuerit: cuncti qui surgent numeri/ erunt pares: vnitate/ continuis quadratis īparibus minores: vt clarius que subest figura ostendit.

Quadrati impares	9	25	49	81	121	169	225	289
Addende vnitates	1	1	1	1	1	1	1	1
Producti numeri	8	24	48	80	120	168	224	288
Altera parte lōgiores	2	6	12	20	30	42	56	72
Quaternitates	4	4	4	4	4	4	4	4

¶ Cum igitur quadratus/ vt pote equis lateribus ditentus/ sit equalitas & identitas quedā/ Altera vero parte lōgior/ ob suorum laterū inequalitatē/ alteritatis rationem subeat: liquet identitatē/ ideſt quadratā tetradem/ omni alteritati inuectam: additione monadis/ restituere maiorem identitatem/ ideſt quadratum imparem. ¶ Nam tametū vniuersi quadrati e regione altera parte lōgiorū sumpti/ illos identitatis nomine precellant: inter tamē quadratos/ īpares paribus: amplius vnitati propinquant/ plusue identitatis recipiunt.

HOrtatur me ſepius/ vnuſquiſpiam tuorum Amantiſſime Alane: vt crebriuſcule ad te ſcribam. ſed et littere tue/ quibus me primus laceſſis: id opere eflagitare videntur. Facturus itaq; tuo voto ſatis: tibi nunc aliquid promã: quod mentem fortaſſis paſcat oblectetq; tuam. Paucula enim tibi de aĩa per aquarum proprietates aperiam. ¶Aqua in ortu ſuo ac fõte: ſuapte natura algida eſt/ clara/ dulcis. His tribus qualitatibus: Guſtui delectabilis et potabilis efficitur. Emergens autem paululum e fonte/ vbi in flumẽ defertur: natiuum extemplo perdit algorem atq; puritatem. fit enim mox obturbida et tepidiuſcula. Vbi denicq; longius progeſſa/ mari imiſcetur: ea (que ſola/ e trib⁹ ſuperat) ſuauitas & dulcedo oblitteratur. Nempe in mari/ amarore inficitur: fitq; guſtui iniocũda et impotabilis: atq; ex toto/ ſuo fonti et ſcaturigini diſſentanea. ¶Hec aquarum/ naturalia e ſuis fontibus ac ſcatebris in mare profluuia: intelligo ortus eſſe et emanationes noſtrarum animarum a deo. Anime enim noſtre: ſunt vt naturales aque. Deus/ illarum fons eſt atq; initium. Corpus vero in quod primitus labuntur cuiue a deo ifunduntur: vt fluuius quidam eſt. Mundus vero (in quẽ corporis vehiculo vt Platoni placuit peregrinatũ a deo miſſi tantur) vaſtum animarum exprimit mare. ¶Anima imprimis deo coniuncta: eas obſeruat quas aqua in fonte/ qualitates. Pura equidem eſt/ candida et infeculenta. Natiui autem frigoris loco/ charitate feruet. ¶Nam et quamplurimos fontes reperias: qui calidas ebuliuunt aquas. Eſt et ſuauis/ dulcis/ grata/ iocunda: ac deo peramabilis. Vbi vero anima/ paululum a deo faceſſit in corpus: illico natiuus eius candor/ materie permixtione: opullaſcere et obliterari incipit/ ac minui charitatis feruor. ¶Peregrinata rurſum anima per multipharios corporis ſenſus in mundum: circa varia ac inſtabilia mundi/ vnicam que ſuperfuerat ſuauitatem ac dulcedinem perdit/ ſuamq; totam immutat originem. Analogio Aquarum ad rationalẽ animam

¶Vnde fit vt ſint noſtre anime/ ab ſue creationis initio: velut nitidiſſimi aqua fontis. Deinde per corpus: vt fluuialis humor. Per mundum vero mundanaue negocia: vt aqua maris. ¶Quenam igitur (inquies) eſt virtus/ qua contineatur in ſuo fonte anima: vt nuſq; ab ſui principij diſcedat vnitate ſitq; nulli permutationi obnoxia? Aio ego nil diuino amore preclari⁹: quo anime inſeruntur deo. quo per ignotum quẽdam et excellentem raptum (licet reipſa & in mundo ſint et in corpore) ſupra mundum et ſupra corpus fiunt: nec vſq; a deo/ diuiniſq; bonis auelluntur. ¶Et ſi vltertius pergat analogus epiſtole ſermo: hic tibi congrue p aquas/ futuram noſtri integram reſurrectionem: humanaſue animas/ nonũnq; ſua in corpora relapſuras eliciet. Omnes enim (inquit Salomon) aque ad mare fluunt: et ad ſua initia reuertuntur/ vt iterum fluant. quod ſacrum eloquium/ vbi ad animam conuerto: trinis hemiciclis/ noſtram reſurrectionẽ clare exprimi video. ¶Primus hemiciclus/ animarum ortũ inſinuat: quo a deo/ in corpore facte et create ſunt. Secundo hemiciclo: extemporanea hominis mors/ que eſt animarum in ſua initia/ ideſt in deum reflux⁹: inſinuatur. Tertius denicq; hemiciclus illas iterum a deo/ ſuiſmet corporibus exprimit ſociandas. Et hanc ſupremãa animarũ/ cum carne ſponſationem: futuram eternã arbitramur Sed hactenꝰ tãtula de aĩa/ p aquarum naturas diſcuſſi. Plura cum fortaſſis eſſem allaturus: epiſtole rationem/ habendam cenſui. VALE. Exparhiſijs octaua Nouembris. 1510.

Salomon

Illatio

Introgatio

Reſponſio

¶PHILOSOPHICARVM EPISTOLARVM
Caroli Bouilli ſamarobrini
FINIS.

¶CAROLVS BOVILLVS SAMAROBRINVS IACO BO FABRO STAPVLENSI PHILOSOPHO DISERTISSIMO. .S. .D. .P. VM RARITVDO IPSA ET INFREQVENTIA RERVM DISERtissime Iacobe: rebus ipsis et dignitatem conciliet et admirationem prestet: coniectari hinc licet/ quantum perfecti numeri ceteros omēs numeros/naturali prestātia atq; dignitate antecellant. vt haud imerito velut omnium rarissimi et preclarissimi: soli inter numeros principatum et precipuum perfectionis nomen/ sibi vendicent. Et ad indaganda atq; p scrutanda diuina (quoad humane fert finitq; rationis coniectus) q̄ maximum habent momentum. Hi enim adeo infrequentes sunt ac rari: vt nulla numerorum arbuscula ac sedes: plusq̄ vnum ferre queat perfectū. sed & pleraq; sedes ac regio: perfecti numeri honore/ ac stemmate destituta orbataq; ingemiscat. ¶Prima etenim vnitas/ que se ab vnitate ad denariū vsq; fundit extenditq;: vnius tantum senarij/ primi perfecti: regijs insignitur honoribus. ¶Secunde numerorum sedi (que a decade ad centenarium numerum progreditur) perfectꝰ numerus vnicus iperat: octauꝰ et vigesimus/ perfectorum omnium secundus.

¶In tertia sede ac regione/ que a cētenario ad millenarium patet: tertius perfectus vnicꝰ presidet quadrigentesimus nonagesimus sextꝰ. ¶Quarte regionis imperium (que a millibus ad dena millia porrigitur) quartus perfectꝰ 8128 administrat moderaturq; solꝰ ¶Quinta vero numerorum regio/ que ab denis millibus ad centena millia excrescit: prima a ceteris dissidere incipit. Hec enim regij decoris totiusq; perfectionis experta stereosim atq; orbitatem: vno haudquaq̄ parente vuiusue perfecti numeri augusto imperio: sed dumtaxat popularifactione: administratur. ¶Sexta rursum Septima/ Octaua/ Nona ac Decima numerorum sedes: singule vnico tantum perfecto reguntur. ¶Vndecima vero/ pari quo quinta modo: regij septri ac formalis vnitatis impatiens: plebeie administrationi se subdit. Atq; hunc in modum deinceps comprobare licet: quantum perfecto numero pre ceteris/ insit dignitatis fastigium. quātoue excellentie culmine/ cūctis numeris emineat. q̄lucida illi et aperta indita sint: diuine proprietatis/ singularitatis ac solitudinis vestigia. Hic enim adinstar diuini imultiplicabilis numinis: in sua sede et loco multiplicari atq; iterari nequit. cōsortemq; repudiat: in cunctis numerorū regionibus/ atq; interuallis: perpes/ vnitatis emulus/ singularis vnicus ac solus. pleraq; item regiones vt suo fastigio indignas: dedignatur. Nimirum igitur: si hactenus tam ardua extitit eorum perueſtigatio. Hic autem libellus satius eorum inuentioni consulens: trime ac quadrime supputationis tedia/ vna horula succidit ac tollit. De nūeris quoq; primis/ habundantibus/ diminutis/ quadratis/ et cubis: nonnulla adiecimus antea incognita/ scituq; non indigna supplemēta. que dudum Germanica quadam peregrinatiōe excogitata: et hospitatim/ breuibus chartis demandata: recenti lucubratione in vnius libelli volumē colligere studuimus. hoc igitur opusculum. ea vultus serenitate atq; hilaritudine/ in manus de lumito: qua tibi a nobis presentatur. V A L E



¶ Caroli Bouilli Samarobrini Liber De Perfectis numeris Ad Iacobum Fabrum Stapulensem Philosophum Clarissimum.

¶ Quid numerus perfectus.

NVmerus perfectus: est qui neq; simul sumptas sui partes superat/neq; ab eis superatur.

¶ Pars vero est: que aliquotiens sumpta/totum restituit.

¶ Vt senarius perfectus numer⁹ est/ cuius partes sũt tres: vnitas/ binari⁹/ ternarius. He vero simul sumpte: plus/ minusue hexadenon implent Sũpta enĩ sexies vnitas: senarium restituit. Eundem gignit/ ter sũptus binarius. Ternarius quoq; bis sumptus/ conflat eundem. Simul vero sũpte monas/ Dyas/ Tryas: cumulant conflantue hexadis summam.



¶ Diminutus numerus: est qui suis est partibus minor.

Habũdãs autẽ quẽ simul sumpte transiliunt/ superantq; partes.

¶ Sicut perfectus numerus/ est in equalitate totius/ ac partium: ita et extremi numeri diminutus et habundans: in eorundem equalitate. diminuti quippe numeri partes/ simul sumpte: superantur a toto. Habundantis autem partes transiliunt totum: Vt octonarij numeri partes omnes/ sunt/ 1/2/ et 4: que simul/ haud plusq; septenarium reddunt. Dodecadis autẽ vniuerse partes sunt 1.2.3.4.6. quas qui in vnum cogit/ sextumdecimũ gignit. Cõstat itaq; octauum numerũ insufficientẽ/ diminutũq; esse: duodecimũ vero superfluũ/ atq; habũdãtẽ.

Diminutus			Perfectus			Habundans			
8			6			12			
1	2	4	1	2	3	1	2	4	6
7			6			16			

¶ Propositiones.

1 ¶ Omnis perfectus numerus est par.

¶ Nam (vt postea ostendetur) perfectus omnis numerus/ gignitur imparis numeri/ inparem ductu. Sunt enim numerorum perfectorum radices/ numerus impar primus: et numerus pariter par. vt binarius et ternarius/ senarij sunt radices hic autem est impar primus/ ille vero pariter par Atqui omnis numerus/ qui paris in imparẽ/ ductu concrescit/ par est. Est igitur et omnis perfectus par.

2 ¶ Habundans et diminutus: sunt et pares et impares.

¶ Vt plurimum habundantes numeri sunt pares. sed et nonnullos impares esse habundantes Iordanus in septima et quinquagesima septimi sui libri propositione ostendit. cuiusmodi est hic 45 o 45: et eius vniuersi multiplices. Diminuti vero sunt omnes impares primi: vtpote quorum pars est sola vnitas. Similiter et vniuersi pariter pares.

3 ¶ Nullus perfectus: est ab vnitate duplus.

¶ Nam omnis ab vnitate duplus/ est pariter par. Omnis vero pariter par/ est diminutus. Nullus igitur ab vnitate duplus: est perfectus.

¶ Quotquot ab vnitate dupli/ simul sumãtur: sequẽti/ min⁹ vno restituunt.

4 ¶ Nam vnitas per se sumpta/ minor est vnitate/ binario: qui est primus ab vnitate duplus. Vnitas et binarius simul: quaternario/ minores sũt vnitate. Vnũ/ duo/ quattuor simul: ab octonario/ sola vnitate superantur. et ita quot quot sumpseris ab vnitate duplos: sequentem/ vno minus restituent

Ab vnitate dupli				
1	2	4	8	16
1	3	7	15	31

¶ Omnis ab vnitate duplus: partẽ habet vel solam vnitatem/ vel cum vnitate solos ab vnitate duplos.

5 ¶ Primus ab vnitate duplus binari⁹: ptem habet solã vnitatẽ. Ceteri oẽs ab vnitate dupli: partẽ habẽt cũ vnitate/ solos ab vnitate duplos. ¶ Vnde fit vt oẽs parit pares/ q & ab vnitate dupli: sit nũeri perpẽdiculares & recti. vt q extra vnitatis et primi sui fõtis rectã lineã & pendiculũ: ptẽ disgrãt/ recipiãt ue nullã. q lat⁹ oẽ despuũt/ oẽmue repudiãt obliqtatẽ. q recto ab vnitate/ ac simplicissimo tramite p̃gressi: duple & antiqssime proportiõis directione cõcrescũt. Media quoq; ptitiõe/ assidue p seiuicẽ/ sete i vnitatis castra recipiũt: suamq; originẽ creuertunt. ¶ Sũt & nũeri iustitie vt qui latera deuitantes/ se medio commeant a quo nusq; deflectũtur. Sũt et vnitatis primogeniti: vt qui in recta linea ab vnitate (antiquissime/ prime ac precipue (vt duple) proportiõis concretione) oriuntur,

¶Omnis ab vnitate duplus/qui et pariter par:est diminutus 6

¶ Nam omnis ab vnitate duplus partem habet aut solam vnitatem / aut solos duplos ab vnitate. Vnitas autem et quotuis ab vnitate dupli/ simul sumpti: sequenti minus vno restituunt. Omnis itaq; pariter par:est sola vnitate diminutus.

Continue omnes pariter pares:quattuor primis paribus: binario /quaternario/octonario et senario finiuntur. 7

¶Primus pariter par est binarius:Secundus quattuor / Tertius octo/ Quartus decimussextus numerus. Vniuersi igitur ceteri pariter pares:in hos quattuor/ aut in eorum fines(velut/ in quattuor elementa)reuoluuntur¶Finiuntur enim omnes/ quattuor primis paribus hocordine:binario/ quaternario/ octonario et senario. ¶Et huius perfacilis est demonstratio. Nam binarij duplus:quaternarius est. Quaternarij duplus/octonarius. Octonarij duplꝰ decimussextus:qui senario finitur. Senarij autē/ siue decim isexti duplus:rursum in binariū redit. Et ita deinceps :pergens īmutabilem reperies pariter pariū/ in quattuor primos pares reuolutionem:vt subiecta figura ostendit.

Pariter parium series

1	2	4	8	16	32	64	128	256	512	1024	2048	4096
	2	4	8	6	2	4	8	6	2	4	8	6
	Limites quattuor		Limites quattuor					Limites quattuor				

Omnes vero numeri/qui ex pariter paribus ab vnitate collectis gignūtur: sunt impares:hiq; continue quattuor primis imparibus:vnitate/ ternario/ septenario et quinario finiuntur. 8

¶ Hec liquet ex precedente. Nam quotlibet pariter pares ab vnitate simul sumpti:minus vno'/sequenti restituūt. Si igit pares/ in quattuor prios pares(vt diximꝰ)redeunt in binarium/quaternarium/ octonarium et senarium:necesse est vt qui aggregati/ gignunt numeros vno minores et impares:quattuor primis imparibus vno minoribus/ continue finiantur vnitate/ ternario septenario et quinario. quod et sequens figura pandit.

1	2	4	8	16	32	64	128	256	512	1024	2048	4096	Parit pares
1	3	7	15	31	63	127	255	511	1023	2047	4095	8191	Impares
1	3	7	5	1	3	7	5	1	3	7	5	1	
Quattuor īpares			Quattuor īpares				Quat. limites impares						

¶Huiusmodi numerorū imparīū/ex pariter paribus ab vnitate collectis aggregatorum:quicunq; ternario et quinario clauduntur/ compositi sunt: hi quinario/illi vero ternario dimensi. eorumq; note/ac figure simul iuncte: numerum faciunt ternario diuisibilem 9

¶Ois numerus q̄ quinariū desinit impar est:diuisibilis /ac numerabilis quinario. Et quēcunq; imparem/quinarius metitur:hic et in quinarium desinit. In his autem imparibus /q ex pariter paribus simul sumptis fiunt: quicunq; ternario clauduntur/ sunt et ternario cōpositi/ ac nūerabiles. Oīm vero huiusmodi pariū :siue quos t'narioꝰ/ siuequos qnarioꝰ claudit: note simul iuncte/ numerum faciunt:quem ternarius metitur. Vt decimiquinti note sūt due:1 &5 que simul senarium implent/ ternario diuisibilem. Si militer et tertij et sexagesimi: gemine sunt note 6 &3/ quibus conflatur nouenarius/ ternariopartibilis. Et ita ī ceteris procede.

Reliqui vero impares/qui vnitate et septenario finiuntur sunt primi. eorūq; figuris et notis simul iunctis:numerus fit/ a quo quotiens potest demptus ternarius vnitatem relinquit. 10

¶Alterna vicissitudine/ hi ipares qui ex continuis pariter paribus ab vnitate sūptis fiunt: sunt compositi et primi. Vniuersi namq; qui ternario et quinario finiuntur /sunt compositi. ternario et quinario numerabiles. Quos vero claudunt vnitas et septenarius :hi sunt primi et incompositi. Nam eorum pars est sola vnitas. Et vt note illorum simul iuncte/numerum gignunt a quo demptus ternarius quotiens potest /relinquit nichil :ita et horum simul umptis figuris/ numerus profertur:a quo demptus quoad potest ternarius/relinquit vnita

tem.

Primi	1	3	7	31	127	511
Compositi	15	63	255	1023	4095	16383

11 ¶Ex pariter paribꝰ/duo semper et duo/qui binario et octonario finiuntur/ ad perfectos eliciendos numeros minime conducunt. Reliquivero quaternario/senarioq; finiti:iisdem eliciendis sunt apti.

¶Vniuersi qppe pariter pares binario/octonarioq; finiti:cum ceteris minoribus pariter paribus/ad vnitatem vsq; collecti :numeros impares gignunt non primos/sed compositos:q in ternarium aut quinarium desinunt. Nūeri aūt ipares compositi:radices esse nequeūt perfectorum numerorum. Qui autē quaternario/ac senario finiuntur:sumpti cum ceteris ad usq; vnitatem/numeros eliciunt impares/imcompositos et primos:qui et ipsi sunt perfectorum numerorum radices. Sunt igitur illi ad perfectos numeros promendos minime apti: hi vero vtiles et apti.

12 ¶Eorū imparium qui ex pariter paribus/ab vnitate collectis fiūt:quicunq; in vnitatem et septenarium desinunt / perfectos numeros eliciunt:qui vero in ternarium et quinarium reuoluuntur/eosdem haudquaq̄ gignunt.

¶Huiusmodi enim imparium/quos pariter parium gignit aggregatio:qui sunt primi et in compositi/sunt perfectorum numerorum radices. Hi autem soli sunt primi:qui aut vnitate aut septenario finiuntur. Vnde fit vt alternatim tam pariter pares q̄ impares/eorū aggregatione progeniti :sint apte perfectorum numerorum radices. Ceteri vero itidem alternatim:sint ad procreandos perfectos numeros/inutiles et minime apti.

		Inepti	Apti	Inepti	Apti
Termini pariter	parium	2	4	8	6
Termini impa	rium	1	3	7	5
		Apti	Inepti	Apti	Inepti

13 ¶Si quotlibet pariter pares ab vnitate collecti / fecerint numerum primum quod fit ex/ductu vltimi ac maximi aggregatorum / in ipsum : tantum est/ quantum quod ex ductu omnium ipsius pariter paris partium/in eundem cum eo quod ex ipso pariter pare/suisq; partibus simul aggregatis colligitur.

¶Hec propositio necessitatem perfecti numeri ostēdit. Pandit enim eius ortum/ex ductu numeri primi (quem quotlibet pariter pares ab vnitate collecti fecerint) in pariter parem aggregatorum supremum. Sumantur enim ab vnitate/pariter pares duo et quattuor:qui cū vnitate/septenariū gignunt /numerum incompositum et primum . in quem quaternarius maximus aggregatorum ductus:gignit octauum et vigesimum/ quem constat secundum esse perfectum.Dico quoq; tantum esse/quod fit ex quattuor in septem:quantū quod ex vnitate in septem/et ex binario in septem:cum eo quod fit ex vnitate/binario et quaternario simul. ¶Nam cum cuiusuis pariter paris/omnes partes simul sūpte:sint ipse pariter par/vno minus:quod fit ex pariter pare/in numerum primum:tantum est quātum quod fit ex omnibus ipsius partibus in eundem:minus ipso impare primo. Sed hic impar primus constat ex ipso pariter pare et cunctis eius partibus simul. Quod igitur fit ex pariter pare aggregatorum maximo/in numerum primum :tantum est quantum quod fit ex omnibus eius partibus in eundem/cum eo quod fit ex ipso pariter pare et vniuersis eius partibus.

	1	2	4	8
7	7	7	7	
	1	4	2	
1	1	1	1	

¶Numeri hoc pacto ex maximo aggregatorum pariter parium / in numerum primum producti :omnes partes/sunt numerus pariter par et omnes eius partes:numerus quoq; primus et vniuersi eius multiplices/ab ipsius pariter paris aggregatorum maximi partibus denominati.
14

¶Numerus enim impar primus in quem ducitur pariter par aggregatorum maxim⁹: constat ex ipso pariter pare et cunctis eius partibus. Ipse autem pariter par/ constat ex cunctis suis partibus/ vno eis maior. Quotiens igitur est vnitas/ in ipso pariter pare/ totiens numerus primus est in numero producto et perfecto. Est autem vnitas/ vno pluries in numero pariter pare: q̃ in cunctis eius partibus simul sumptis. Est igitur et numer⁹ primus/ vno pluries in producto et perfecto: q̃ sit vnitas/ in cunctis partibus numeri pariter paris. Sumptus itaq; pariter par/ cum omnibus suis patribus: cum semel ipsum numerum primum restituat additus ei quod fit ex suis partibus/ in numerum primum: totius producti et perfecti numeri summam implet. cuius oẽs sũt partes/ numerus ipse pariter par: et cuncte eius partes: numerus primus et cuncti eius multiplices/ denominati a partibus numeri pariter paris.

¶Exempli causa: quattuor in septem/ gignit octauum et vigesimum secũdum perfectum. Quotiens igitur vnitas est in quattuor: totiens septenarius est in octauo et vigesimo. Est autem vnitas in quattuor/ vno pluries: q̃ in ipsius quaternarij partibus. Est enim vnitas ter in eius partibus id est in vno et duobus. Est igitur et septem vno pluries in producto: q̃ ĩ quaternarij partibus/ vno et duobus. Sed et septem semel fit/ ex quaternario/ duobus et vno. Est igitur productus octo et viginti/ ex quattuor in septẽ: tantus/ quantum quod fit ex vno in septem: et quod fit ex duobus in septem et ex vno/ duobus et quattuor simul sumptis: q̃ vnum efficiunt septenarium Totius quoq; octaui et vigesimi partes: sunt quaternarius et eius partes/ vnum et duo. et septenarius/ eiusq; multiplices: sumpti ac denominati a partib⁹ quaternarij/ idest ab vnitate et duobus. Hi enim sunt simplus septenarij/ id est ipse septenarius: et duplus septenarij scilicet decim⁹ quartus. Sumptus ei septenarius secundum vnitatem et binarium: cum eo quod fit ex vnitate/ binario et quaternario/ id est cũ adhuc semel septenario: octauum et vigesimum restituit/ suis partibus equum

¶Omnis perfectus numerus: ex pariter pare quaternario finito/ in imparem septenario. aut ex pariter pare/ senario finito: in imparem vnitate finitũ ducto coalescit. 15

¶ Prius enim docuimus pariter pares/ quicunq; binario aut octonario clauduntur: haud esse perfectorum numerorum radices. neq; item impares primos/ quos ternarius aut quinarius definiunt. Superest autem vt pariter pares quaternario/ senarioq;/ finiti: et ĩpares primi/ qui in vnitatem/ septenariumq; desinunt: sint cõmodissime perfectorum numerorũ radices. Quando enim pariter par quaternario finitus/ est aggregatorum maxim⁹: gignit imparem primum/ septenario finitum. in quem et ipse ductus/ perfectum elicit numerũ. Si aũt aggregatorum maximus/ fuerit pariter par desinens senario: hic gignit imparem primum/ desinentem vnitate. in quem et ipse ductus: perfectum numerum profert. Hec autem lex/ incipit a secundo perfecto: vt ab octauo et vigesimo. Nam senarius perfectus primus: ex pariter pare binario/ in imparem ternariũ (dissimili ceteris origine) surgit proferturq;.

Perfecti		6	28		496		8128
Numeri primi	1	3	7		31		127
Pariter pares apti	1	2	4		16		64
Pariter pares inepti		2		8		32	
Numeri cõpositi				15		63	

¶Quo fit vt omnes perfecti numeri: senario alternatim/ octonarioq; finiãtur. 16

¶Nam pariter par quaternario finiens/ in imparem primum septenario finitum ductus: numerum gignit perfectũ/ octonario desinẽtem qui vero in senarium desinit pariter par: ductus in imparem primum finitum vnitate: perfectum gignit numerum/ senario finientem.

4	ductus	7	23	Producti
6	ductus	1	6	

¶Cuiuslibet numeri perfecti: numero impares sunt partes. 17

¶Omnis enim perfectus elicitur ex pariter pare in numerum primum: que sunt ei⁹ partes sibiinuicem attigue et proxime/ ab seinuicem denominate: inter quas totus perfectus partem nullam recipit mediam. Omnis autẽ numerus/ qui partes habet duas sibiinuicem proximas et immediatas: numero impares habet partes. vt aut tres/ aut quinq;/ aut quouis alio

impare numero. Nam senarij/tres sũt partes:vnum/duo/tria. Octaui et vigesimi/quinq; partes:vnum/duo/quattuor/septem et decimus/quatus.

¶Nullus perfectus numerus/est quadratus.

18 ¶Nam omnis quadratus/numero pares habet partes. Habet enim partem mediam:que ab seipsa sumitur et denominatur. cuius in seipsam ductu/profertur ipse quadratus. Omnis autem perfectus: parte caret media et a seipsa denominata. Inter enim pariter parem et numerum primum:ex quibus vt proximis et precipuis radicibus perfectus gignitur:media ps cadit nulla.

19 ¶Omnis numerus/in numerum sui duplo vnitate aut maiorem/aut minorem ductus/gignit trigonum:cuius latus/est aut eius duplus/aut numerus eius duplo vnitate minor.

¶Vt quaternarius/ductus in septenarium/aut nouenarium:vtrobiq; trigonum gignit Sunt enim septem et nouem: octonarium quaternarij duplum/circunstantes:huic eo proxime maior/ille proxime minor. Quater enim septem/octauum et vigesimum profert/septimum trigonum. cuius latus/est septem:numerus quaternarij duplo/vnitate minor. Quater vero nouem:sextum et trigesimũ elicit/trigonum octauum:cuius latus octo/quaternarij duplus est. Et hanc verso tamen ordine: Iordanus/in sexta libri octaui proponit.





Perfectus

Quadrat9



20 ¶Numerus primus/ex quotlibet pariter paribus ab vnitate collectis fact9: est duplo maximi aggegatorum vnitate minor.

¶Oẽs enĩ pariter pares/ab vnitate collecti:sequenti minus vno restituunt. Sequẽs autem pariter par:duplus est maximi et supremi aggregatorũ. Est igitur et numerus primus/ex ipsis factus:duplo maximi aggregatorum vnitate minor

21 ¶Omnis igitur perfectus numerus/est trinus:eiusq; latus est numerus impar primus/in quem ductitatur aggregatorum maximus.

¶Omnis enim perfectus numerus/nascitur ductu pariter paris/in numerum imparem primum/sui duplo vnitate minorem:vt binario in ternarium/oritur senarius. Est autem ternarius vnitate:minor quinario binarij duplo. similiter quaternario in septem/octauus et vigesimus surgit. Septenari9 vero/minor est vnitate: octonario/duplo quaternarij. Est igitur omnis perfectus numerus/trigonus ac trinus.

¶Pariter pares/ab vnitate pariter/siue numero pares sumpti:numerum cõ

22 positum gignunt. Impariter vero sumpti/numerum primum.

¶Par/pariter parium sumptio:intelligenda est cum vnitate. id est si qui sumuntur cum vnitate: sint numero pares/et hoc rursum intellige post binarium. Nam vnitas et binari9 efficiunt ternarium:incompositum et primum. Vnum autem/duo/quattuor et octo:decimũ quintum gignunt compositum. Ast vnum duo et quattuor:efficiunt septem primum et impositum. Et ita quotiens pariter parium cum vnitate/fuerit par sumptio:efficient compositum. Impar vero eorum sumptio:numerum eliciet primum.

	3	7		31		127		Primi
1	2	4	8	16	32	64	128	Pariter pares
	3		15		85		255	Compositi

23 ¶A quolibet pariter pare binario/octonarioq; finito/dempta vnitas/numerum imparem primum relinquit:vnitate/senarioq; finitum. in quem ducta pariter paris medietas/numerum perfectum gignit: qui in senariũ/aut octonarium desinit

¶Hec ex precedentibus manifestior euadit:q̃ vlla aut ratione/aut exẽplo declarari egeat. Pariter enim par 4 finitus:ductus in nũerũ primũ 7 finitum:perfectũ profert 8 finitum Pariter vero par 6 finitus: in numerum primum vnitate finitum:profert perfectũ 6 finitũ.

Numeri pariter pares



Numeri impares primi



¶ Cuiſlibet perfecti numeri / habito pariter pare aggregatorum maximo: ceteras eius partes reperire: 24

¶ Habito pariter pare aggregatorum maximo: ſume omnes eius partes. He etenim ſunt et totius perfecti numeri partes. Deinde iunge ſimul pariter parem et cunctas eius partes: proferesq; numerum imparem primum / reliquam numeri perfecti radicem . cuius multiplices denominati a pariter paris partibus / ſunt reſidue perfecti numeri partes.

¶Nu me ri per fe cti vſq; Ad vi gin ti.



Multiplices	Submulti.
4 9 6	1 6
2 4 8	8
1 2 4	4
6 2	3
3 1	1

¶Sicut enim pariter paris aggregatorum maximi nullus multiplex/eſt toti9 numeri perfecti pars: ita et imparis primi/nullus ſubmultiplex preter vnitatem: eſt pars eiuſdem perfecti. Eius enim partes/ſunt ipſe pariter par et numer9 primus: deinde huius multiplices/illius vero ſubmultiplices.

¶Cuiuſlibet perfecti numeri/omnes note ſimul iuncte: faciũt numerum/a quo quotiens poteſt demptus nouenarius/vnitatem relinquit.

A

Hec propositio signum aliquod per necessarium exprimit: quo superficietenus dinoscūtur perfecti numeri. Si enim iūxeris cuiuslibet perfecti omnes notas: proferes numerū a quo demptus quotiens potest nouenarius residuam facit vnitatem. Vt octaui et vigesimi gemine sunt note 2 et 8: que simul iuncte denarium implent qui nouenarium superat vnitate. Similiter tertii perfecti 496 note sunt tres: 4 9 et 6. que simul conflant decem et nouem a quo sublato bis nouenario supereſt vnitas. Ineſt autem signum hoc cunctis perfectis tametsi non omnis cui huiusmodi signum ineſt sit perfectus.

¶ Omnes numeri pariter pares: sunt cōtinue ab vnitate proportionabiles. 26

¶ Sunt enim omnes pariter pares continue ab vnitate dupli. igitur et continue proportionabiles: et eiusdem duple proportionis.

¶ Numerorum ab vnitate proportionabilium: quicūq; locis imparib⁹ ab vnitate distant/ sunt quadrati. 27

Iordanus ¶ Hanc Iordanus in sexti libri sexta et vigesima proponit. Primus quadratus est vnitas: a qua quaternari⁹ tertio distans loco quadratus est. Similiter et decimus sext⁹ est quadrat⁹: q quinto ab vnitate (in pariter parium serie) loco distat: et ita deiceps. Quia enim impare loco: ab vnitate distāt: ideo partes habēt numero pares. cunctos scilicet pariter pares qui sub

Quadrati	Que.		Qua.		Qua		Qua.
1	2	4	8	16	32	64	128	256.

ipsis ad vnitatem vsq; relinquūtur: cum ipsa vnitate que omnium pars est numerorum.

¶ Omnis autem numerus cuius partes sunt numero pares: est quadratus. Omnes itaq; pariter pares impare loco ab vnitate semoti: sunt quadrati: eorūq; latera sunt numeri inter ipsos et vnitatē in eadem proportione medii: ab ipsis quadratis et vnitate equidistantes.

¶ Vnde fit vt alternatim pariter pares omnes sint quadrati: quaternario aut senario desinentes. 28

¶ Hec constat ex precedentibus. Sunt enim hi quadrati perfectorum numerorū radices: qui sumpti cum prioribus vsq; ad vnitatē gignūt numeros primos: septenario aut vnitate desinentes. Itaq; perfectus omnis numerus cum quadratus esse nequeat: quadrata tamē radice vniuersus profertur atq; elicitur.

¶ Omnes duo et duo impares quēlibet numerum parem senario diuisibilem circunstantes: aut ambo aut eorum alter sunt primi. 29

De numeris primis ¶ Senarius primus perfectus numerus: radix est prima habundantiū et superfluorū numerorū ¶ Finis enim vniuersi multiplices: sunt habundātes atq; superflui. quos qui proxime circunstant impares aut ambo sunt primi aut eorū alter primus. Circunstant enim senariū quinq; et septem: ambo incompositi et primi. Dodecadē circunsepiunt 11 et 13: ambo iterū primi. Octauūdecimū numerū obsident 17 et 19 rursum ambo primi. Quartus autem et vigesimus 23 et 25 obsidetur. quorum minor tantum primus maior vero compositus est: Nam quinarii quadratus. Et hanc in cunctis seriem immutabilem comperies.

Numeri primi	5	11	17	23		41	47	53	59		71	83	89	
Senari multi.	6	12	18	24	36	42	45	54	60	69	72	78	84	90
Primi	7	13	19		37	43			61	67	73	79		91

¶ Omnis quoq; numerus primus est hoc pacto aliquis imparium: numerū parem senario diuisibilem proxime circunstantium. 20

¶ Hec est cōuersa precedētis. Hi enī soli sunt primi et incōpositi: qui lineā circūstāt senarii. idest qui senarii multiplicibus: sunt proxime aut maiores aut minores. ¶ Vnde fit vt duo quilibet numeri primi solo differentes binario: simul iuncti efficiāt numerū habundantē senarii multiplicē. Vt 5 et 7 simul dodecadē implent: et habundātē et senarii multiplicē.

Illatio ¶ Omnes numeri primi: his quattuor imparibus. 1. 3. 7. 9. finiuntur.

¶ Omnis enim impar numerus: impare finitur. Nam par est: quicunq; in parē desinit. Omnis autē q in quinariū desinit: impar est cōpositus eodē quinario numerabilis. Ois igit nūerus prim⁹: aut vnitate aut ternario aut septenario aut nouenario finitur. Sunt enim imparium numerorum note tantum quinq; 1 3 5 7 9. 61

¶ Quēcunq; numerum parē ternarius metitur: eundem numerat et senarius. Et omnes huiusmodi numeri (preter senarium) sunt habūdantes. 62

¶ Ternarius imprimis senarium metitur: primũ perfectũ/suiq; duplũ, qui et senarius: seipsum numerat vnitate. Oēs autē pares quos metitur ternarius: sũt senarii multiplices/diuisibiles senario: qui et vniuersi, sunt habūdātes. Nā pfecti numeri/oīs multiplex: est habūdās.

33 ¶ Perfecti numeri/vt diminutorum et habundantium medii: ex diminutis et proximis habundantium circunstantiis nascuntur.

¶ Perfectus numerus/aliquo pacto medius est: inter insufficientes et habundātes numeros Sicut enī omne mediũ/ab extremis pfertur: ita et perfect⁹ nūerus tanq; medi⁹/oritur ex diminutis: et his qui senarii habūdantes proxime circunstant/idest ex pariter paribus et numeris imparibus primis.

34 Rursum perfecti numeri: perpulchre tantum ex diminutis/sed extremis: maxime inq; et minime diminutis nascuntur.

¶ Nā pariter par/numerus est minime diminutus. Sola quippe vnitate diminutus est: et a perfectione deficiens. Numerus autē primus: sũme est diminut⁹. vt qui sola vnitate/ad pfectionē assurgit. Nascitur autē perfectus: ex pariter pare/in numerum primum. Sunt igitur ipsius perfecti numeri/dissimillime radices: que in diminutorum numerorum specie/extreme dicuntur. Nam maxime et minime diminute.

¶ Omnis numerus/quē ternarius metitur: est et ternario insignis.

35 ¶ Numerus ternario insignis/signatusq; dicitur: cuius omnes note simul iuncte: numerum efficiunt ternario diuisibilē. Hoc enim pacto omnis ternario numerabilis numerus: haūdquaq; ternarii legē immutat/aut excedit ternarii finibus. Sed velut ternario expressē et ab eo immutabilis in quātācunq; se summā fundāt/in suis tamen notis ternarii formā seruat: reditq; in ternarium. ¶ Vt dodecadis note sunt 1 et 2: que simul ternariū implent. Note vero pentadecadis sunt 1 et 5: que simul senarium/ternarii multiplicem gignunt.

Pulchra et admiranda ternarii pro prietas

¶ Omnis item numerus ternario insignis: est et eodem numerabilis.

39 ¶ Hec est precedētis conuersa. Qz si alicuius note simul iuncte: aut ternarium/aut ternarii multiplicem fecerint: oportere eundem/illico et ternariā habere partem.

¶ Continue omnium numerorum ternario diuisibilium: omnes note simul

37 iuncte/dempto quotiens potest ab eis nouenario: residuos faciunt hos numeros: tria/sex/nouem.

¶ Hec liquet ex subiecta figura.

	3		9	3	6	9	3	6	9	3	6	9	3	6	9	3	6	9
1	3	6	9	12	15	18	21	24	27	30	33	36	39	42	45	48	51	54
	tres			tres			tres			tres			tres			tres		

38 ¶ In cunctis numeris tantum sunt tria signata: vnum tria/nouem.

¶ Vnitas est omniū pars numerorū. cuiusuis aūt nūeri: oēs note simul sūpte: referūt vnitatē/id est nūerū vnitate partibilē. ¶ Ternari⁹ et ipse quorū est pars/eorū iuncte in vnū figure ternariū exprimūt: gignūtq; (vt dixim⁹) nūerū partibile ternario. ¶ Nouenarius quoq; simpliciū numerorū suprem⁹: et ipse vnitatē ac ternariū imitat. Oibus enī numeris quos numerat/sua impressit vestigia. Eorū quippe note simul sūpte: aut nouenariū faciūt/aut nouenarii multiplicē. Vt decimioctaui figure sunt 1 et 8: q simul nouenarium gignūt. ¶ Et dūtaxat: hec tria/in nūeris/reperiūtur figurata: q et abnuice trinitate/trinaue ꝓportione distāt. Nā ternari⁹/ter vnitatē: Nouenari⁹ vero/ternariū: ternario multiplicat. Et ex hac nūerorū insigni/signataue trinitate: complura sciu digniſſima/vi assurrectionis elici possunt.



Tantū tria in numeris signata

39 ¶ Omnes perfecti numeri: duobus primis perfectis numeris senario et octauo supra vigesimum: finiuntur.

¶ Senarius et viginti octo: primi sunt et simplicissimi perfectorū. in quos alternatim/perfecti redeunt: vniuersi. Omnes enim perfecti: nascuntur ducti 4 in 7/aut 16 in 8. pro figuris vltimis. Gignit autem 4 in 7/28. At vnitas in 6. senarium profert.

¶Nullus perfectus numerus/in tot figuris consistit: quotus est minor imparium primorum/numerum parem senario diuisibilem/ circunstantium. 40

¶Hec propositio docet/que numerorũ sedes sint perfecto numero vacue/atq; destitute. Quia enim senarium/ circunstant duo primi impares 5 er 7/quorũ quinari⁹ minor est:ideo in quinq; figuris/perfectus reperitur nullus.estq; quinta numerorum sedes:que a decẽ millibus:ad centena sese extendit millia:perfecto orbata/ac vacua numero. ¶Identidẽ et vndecima sedes et decima septima:et vigesima nona.he enim sedes/denominantur a minoribus imparium primorũ:senarii multiplices circunstantium. ¶Est autem hec propositio intelligenda/duntaxatin prima perfectorũ numerorũ reuolutione:que octo et viginti perfectos numeros claudit.Nam vigesimus nonus perfectus:quinq; et triginta figuris cõstat. Numerus autem trigesimus quintus:licet sit impar/ vnitate minor senarii multiplice scilicet sexto et trigesimo:incompositus tamen et primus non est.Numeratur enim quinario et septenario.Atq; ideo vbi primũ sese offert:occurritq; minor imparium senarii multiplicẽ circũstantiũ/non primus:variantur et perfectorum numerorũ sedes.¶Post primã quippe reuolutionẽ/he sedes que continue perfectis carent numeris:denominãtur a paribus numeris/vno minoribus/his imparib⁹:qui sunt minores/ duorũ quorũcunq;:senarii multiplices circunstantiũ.¶Nã nona et vigesima sedes:vltima est prime reuolutionis/in qua stat perfectus nullus. Est enim 29 numerus primus:vno minor 30 senarii multiplice.Succedit autem illi proxima sedes/perfectum ferens nullũ:quarta et trigesima.Nullus enim reperitur perfectus:cõstans quattuor et triginta figuris. Est aũt 34 numerus par: vnitate trigesimo quinto minor. Post vero quartã ac trigesimã sedẽ: quadragesima numerorũ regio/ ac sedes:rursum perfecto numero/inanis est et vacua.Quadragesime succedit sexta et quadragesima:perfecto deserta numero.Et ita deinceps procede: per senarias distantias/ vsq; ad secunde reuolutionis finem.¶In tertia nãq; reuolutione/rursum minuere debes vnitatem ad eliciendas eas sedes/que perfectis numeris carent.Nam vt in prima reuolutione/ad vacantes pfecto numero sedes promendas:sumere debes numeros/ cõtinue vnitate minores continuis senarii multiplicibus: ita et in secundo ordine/sumendi sunt numeri continue senarii multiplicibus binario minores.¶In tertio vero ordine/ tertiaue reuolutione:eorũdẽ perfectorũ numerorum sedes/perfectis numeris carẽtes:ab his denominãtur numeris/ qui iisdem senarii multiplicibus sunt ternario minores. ¶Et ita deinceps:primariũ sediũ denominationes/vnitate minuendo.Cõstãt enim perfectorum reuolutiones numerorũ/octo et viginti perfectis:ad secundi perfecti octaui et vigesimi numerum.¶In omni autẽ reuolutione/idest in octo et viginti perfectorum spacio:quinq; sunt sedes perfecto numero/ carentes/ que continue senariis distantiis abinuicem dispescuntur. Prioris tamen reuolutionis vltima sedes/perfecto carens numero:a proxime reuolutionis/ sede prima pfecto idẽtidem carẽte numero: solo distat quinario. Prime aũt reuolutionis numeri:denominantes sedes perfectis orbatas/sunt.5/11/17/23/29/Secũde reuolutionis numeri:sunt 34/40.46/52/58.Tertie vero 63/69/75/81/89/Et hec omnia liquidius ex subiecta pandũtur figura.

Prime reuolutionis numeri	6	6	6	6	
sediũ pfectis carẽtium	5	11	17	23	29
			(5)		
Secunde	34	40	46	52	58
			(5)		
Tertie	63	69	75	81	89
	6	6	6	6	

¶Posita vnitate/vt primo perfecto nũero(que reuera et ipsa/ omnẽ pfectionis rationẽ subit) fiet cõtinue in naturali perfectorũ numerorũ serie:ab ipsa vnitate/sexto quoq; loco:capitaliũ notarũ/atq; figurarũ ivnitates reuolutio. 41

¶Statue vnitatem/vt primũ perfectum numerum.Nam et in omni ferme numerorũ specie:primatum obtinet vnitas/censeturq; prima.Sextus ab vnitate/perfectus numerus hic est 130816.cui⁹ capitalis figura/ac nota vnitas est. Rursũ ab hoc sext⁹/iste ẽ 1374386913 28 cuius iterum caput/precipuusq; caracter est vnitas. Et ita in cunctis/sexto quoq; loco distantibus/eueniet.

44 ¶A ſeptimo perfecto numero/per ſenas item diſtãtias: ternarius cunctorũ perfectorum/eſt caput.

¶Hec vt et precedentes: ex perfectorum numerorum tabula euadit manifeſta. Septimus enim perfectus numerus/eſt hic:33 55 0336.cuius ternarius eſt caput/capitaliſue nota. Ab hoc vero ſextus eſt 34359738367:cuius iterum ternarius/faſtigium obtinet.Et ita in ceteris/ſexto quoq; loco reperies.

43 ¶A ſecundo pfecto numero/continue oẽs perfecti:tot habent partes/quoti ſunt a quinario numeri impares:ſeſe quaternario tranſilientes.

¶Primus perfectus numerus ſenarius partes habet tantum tres.1.3.2.ſecundus 28 partes habet quinq;.1.2.4.7.14.Ab hoc vero ſecundo:ceteri omnes tot habent partes/quoti ſũt numeri impares a quinario:tranſilientes ſe quaternario.Nam tertius perfectus 4 96: partes habet nouem 1.2.4.8.16.31.63.124.248.Quartus partes habet tredecim:quitus decem et ſeptem/et hoc pacto deinceps.

44 ¶Perfectorũ numerorum/ qui in ſenariũ deſinunt: ab eorum tertio qui eſt 130816:ſecunde a dextris/in ſiniſtrum figure ſunt continue quinq; primi impares 1.3.5.7.9.

Eorundem rurſus quorum penultime/ſiue ſecunde a dextris note ſunt vnitates:eorũ et vltime/ ſiue capitales ſunt vnitates.ſed minime econuerſo. Et quibus rurſum ternarius/eſt ſecunda nota:iiſdẽ ternarius eſt caput/ſed non conuertitur.

Eorum autẽ perfectorum/qui in octonarium deſinunt:ab eorum tertio/omnes tertie a dextris in ſiniſtrum note:in tres primos impares 1.3.et 5 cõtinue redeunt:hoc ordine 1.5.3.5.1 deinde iterum 1.5.3.5.1.

¶He propoſitiones/ex perfectorum numerorum tabula/oculis ſubdita liquent.dici autem poſſunt cuncti perfecti numeri:qui ſenario finiuntur/maſculi.qui vero in octonariũ deſinũt feminini.Senarius enĩ numerus/potior eſt octonario:et ad octonariũ vt maſculus quidam Ex ſenario autem et octonario perfectorum numerorũ finibus/vltimiſq; notis:conſtat quã teſſeredecadẽ vocam9/ ſecũdi perfecti medietatem:cuius anagogẽ ad preſens relinquim9. Nũeri perfecti quidã maſculiqui dãfeminini

45 ¶Omnis perfectus numerus:in ſua ſede/eſt vnicus et ſolus.

¶Hec eſt merito gutture aeneo ſerenaq; fronte/pronuncianda:que perfectis numeris regium vendicat honorem. ſummo illos imperii faſtigio/ conſidere predicat: cũctiſue preſtantiores numeris oſtendit. ¶Quanto etenim quippiã rarius:minuſue protritum fuerit:tanto illud honorabilius/melius/ac preſtantius cenſemus.Rariſſimi autẽ ſunt inter numeros/perfecti.Ois item perfectus:in ſua ſede eſt vnicus/ac ſolus/imultiplicabilis/ impatiens conſortis et coheredis.vt qui ſui preſentia:regionẽ propriã/ac ſedẽ:implet/occupatue totã. Et ſicut vnicus eſt in orbe ſol ac fons lucis tãtũ vn9:ita et queuis numerorũ vnitas/ac ſedes:tantũ vno honoratur perfecto.Nulla autem ſedes duorũ eſt capax.Sed et pleraſq;vt iam docuim9regiones/ mãſiões/ac ſedes/regiũ illud pfectionis faſtigiũ repudiat:atq; dedignat.Itaq; intervnum atq; decem prima regione/ verſat ſenari9.Secundã regionẽac ſedẽ: a denis/ ad cẽtenos:octauus et vigeſimus implet. Regionẽ tertiam/q̃ a centenis ad millia diſtenditur:poſſidet 496.Quar- Sũma perfectorũ numerorũ dignitas



tam regionē/a millibus ad dena millia:occupat 8128.Quintā a denis millibus: ad millia centena:possidet occupatue nullus. Et hec regio prima deserta est et perfectionis culmine vacua atq; desolata. ¶Vnde fit vt omnis perfectus/numerus proxime minorem perfectū: suarum notarum et figurarū numero transiliat/ ac vincat. Nam si duorū perfectorū essent numero equales figure:hi essent et regionis ac mansionis eiusdem. 46

¶Perfectionis perfectorum numerorum/trinā licet afferre causam: Equalitatem/Dissimilitudinem et Solitudinem.

¶Equalitas in perfectis numeris:est attendenda in totis ipsis et eoꝝ partibꝰ.Ipsi enī toti: cunctis suis simul sumptis partibus/probantur equales. ¶Dissimilitudo autem: in eorum radicibus/est expetenda.Oriuntur enim dissimillimis/extremis et q̄maxime etherogeneis radicibus/vt prius ostēdimus.scilicet pariter pare/minime diminuto:et numero impare primo/maxime diminuto. ¶Porro solitudo est:qua perfecti numeri in suis sedibꝰ et locis/soli et vnici esse dicuntur. Tria igitur est/numerorū perfectorum perfectio: Equalitas/dissimilitudo solitudo. Est enim equalitas/perfectio quedā.Partium quoq; dissimilitudo/quedā est pfectio.quādoquidē etherogenea q̄q; et dissimiliū partiū entia:homogeneis et indifferentibus/perfectioraet prestantiora censentur.Solitudo item quedā est perfectio:perinde atq; et vnitas. Est enī entis in sua sede et regione solitudo:vnitatis ipsius/singularitatis/amplissime virtutis/dominationis sese propagantis:et regie cuiusdam plenitudinis/atq; dignitatis signum. 47

Tria perfectorum numerorū perfectio

Omnis numerus perfectus/preter senarium:est impariter par.

¶Senarius primus perfectus:est pariter impar.Ceteri autem cūcti perfecti/sunt impariter pares.Nam pariter pares esse nequeunt:cum omnis pariter par/sit diminutus. Et cū prodeant vniuersi ex pariter paris in imparem ductu: necesse est eorum medietates non esse impares.Sunt igitur preter senarium vniuersi perfecti impariter pares.

¶Cuiuslibet perfecti numeri/omnes submultiplices:sunt diminuti. Omnes vero eius multiplices:habundantes. 48

¶Hanc Iordanus in septimo libro/quinquagesima quinta et quinquagesima sexta proponit. Residet enim hoc pacto perfectus numerus/in extremorū medio et equalitate:vltro citroq;/equidistans a diminutis et a superfluis. Omnis enī perfecti numeri pars: est diminuta.Omne vero eius multiplex et totum: habundās est atq; superfluum.Quicquid itē partiū subest perfecto:est imperfectū atq; insufficiens.Quicquid vero eidē superstat:excedit sese/atq; transcendit.

Submultiplex	Equale	Multi.
Diminutus	Perfectꝰ	Habū.
(14)	(28)	(56)



¶Cuiuslibet perfecti numeri medietas/intantum a perfectione deficit: quātus est pariter par aggregatorū maximus/totius perfecti radix. Eius autē duplū/tāto perfectionem exuperat/et habundat:quantum est eiusdem pariter paris duplū. 49

¶Senarii primi perfecti medietas/ternarius est:quē constat esse diminutū.Nā et primꝰ est et pars eius sola vnitas.Deficit igitur ternariꝰ a perfectione/binario:qui est numerus pariter par/aggregatorū maximus:senarii radix:quē senariū/ductus in ternariū binarius profert.Senarii autem duplus/duodenarius est/habundans.cuius oēs partes sunt 1.2.3.4.6. que simul sumpte/sextū decimū efficiunt. Habundat igitur duodenarius:quaternario/binarii duplo. ¶Sume rursum secundū perfectum 28:cuius medietas.14/quaternario est diminuta/imperfecta et a perfectione deficiens. Eius enim partes.1.2.7.simul:denariū conflāt quē decimus quartus quaternario transcendit/octaui et vigesimi radice. Octaui autē et vigesimi duplū/est 56:cuius omnes partes sunt 1.2.4.7.8.14.et 28.quibꝰ simul sumptis/fit numerus 64:qui 56.transcendit octonario/quaternarii duplo. ¶Et ita in cūctis perfectis euenire cōprobabis:dupli ipsorū habū dātiā/ad medietatis eorūdē perfectorū insufficientiā/atq; defectum:esse duplā.Semper enim medietatis ipsiꝰ perfecti numeri/a pfectione et equalitate defectus/erit pariter par aggregatorum maximus/totius perfecti radix.

3 6 12
1 3 6
1 2 4
1 3
2
1
1 6 16
2 0 4

Habundātia ad defectū dupla.

50 ¶ Vnde fit vt dupli cuiusuis ꝑfecti numeri habūdatia defectum medietatis ipsius sit dupla.

Du. Ha.	To. Per.	Me. Di.	Du. Ha.	To. pfect⁹	Me. Di.
56	28	14	992	496	248
28	4	7	496	248	124
14	7	2	248	124	62
8	4	1	124	62	31
7	2		63	31	8
4	1		32	16	4
2			31	8	2
1			16	4	1
			8	2	
			4	1	
			2		
			1		11
64	28	10	1024	496	232
8	0	4	32	00	16
Habūdātia ad defectū dupla			Habūdātia ad defectū dupla		

Summe habundantie atq; defect⁹

Quarta ꝑfectionis ꝑfectorū nūerorū causa

¶ Hec illatio/ ex precedente est manifesta. Et ex his manifestum est/ esse et aliā quartā ꝑfectionis perfectorū numerorū causam. medietatē inquā consistentie & loci: que est perfectio ethice/ moralisq; virtutis. ¶ Omnis eni moralis virt⁹: medio inter plus/ atq; min⁹ stat loco. et in mediocritate/ extremorū viciorū cōsistit: arcens ac vetans/ tā id quod habundat/ q̄ quod deficiens et imperfectū est. Statuit quippe animū in temporaliū bonorū equalitate/ cōtinetq; illūi medio. ¶ Hoc quoq; pacto ꝑfectus omnis numerus/ sibiipsi equalis: nusq̄ a medio digredit/ seq; totū ex equo restituit. Nec plus/ aut minus seipso gignit: Nec sibi subsidet/ Nec sese exuperat/ atq; transcendit: Seipso demū neq; maior est neq; minor. Qui aūt illū circūstant extremi: eius inq̄ submultiplices: atq; multiplices cōtinuo adieq̄litatē labūt̄ suntq; sibipsis dispares/ atq; ieq̄les: seipsis aut maiores/ aut minores. Aut eni minore aut ampliore partiū fenore/ atq; prouentu: i sese redeūt/ seq; restituunt.

51 ¶ Nullus pariter par: est senario diuisibilis.

¶ Nam nnmerus omnis/ quē senarius perfectorū primus metitur: est habūdans. Omnis autem pariter par/ est diminutus. Nullum igitur pariter parem/ senarius metitur.

52 Continue pariter parium/ quilibet duo et duo proximi simul iuncti: numerum habūdantē senarii multiplicem/ aut ipsum senarium gignunt.

¶ Duo primi pariter pares sunt 2 et 4/ qui simul gignunt senarium. Quattuor vero et octo gignūt dodecadē/ senarii multiplicē. Et ita quotiēs duos quosuis pariter pares/ ꝓximos & attiguos iūxeris: surget inde aut senari⁹/ aut senarii multiplex/ quē cōstat esse habūdtē. Ex cōtinua aūt pariter pariū serie: cōtinuis duob⁹ et duobus proximis simul iunctis/ surgunt a senario continui senarii multiplices.



Conti nui pari ter pares

Sen arii multi pli ces

2 6 4 12 8 24 16 48 32 96 64 128 344 256

53 Dispositis continue ab vnitate/ senario et senarii multiplicibus/ iisq; continue simul iunctis: oriuntur omnes numeri primi/ vnitate senarii multiplicibus maiores: iisq; rursum continue simul additis/ surgunt continui cubi.

¶ Ex senario et vnitate/ fit septenarius incomposit⁹ et primus. Vnū/ sex/ duodecim: faciunt decē et nouē/ numerū primū. 1.6.12/24/ gignunt quadragita tria: qui est et numer⁹ prim⁹. Et ita in vniuersa senarii multipliciū serie perge. Pri⁹ enim positū est numeros primos: esse vnitate senarii multiplicibus/ aut minores aut maiores. ¶ Rursum iunge numeros primos genitos ex coaceruatione senarii multipliciū: et cōtinuos proferes cubos. Vnitas eni primus est cub⁹. Octo secundus: quē vnū et septē duo primi/ cōflāt. Porro tres primi 1.7.19. simul: 27 reddunt/ tertiū cubum. Et ita in ceteris procedēs: nusq̄ numerū offēdes/ nō cubū.

Senarii multiplices	1	6	12	18	24	30	36	42
Numeri primi ex eis facti	1	7	19	37	61	91	127	169
Cubi ex numeris primis	1	8	27	64	125	216	343	512

54 ¶ Vnde fit vt continui cubi: aut sint senarii multiplices: aut ab eis sit residui continue hi quinq; numeri senario minores. 1.2.3.4.5.

¶ Constāt enim cōtinui cubi: ex numeris primis qui continuos senarii multiplices: vnitate superāt. Vt primus cubus/ vnitas est. Secūd⁹ 8: cōstans vnitate et septenario. septenari⁹ vero cū senariū vnitate superet: secundus cubus octo/ eundē senariū binario trāscēdit. Terti⁹

vero cubus 27/ſuper ſenarii multiplicē 24/tres addit vnitates. Quartus cubus/ſexaginta quattuor/ſuper 60: quattuor addit vnitates. Quintus cubus 125: ſenarii multiplice 120: quinario maior probatur. Sextus deniq; cubus 216/ſenarii multiplex eſt/diuiſuſq; ſenario/nichil relinquit. Septimus rurſum cubus: ſuper ſenarii multiplicem: addit vnitatem. Octauꝰ/binarium: Ternariū: nonus/ Decimus/quattuor: Vndecimus/quiq;. Duodecimus iterum/nichil. Eſt enim ſenarii multiplex. Et eodēmodo hec ſeries/in īmenſum pergit. A primo enī cubo/dempto quotiens poteſt ſenario: relinquitur vnitas. A ſecundo cubo/duo relinquuntur. A tertio/tria: A quarto/quattuor. A quinto quinq;/ A ſexto nichil. A ſeptimo/rurſum vnum: et ita deinceps.

Cubi	1	8	27	64	125	216	343
Senarii multiplices	0	6	24	60	120	216	342
Reſidui	1	2	3	4	5	0	1

¶A quolibet cubo/dēpto quotiēs poteſt ſenario: aut id quod relinquitur/latus eſt cubi: aut additus ei ſenarius/aut ſenarii multiplex: latꝰ gignit cubi. Si autem nichil ex diuiſione ſuperat: aut ſenariꝰ/aut eius multiplex erit cubi latus. 55

¶Ab vnitate primo cubo/nulla facta ſenarii ſubſtractiōe: ſupereſt vnitas/q̄ eſt et latꝰ vnitatis. Ab octonario ſecundo cubo/demptus ſemel ſenarius/reſiduū facit binarium/octonarii cubi latus. Tertius cubus 27 ſenario diuiſus: ternarium ſuum latus relinquit. Quartus 64: quaternarium ſuum latus. Quintꝰ 125: quinarium. Sextus 216: nichil. Eius enim latꝰ eſt/ipſemet ſenarius. ¶Poſt ſextum autem cubum/ad duodecimū vſq; cubū: reſiduis/numeris/additus ſemel ſenarius: latera cuborum profert. A duodecimo cubo/ad decimū octauum: reſiduis (ſenaria diuiſione) numeris/bis/ eſt addendus ſenarius/ad elicienda cuborū latera. A decimo octauo cubo vſq; ad quartum et vigeſimum: ter ſenarius eſt addendus. Et ita continue perge/ſecundum ſeries et ſenarias cuborum reuolutiones: vno pluries/ad reſiduos numeros ſenariū addendo. Et ex hac ꝓpoſitione poterit elici/ ꝓpoſiti cubi radix.

¶Cōtinue cuborum omniū note/atq; figure ſimul iuncte: dempto quotiēs poteſt/nouenario: aut duos primos cubos vnū et octo relinquūt/aut nichil. 56

pulchra cuborum proprietas

¶In hec tria: vnū octo nichil: cubi omnes redeunt/atq; reuoluuntur. Iunctis enim cōtinue cuborum omnium figuris: dempto quotiens poteſt ab eis nouenario/continue ſuperabūt vnū/octo/nichil. Primꝰ enī cubꝰ vnitas eſt. Secūdꝰ octo. Tertius 27: cuiꝰ ambe note ſimul nouenarium conflant. Quartus cubus 64/geminis conſtat figuris. quibus iunctis/fit denarius: a quo nouem ſublati/relinquunt vnitatē. Quinti cubi 127/note ſimul ſumpte: octonarium gignunt. Sexti/cubi 216 figure tres ſimul ſumpte nouenarium conflant. Et ita in vniuerſa cuborum ſerie contingit. Hinc facile eſt dinoſcere: an propoſitus numerus cubus ſit/nec ne. Nam datus numerus/cubus eſſe nō poteſt: ſi ſimul ſumpte eius figure/ſubſtractioni nouenarii: alium ab his tribus/reſiduum fecerint. 1. 8. 0.

1	8	27	64	125	216	343	512	729		
1	8	0	1	0	1	8	0			

¶Omni numero ſimplici deſinit: finiturue cubus. 57

¶Numeri ſimplices & minimi: ſūt hi. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Et hi hos/omnes deſinūt cubi. Nā eorum vnuſquiſq; vltima eſt cubi/nota/atq; figura. vt et precedentis figura oſtendit.

¶Tetragoni omnes: in has tantum deſinunt notas. 1. 4. 5. 6. 9. 0. 58

¶Sex tantum ſunt quadratorum fines et vltime note 1. 4. 5. 6. 9. 0. In has quippe/vniuerſi quadrati deſinunt. Repudiant autem metas has quattuor. 2. 3. 7. 8. Nam quadratum reperias nullum: qui aliqua harum metarum limitetur. In nouem namq; quadratis/ omnem experimur quadratorum reuolutionem et finem. vt ſubditi quadrati declarant.

Nouem quadrati									
1	4	9	25	36	49	64	81	100	
Quadratoꝝ fines	1	4	5	6	9	0			

Trigoni autem omnes: habent et pro metis/ſuiſue limitibus notas ſex. 1. 3. 6. 0. 5. 8. Omnes enim trigoni: ſex his limitibus finiuntur. Repudiāt autem notas quattuor: ſcilicet. 2. 4. 7. 9.

in quas trigonus desinit nullus. Et huius quoq; rei periculum/ nouem trigoni pandunt. Nã

Nouem trigoni	1	3	6	10	15	21	28	36	45
Trigonorũ fines				1	3	6	0	5	8

post trigonos/ nouem: ceteri omnes trigoni/ in easdem notas resoluuntur. Identidem et omnes quadrati/ eosdem habent fines: quos et primi nouem quadrati

59 ¶ Multiplicationis modus promendus est: maioribꝰ numeris/ vt perfectis eliciendis; vulgato modo accommodatior.

¶ Is quo bassim vtuntur multiplicationis modus: in ingentioribus/ numeris/ confusionem facile parit. ob eas vnitates que priusq; scribantur: mente sunt reseruande. hic autem quem promemus/ illo et certior et apertior est: nullasq; menti commendat vnitates. ¶ Sit igitur numerus quicunq; vt 1 4 4: in alium quẽuis/ vt in 2 32 4: multiplicandus. Dispono ambos numeros/ per suas vnitates/ in angulo recto. cuius anguli recti vertex/ / sit hec nota (o) que in numeris nichil exprimit. ita vt hec nota o/ precedat vtriusq; numeri caput/ capitalẽ ue notam. Deinde compleo totius recti anguli/ parallollegrãmum. quem secundũ vtriusq; numeri vnitates: per rectas lineas partior/ in minores quadratos. Si enim ambo numeri fuerint (notarum suarum numero) equales: totus parallollegramus erit quadratus. Si inequales: erit altera parte longior/ pluresq; fient latere vno quadratuli q̃ alio. Diuido rursum minores mediosue quadratos per dyametros ductas a totiꝰ parallollegrãmi sinistro inferiore angulo/ ad eiusdem angulum oppositum scilicet superiorem dextrũ. hasq; dyametros protendo in vtramq; partem/ extra totum parallollegrammum/ vniꝰ minorum quadratorum spacio. ¶ Duco igitur imprimis primam vnius notã/ in primã alterius: scilicet vnũ in 2, et productũ 2: scribo in angularis ambarũ notarum quadrati/ inferiore triangulo. Deinde eandem/ sinistri numeri primam notam 1 duco in alterius/ scilicet superioris secundam vt in ternarium. Et productum tertium/ scribo rursum in angularis ambarũ notarũ quadrati/ inferiore triangulo. Rursum eãdem/ duco in tertiam vt in 2: productumq; binarium/ in angularis earum quadrati inferiore triangulo dispono. Postremo duco eandem in quartam/ vt i 4: et productum 4/ eodem modo in angularis quadrati iferiore medietate statuo. Rursum secundam sinistri numeri figuram 4/ duco in superioris primam 2: et in angularis quadrati inferiore medietate: productum 8 scribo. Eandem secundam/ duco in alterius secundam 3: et producti duodenarij ambas notas/ in angulari scribo quadrato: in superiore eius triangulo vnitatem/ in inferiore vero 2. ¶ Et ita perge multiplicans quodlibet vnius in quodlibet alterius: quoadusq; totus vnus numerus/ in totum alium ductus sit. Nam qui cunq; numerus ex vnius note/ in aliam ductu concrescit: in angulari ambarum notarũ quadrato/ est collocandus. Si iferior denario fuerit in inferiore triangulo: si denarius aut denario maior constans tamẽ simplici figura: i superiore eius triangulo. Si vero duas notas habuerit: superiorẽ in superiore triangulo: inferiorem vero/ in inferiore/ collocare debes. Hoc enim pacto nichil mente seruandum est: sed productus numerus illico scribendus.



¶ Perfecta autem multiplicatione tota: addendi sunt simul cuncti numeri/ qui inter parallellas et eqdistãtes dyametros cõtinẽtur. Et qđ ex eorũ additiõe denariũ supat: ferẽdũ ẽ ad superiores dyametros/ parallellas: et in earum interuallo/ ac spacio collocandũ: quoadusq; totam collegeris producti numeri summam. ¶ Est autem inchoanda huiusmodi additio/ ab angulo dextro inferiore: ascendendo ad oppositum angulum. Numerus quippe qui est in vltimi angularis quadrati inferiore triangulo: per se sumendus est: et statuendus pro vltima et inferiore figura/ colligende summe, vt numerus, 6,

¶ Deinde tres numeri. 6. 1. 8: qui sunt in superiorum dyametrorum spacio/ simul addendi. quibus fit 15: qui cum duabus constet figuris 1 et 5: transfero vnitatem/ ad superiorum dyametrorū spaciū: et residuam figurā 5/ scribo post priorem. 6. ¶ Rursū numeros in tertio dyametrorum spacio sitos 4. 1. 8. 2: cum vnitate/ collecta ex inferiore interuallo/ simul iūgo quibus fit 16/ cuius notam 1 transfero ad superiores dyametros. 6 autem scribo pergendo a dextris post 5. ¶ Deinde quarti spacij numeros 2. 2. 1. 8. iungo: addita eis vnitate/ ex inferiore collecta interuallo. hiq; faciunt 14: cuius notam 4 scribo post senarium/ ad eliciendā summam expetitam. vnitatē vero colloco extra parallelogrāmū/ in superiorū dyametrorū interuallo. ¶ Quinti quoq; spacij iungo numeros 3. 1. 8. addita eis vnitate: quibus surgit 13 cuius notam 1 statuo in superiore interuallo: 3 autem dispono post 4.

¶ Deniq; sexti interualli numerum vnicum 2: sumo per se/ cum vnitate collecta ex proxime inferiore spacio. et conflatum 3/ scribo post alium 3: eritq; hec petiti producti numeri/ suprema et capitalis figura. Erit enim totus productus hic 3364. ¶ Et ita in cunctis multiplicandis pergens: falleris nunq;. reperiesq; hūc multiplicationis modum/ vulgatiore modo certiorem. Atq; hac vtēs multiplicatione: quantoscunq; perfectos numeros facile/ paruoq; labore elicies.

¶ Probande multiplicationis facte: facilis quispiam et expeditus promendꝰ est modus. Vnde manifestū est si totū/ profert totū i totū: et residuū residuū/ proferre aliud totum: cuius residuum erit prioris totius residuo equum. p 9

¶ Ducatur numerus 14/ in numerum 26: sitq; productus 364. petitur probande eiusce multiplicationis/ facilis aliquis modus: an hec sine errore sit practica. Sit igitur recta linea a b: quam secet ppendicularis c d. et sit c d/ equalis a b. Iungo ambas notas numerum multiplicantis 14: que simul quinarij notulam cōplent/ quam colloco in puncto a. Iūgo pariter multiplicati numeri 26/ ambas notulas: que simul octonarium conflant. quem in puncto b/ econtra quinarium dispono. Eodem quoq; modo iungo et numeri producti 364/ omnes notas: que decimumtertium numerū gignunt a quo demptus quotiens potest nouenarius/ quaternarium facit residuum. Quaternarij igitur notulā/ sisto in puncto c. Et duco a in b/ idest quinarium in octo: qui ex se/ quadrageſimum numerum proferunt: constantem duabus figuris/ notula scilicet 4 et signo o. quibꝰ simul additis/ dempto ab eis nouenario superat tantum quaternarij notula: quam statuo in puncto d/ e regione puncti c. Quia igitur ambo numeri c et d: in eadem linea ex oppositio dispositi/ sunt similes et equales: cōitat priorem multiplicationem/ rite esse perfectam. et numerum 364: ex ductu 14 in 26/ veraciter ēe adinuētū et productum. ¶ Et eo lemmodo/ in omni multiplicatione procede. Nā si totus multiplicans/ in totum multiplicatum/ infert totum productum: ita et quod fit ex totius multiplicantis (post substrationem nouenarij) notulis/ in numerum factum/ ex totiꝰ multiplicati simul sumptis notis/ post substractionem nouenariam: equum et simile erit (dempto item quotiens potest nouenario) ei quod fit ex totius producti notis simul iunctis/ facta iterum ab iisdem omni nouenaria substractione.

¶ Nouenarij quippe (simplicium numerorū supremi substractio: nullius multiplicationis modum/ nullorumue numero rum seriem ac legem immutat. ¶ Eadem enī est lex partium simplicium et residuorum/ dempto nouenario/ q fuit seruato eode nouenario: totorū/ cōpositorū et i sua integritate manētium/ cū in omni numerorum sede et vnitatū coordinatiōe: fiat post nouenarium/ cunctorum ad sua principia/ ad similia/ ad eadem et ad vnitatem reciprocatio. ¶ In omni itaq; multiplicatione probanda: statue in linea a b/ iunctarum notularum vtriusq; multiplicantis et multiplicati (dempto nouenario quotiēs potest) residua. in linea vero c d/ siste productorum residua in puncto c residuū totius producti ex toto multiplicante in totum multiplicatum in puncto vero d/ residuum producti ex residuo in residuum/ id est ex a in b. Et si numeri

Proprietas nouenarij.

2 6
1 4
1 0 4
2 6 0
3 6 4





in linea c d ſiti/ ſint idem numerus :perfecta erit et in erronea multiplicatio. Sin vero ſint inequales: ſcito in multiplicatione te eſſe lapſum/atq; aberraſſe. ¶ Si enim totum in totum profert totum: vtiq; et ex coniunctis notulis/ poſt nouenariam ſubſtractionem: reſidua inſeiuicem ducta / totum pariter elicient: cuiꝰ nouenarie ſubſtractionis reſiduum / prioris totius(poſtſublatum nouenarium/reſiduo erit equum. ¶ Amborum enim totorum (eius ſcilicet quod profertur ex totis :et eius quod elicitur e reſiduis)erunt equa reſidua. ¶ Sit enim vt ex ductu a in b / totius in totum producatur e totum. Et ſit c/reſiduum notularū ipſius/a: poſt nouenariam ſublationem. f vero ſit reſiduum b. d autem ſit reſiduum totiꝰ c. duco e in f/reſiduū multiplicātis/in reſiduum multiplicati/ſitq; productum g. cuius reſiduum(nouenaria ab ipſius ſimul iunctis notulis/facta ſubſtratione)ſit h. dico quoniam ſi rite ꝓceſſit multiplicatio: futurū eſſe vt ābo rūtotorū et productorum c et g reſidua/ d et h ſint equalia. Et hoc in omni multiplicatione: perneceſſarium comperies.



Aliud exẽplium

¶ LIBRI PERFECTORVM NVMERORVM FINIS.
Perfecto/trinoq; deo laudes ingentes. Anno domini/1509: Ianuarij 4.

CAROLVS BOVILLVS SAMAROBRINVS SPECTATISSIMO VIRO IVDOCO CLICTHOVEO SACRE TEOLOGIE PROFESSORI.

S.



EMATHEMATICA ROSA STVDIOSISSIME VIR: HACTEnus quod norim ab hoie nemine/ quicq̃ litterarum monumentis/ ad poſteros manauit. idq; me ꝓmouit: vt et inuiſitatam et cognitu dignam figurā/ hoc tractatulo verſandam trutinandamq; ſuſceperim. Hec enim nonmodo in magnitudine: ſed et proportionabiliter in numeris reperitur. Neq; dūtaxat in hexagonorum ſpecie: ſed et in cunctis poligoniarum figuratum generibus(tam i numero q̃ in magnitudine)inuenitur diſtributa. Quotquot enim ciclis/ Geometrica Roſa per omnem figurarum ſpeciem abſoluitur: totidem vnitatibus Arithmetica Roſula/ in omni identidem figurarum ſpecie conflatur. Quinimo nec geometrica Roſa: ſine Arithmetica/ pingi et exprimi poteſt. quemadmodū neq; circulꝰ eſſe ſine cētro. neq; ſine nūero magnitudo. Hec aūt ſine illa pingibilisac ſcripti bilis eſt perinde atq; centrū deſignari poteſt ſine circulo / et nūerus eē ſine magnitudine. Attamen Geometrica/ Roſe nomen: imprimis ex roſei floris ſimilitudine ſibi vendicat. q; i exagona et vulgatiſſima roſa/ intexti ſibiinuicem vndecunq; circuli/ velut ab vno centro ꝓfecti: perpulchre roſei floſculi/ circunculteliata ſeq; prementia foliola expreſſiſſe videantur. Igitur quecunq; de vtraq; et Geometrica et Arithmetica roſa/ tractatulus hic proſequitur: tuo nomini dicata, animo ſuſcipe benuolo. V A L E

¶Caroli Bouilli Samarobrini Libellus de Mathematicis rosis ad litteratissimum virum Iudocum Clicthoueum Sacre theologie professorē.

¶Quid geometrica rosa.

GEometrica rosa: est equalium circulorum / regularis et integra sectio.

¶Equalium circulorum regularis sectio dicitur: quando eorum centra sunt in mutuis circunferentiis. Integra autem et absoluta dicitur sectio: quando a quo digressa est puncto / ad idem redit.

¶Sit circulus a / cuius centrum a. Eius circunferentiam partior in sex partes equales: ductis circa eūdem / eadem semidyametro sex circulis. b. c. d. e. f. g. quorum omnium centra / erunt in circunferentia circuli primi a. eritq; iprimis septem huiusmodi equalium circulorum / regularis sectio. Sed et erit sectio integra / atq; absoluta. Nam a puncto b cepta / ad idem punctum redit. Sex enī extremi circuli / interiorem circulum a circunuallant / circunsepiuntq; totum.



¶Propositiones

¶Gemetrica rosa: eidem medio circulo / plures alios secantes circunscribit

¶Vt in superiore rosa / sex circuli b. c. d. e. f. g / interiori circulo a circunscripti / sunt eundem et seinuicem secantes.

¶Omnis circulus: sex sibi equalibus circulis / circunscribi potest

¶Clarius intueberis / quopacto queant eidem circulo dūtaxat sex circuli / eidem equales circunscribi: si exteriores circuli sine sectione / circa medium circulum fuerint dispositi: et se inuicem et medium circulum contingentes. ¶Sit enim circulus a / cuius circunferentiam semidyametri spacio: diuido in sex arcus equales / punctis b. c. d. e. f. g. Et a centro a / duco per eadem puncta / sex rectas lineas: equales totius circuli dyametro. Deide super harum rectarum extrema: duco sex circulos / circulo medio a / equales. Clarum est quoniam hi circuli / nulla se sectiōe partientur. sed erunt et medium circulū et sese contingētes. totumq; spacium quod circunstat a circulum ambibūt Eruntq; hi septē circuli: vt geometrica rosa. Interest enī q; in rosa: extremi circuli et sese muruo et circulum mediū prementes condiuidunt / atq; intersecant. Hic autem incommicantes sunt seq; contingentes. ¶Et huius propositiōis archana doctrina / ac eleuatio mentis: mysterium promit creationis vniuersorum. que septem diebus perfecta fuit / atq; absoluta. Causam simul exprimit: cur septima dies / requietionis diuine dies est: qua factū est a deo nichil. Sex vero primi dies sint diuini totius operis tempus ac mensura.



Assurrectiomētis.



¶Vnde fit vt totius planicie / perfecta plenitudo: sit septem circulorum equalium.

¶Nam medius circulus et sex extremi: totam occupant superficiei plenitudinem: Eandem tamen plenitudinem ambit occupatue circulꝰ vnus. Ambit enim omnis circunferentia: vni

uersum ſpacium/ quod circũſtat eius cẽtrum: id eſt quattuor rectorum angulorum ſpacium.

4 ¶ In geometrica roſa: circuli oppoſiti: minime ſinu cem ſecant.

¶ Circuli in roſa oppoſiti ſunt: qui dyametro diſtant. Vt in ſuperiore figura circuli b et e c et f: d et g. Hi enim duo et duo/ contrapoſiti ſunt et incõmunicantes/ ſeq; contingũt in pũcto a/ medij circuli centro.

5 ¶ Duorum circulorum regularis interſectio: ſit ſecundum tertiam circunferentie vtriuſq; partem.

¶ In precedentis roſe figura/ circulus a et circul⁹ b: ſeſe tertia parte circunferentie ſubeunt/ atq; interſecant. Nam arcus c a g: tertia pars eſt/ circũferentie circuli b. Arcus vero c b g: tertia ps circunferentie circuli a. Et ita de ceteris dicas. Omnes enĩ equales circuli/ quorum vnius centrum eſt in circunferentia alterius: tertia parte circunferentie ſubeunt ſeſe/ atq; interſecant. Nam et recta linea/ que mutue eorũ interſectionis copulat pũcta: latus eſt trigoni yſopleuri/ vtriq; circulo inſcribẽdi: vt linea c g.



6 ¶ Geometrica roſa/ quantuncum q; per circulos augeatur: ſemper exagonam figuram ſeruat

¶ Inchoat enim omnis roſa/ diuiſione interioris/ primi et medij circuli in ſex partes equales: menſura et longitudine ſemidyametri. Inſcripto enim exagono in interiore/ medioque circulo: eiuſdem exagoni/ anguli et verticalia pũcta: extremorum circulorum fiunt centra. Seruant igitur extremi circuli (primo/ atq; interiori circulo circũſcripti) figuram eandem: quam et ſua ipſorum centra/ in interioris et medij circuli circunferentia deſignata. ¶ Producantur igitur ab a centro/ per ſex puncta b c d e f g: ſex recte/ aduſq; extremorum circulorum circunferentias. quibus circunferentiis occurrant in punctis. h. i. k. l. m. n. Manifeſtum eſt hec nouiſſima ſex puncta/ diſtare regulari exagono. quem e ductis ſex



7 lineis/ abſolue: cerneſq; quopacto gemetrica roſa exagonam (quamtuncunq; augeatur) ſeruabit figuram.

¶ Geometrica roſa: ſit per circulos equales eadem ſemidyametro communicantes.

8 ¶ Circulus a et circulus b: cõmunicant ſemidyametro a et b: Identidẽ et circulus a et circulus c. Similiter circulus b et circulus c. Et ita de ceteris dixeris.

¶ Tota eſt vnaqueq; roſa: quotquot habet in ſingulis laterib us cíclos.

¶ Eadem de roſa/ que et de poligonijs arithmeticis figuris ſunt dicenda. Arithmetica enĩ omnis poligonia/ in ſua ſpecie cenſetur tota: quotquot habet in latere vnitates. Ita et roſa/ tota eſt in ſua ſpecie: qnotquot in latere quolibet geſtat circulos. ¶ Vnicus enim et per ſe ſcriptus circulus: eſt prima roſa. ſicut et ipſa vnitas: eſt omnis prima poligonia. Q uevero ſeptem circulis conſtat: roſa ſecunda eſt. Habet enim in quouis latere ciclos duos. Eius enĩ

9 latera ſũt b c. c d. d e. e f. f g. Tertia roſa: tribus circulis/ in quolibet latere perficitur. Quarta in quouis latere/ quattuor habet ciclos: Et ita deiceps.

¶ Diſpoſitis cõtinue ab vnitate ſenario & ſenarii multiplicibus/ hiſq; ſimul iunctis: ſurgunt continue roſarum omnium numeri/ impares primi.

¶ Ex ſuperiore libro/ de numeris perfectis: conſtat omnes ſenarij multiplices/ collectos ab vnitate efficere numeros impares primos. Hi autem impares primi: ſunt continui roſarum omnium numeri. ¶ Roſa enim prima vnitas eſt/ vnuſue circulus. Roſa ſecunda: ſeptẽ conſtat ciclis. Circunſcribit enĩ prime roſe/ circulos ſex. Tertia roſa: ſecundam roſam duodecim circulis tranſcendit. Quarta/ tertie: circulos octodecim ſuperaddit. Et hocpacto pro

cede sequentem senarij multiplicem/prioribus rosis ab vnitate simul sumptis/adiiciendo.

Senarij multiplices	1	6	12	18	24	30	36
Rosarum numeri impares primi	1	7	19	37	61	91	127
	1	2	3	4	5	6	7

Roſarum numeri

Proferes enim rosarum omnium numeros. Prima namq; rosa/vnico constat circulo. Secunda septem. Tertia decem et nouem circulis. Quarta circulis septem et triginta. Et ita consequeter.

¶ Rosarū oim nūeri/tribus tm nūeris finiunt: vnitate senario ac nouenario

¶ Prima rosa 1: secunda 7/tertia 19/qui numerus nouenario finitur. Quarta 37: que in 7 redit. Quita 61/q̄ resoluit 1. Et ita deiceps: expiere cūctas rosas/desinere his tm tribus 1. 7. 9.

¶ Sumptis continue quiq; rosis: ab extremis ad mediam/earum fines erūt hoc ordine. 1. 7. 9.

¶ De rosis et rosarum numeris idem censemus iudicium. Nam rosa geometrico modo per circulos: Arithmetico vero modo per sola centra/ipsorum ue circulorum vnitates pingitur. Sumātur igit: quiq; rose siue rosarū nūeri 1. 7/19/37/61/. Harū prima et vltima finiuntur: vnitate. Secūda et quarta/septenario. Tertia a media/nouena 19. Ab extremis igitur rosis/ad rosam mediam/hic metarum est ordo 1. 7. 9. Et in ceteris idem contingit.

1	7	19	37	61	91	127	169	217	271
1	7	99	7	1	1	7	99	7	1
Quinq;		ro	se		Quinq;		ro	se	

¶ Si nuerorū rosarum oim/note simul iūgantur: dempto quoties potest ab eis nouenario/relinquentur cōtinue hi nūeri. 1. 7 et rursū. 1. 7 1 Et ita deiceps.

¶ Prime due rose sunt vnum et 7 atq; in has duas cuncte resoluuntur ac redeunt. Nam tertie rose que est 19/note simul sūpte: nouenarie substractioni/residuam faciunt vnitatem. Id et factitant/quarte rose que est 37 figure. Quinta autem rosa/que est 61: iūcta sibimet/septenarium gignit. Sexta rursum/et septima/nouenario sublato: vnitatem faciunt residuam. Octaua relinquit septenarium. Et ita consequenter.

Reuolutiones	1	7	1	1	7	1	1	7
Rose	1	7	19	37	61	91	127	169

¶ Cōtinue rosarū oim numeri/ab vnitate simul sumpti: naturales assiduosue cubos ab vnitate gignunt.

¶ Hec constat ex libro perfectorum numerorum. in quo ostendimus/quopacto cōtinui ab vnitate senarij multiplices: nūeros gignūt primos. qui rursū ab vnitate simul sūpti: naturales continuosue cubos eliciunt. Huiusmodi enim numeri primi/qui continuus senarij multiplicibus/ab vnitate procreantur. sunt rosarum numeri.

Rosarum numeri	1	7	19	37	61	91	127
Continui cubi	1	8	27	64	125	216	343

¶ Dato cuiusuis exagone rose latere/totius summam reperire

¶ Duc datum latus in seipsum: et in numerum eo proxime minorem: ipsumq; proxime minorem/duc iterum in seipsum. et ex tribus productis numeris: totius rose numerus/ac summa coalescit. Ductus enim binarius/in se: gignit quattuor. Ductus deinde in vnum/gignit duo. Vnum deniq; in vnum/profert vnum. Tres autem producti 4. 2. 1. secunde rose summam/id est 7 implent. Similiter ternarius in se/nouem profert. Idem in duo/sex elicit. duo vero in se/quattuor gignit. His autem tribus prolatis/scilicet 9. 6. 4: tertie conflatur rose/summa/cuius latus tria. Et ita ex cuncto proposito latere: q̄ facillime totius rose scrutaberis summam.

¶ Vnde manifestum est omnem rosam: ex duobus proximis quadratis et altera parte longiore/medio eorum proportionabili esse compositam.

¶ Nam ad eliciendam totius rose summa n: ducuntur proximi numeri/ambo in seipsos: et alter in alterū. Qui autem amborum in seipsos ductu nascuntur sunt proxi quadrati. qui vero alterius/in alterum ductu profertur: est al



terā parte longior/ vtriusq; quadrati medius proportionalis.

16 ¶ Cuiuslibet rose dyametrus/ mediusue numerus: est impar/ constans ex eiusdē rose latere: et numero proxime minore

¶ Cuiusuis rose dyametrus/ mediusue numerus: est linea in rosa maxima/ oppositis ei⁹ angulis distenta. in qua plures sūt circuli/ atq; vnitates: q̄ in alia quauis ei⁹ linea.

¶ Vt in secunda rosa/ que septem circulis constat: linea media/ totiusue rose dyametrus: ea est in qua tres visuntur circuli. Vt linea b a e/ aut c a f/ aut d a g. linee autē binis distente circulis/ sunt eiusdem rose latera: vt b c. c d. d e. e f. f g. g b. ¶ Tertie autem rose dyametrus/ mediusue numerus: quinq; ciclis distēditur. Quarta rosa: suam dyametrum septem circulis absoluit. Et ita deinceps.

¶ Adde etenim cuiusuis rose lateri/ numerum eo proxime minorem,: et proferes totius rose dyametrum mediumue numerum.





17 ¶ Omnis rosa constat ex medio suo numero et sui lateris duplo: et duplis eorum nūerorū/ quotquot sunt inter eius latus et mediū nūerū intercepti.

¶ Secunda rosa septem circulorū: cōstat ternario et binarij duplo/ id est quaternario. Est ei ternarius/ medius eius numerus: Binarius autem eius est latus. ¶ Tertia rosa scilicet 19 cōstat quinario/ medio suo nūero: et ternarij/ sui lateris duplo/ id est senario: duploq; quaternarij/ id est octonario. Est ei quaternarius: quinario atq; ternario interceptus. Iuncti autē 5. 6 et 8: numerum decemnouēnalem conflant. Et ita in ceteris perge.

Medi⁹ nu.
3
1 2 3
4
Lateris du

18 ¶ Continue rosarum omnium/ ab arithmeticis exagonis totis eiusdemue denominationis differētie: sunt proxime minoris denominationis quadrati.

¶ Vnitas est et rosa prima: et Arithmeticus exagon⁹ prim⁹. Rosa secunda 7: secūdū exagonum 6/ primo supat quadrato/ id est vnitate. Tertia rosa 19 tertiū exagonū 15/ quadrato secūdo: id est q̄ternario supat Quarta rosa 37: eodē pacto Exagonū quartū 28/ tertio quadrato idest: nouenario trāscēdit. Et hoc pacto in ceteris dicēdum rosis.

Medi⁹ nu.
5
3 4 19 4 3
8
6
Lateris du

Rosarum numeri	1	7	19	37	61	91	127
Arithmetici exagoni	1	6	15	28	45	66	91
Quadrate differentie	0	1	4	9	16	25	36

61 ¶ Cuilibet rose/ additus proxime minoris denominationis altera parte longior: quadratum gignit cuius latus est amborum latus.

¶ Altera parte lōgior/ vt materie et ineq̄litatis nūerus: ceteris poligoniis/ angularibusue figuris dissimilis reperit. Nā regulares poligonie: inchoant oēs ab vnitate/ suoue pricipio coherent. Est ei vnitas: in q̄libet regulariū figurarū specie/ pria. At altera pte lōgior/ vt iequalis et cunctis dissimilis: primus ab vnitate deficit/ nec suo coheret initio. Inchoat ei a binario

¶ Prim⁹ igit pte altera lōgior/ ē binari⁹. Nā tot⁹ dicit altera pte lōgior ois: quotquot i minore latere gestat/ cōtinetue vnitates. Habet aūt binari⁹/ i maiore sui latere vnitates duas: in minore vnam. Addo secūde rose/ q̄ est septē: primū altera pte longiorē binariū. q̄bus surgit nouenarius/ q̄dratus terti⁹. Deide tertie rose 19/ addo scdm altera pte lōgiorē 6: q̄b⁹ fit 25/ quitus q̄dratus. cui⁹ latus quiq;/ ē amborū lat⁹: id ē ex amborū cōstās laterib⁹ binario/ atq; ternario. Quarte quoq; rose 37/ addit⁹ 12/ terti⁹ altera pte lōgior: gignit 49/ septimū quadratum. cuius latus septē: lateribus amborum 4 et 3/ coalescit. Et idē deinceps accidit

Rosarum numeri	1	7	19	37	61	91	127
Parte altera lōgiores	0	2	6	12	20	30	42
Quadrati		9	25	49	81	121	169
Quadratorum latera		3	5	7	9	11	13

20 ¶ Cōtinue rosarū oīm latera: sūt nūeri/ q̄ nūerorū proxie minorū/ senariiue multiplicium sunt ptes: a ternario et cōtinuis ternarii multiplicib⁹ denoīate.

¶Oſtendimus prius continue roſarum numeros: eſſe vnitate ſenario/ ac ſenarij multiplicibus maiores. Omnium autem roſarum latera: ſunt continue huiuſmodi ſenarij multiplicium/roſis proxime minorū partes: denominate a ternario/ eiuſq; multiplicibus. Secunde enim roſe 7: latus eſt binarij/ qui ſenarij ē pars tertia. Tertie roſe 19/ latus/ ternarius eſt: qui proxime minoris numeri/ ſenarij multiplicis: id eſt decimioctaui ps eſt ſexta Quarte roſe 37/ latus eſt 4. qui proxime minoris numeri 36/ pars eſt nona. Quinte roſe 61/ latus eſt 5: quem numeri 60/ conſtat duodecimā eſſe partem.

¶Et ita conſequenter/ reperies ſecūdum ternarij multiplices: cuiuſlibet roſe latus/ in numero proxime minore et ſenarij multiplice ſumi. ¶Et ex hac propoſitione elici poteſt/ propoſite cuiuſuis roſe latus. dempta enim a totius roſe ſumma vnitate reſidui ſenarij multiplicis pars: aut ternario/ aut ternarij denominata multiplice: totius eſt roſe lat⁹. Vt aut tertia/ Aut ſexta: Aut nona/ Aut duodecima: Aut decimaquinta. Et ita deinceps.

Roſarum numeri	1	7	19	37	61	91	127/
Senarij multiplices	0	9	18	36	60	90	126
Roſarum latera		2	3	4	5	6	7
Partium denominationes		3	6	9	12	15	18

¶Per geometricam roſam/ liquet proportionem circuli/ ad inſcriptum ſibi exagonum: ferme eſſe vt 18 ad 15: Ad inſcriptum vero yſopleurum: vt 18 ad 7 et vnam ſecundam.

¶Fiat circulus a: roſa abſoluta/ atq; perfecta. Dicitur enim roſa perfecta: quando in ea eſt abſoluta/ omnis circulorum ſectio. Eſt autem abſoluta ſectio: quando circulus eius omnis/ in octodecim partes eſt ſectus/ atq; diuiſus. ¶Diuidatur enim circunferentia circuli a: in ſex partes equales/ ſpacio ſemydiametri: in punctis b. c. d. e. f. g. Et ab his punctis: compleatur totius circuli a/ in octodecim partes equales ſectio. Hee partes/ erunt aſpectu et curuitate diſſimiles. Quedā etenim ſunt concaue: que totius roſe folia/ nuncupentur. Relique vero conuexe ſunt: que dicantur foliorum/ aut florum interualla. Eruntq; in toto circulo a/ (vbi roſa fuerit abſoluta) duodecim folia. Sex a centro/ ad circunferentiam extēta: ſcilicet a b. a c. a d. a e. a f. et a g. Reliq̄ vero ſex/ ad circūferentiam ſcilicet b c. c d. d e. e f. f g. In eadem autem roſa erunt et ſexfoliorū intualla: ſcilicet a bc. a c d. a d e. a e f. a f g. et a g b. eritq; totus circulus a/ ſectus in octodecim partes. In duodecim folia inter ſe equalia: Et in ſex foliorum interualla/ pariter inter ſe equalia. 12



¶Vbi autem demonſtrari poſſet foliis/ equa eſſe eorum interualla: conſtaret totum circulum a/ ſectum atq; diuiſum eſſe: in 18 partes equales. et proportionem eius: ad inſcriptum ſibi exagonum: eſſe vt 18/ ad 15. Nam perficiatur exagonus/ b c d e f g. manifeſtum eſt lunulas ſex/ que inter totius circuli circunferentiam et totum exagonum relinquuntur: eſſe vt totius circuli/ tres decimaſoctauas. que vero intra exagonum ſuperant: eſſe vt eiuſdem decimaſoctauas quindecim. Demonſtrata igitur foliorum et interuallorum equalitate: eſſet circulus ad inſcriptū ſibi exagonum/ vt 18 ad 15/ id eſt ſeſquiquintus. Ad inſcriptum vero yſopleurum, vt 18/ ad 7 et vnam ſecundam.



¶Fiat enim in circulo a yſopleurus b d f. Manifeſtum eſt extra yſopleurum/ quod relinquitur: eſſe integra folia ſex. et dimidia folia identidem ſex: et dimidia interualla ſex. que ſimul ſunt vt decem decime octaue: et vnius ſecūda quod vero ſuperat et clauditur in yſopleuro: ſūt folia integra tria/ folia dimidia tria: dimidia interualla ſex. que ſimul/ ſunt vt decime octaue ſeptem: et vnius dimidia.

De ceteris roſis.

A Dſimilitudinem exagone roſe contingunt et in omni poligoniarũ figurarũ ſpecie: et arithmetico et geometrico modo roſe.

Hactenus de exagona roſa: vtroq; modo et geometrico et arithmetico ſumus locuti. Geometrica enim roſa fit per circulos: aut ſe cõtingentes aut ſecantes. Arithmetica vero fit per vnitates et ipſorum circulorum centra: de quibus: vt et de circulis: idem eſt iudicium. Nam et circulorũ et centrorum: idem eſt numerus. Nunc autem oſtendere volumus: quopacto nõ modo inter exagonos: ſed et i omni poligoniarum ſpecie: vtrouis modo et arithmetico et geometrico: contingant roſe. Nam partitione circunferentie circuli: in quotlibet partes equales complebis in vnaquaq; ſpecie: geometricã quãtãcunq; volueris roſam: cuius numerus eſt arithmetica roſa. Sit enim circuli a circunferentia: in equales partes tris diuiſa punctis c e g. ducãturq; recte a c: a e: a g. Et cẽtris c e g: earũ lõgitudine: ducãtur tres circuli. hi tres: cum medio circulo a: geometricã roſam trigonã implẽt: in ſua ſpecie ſecũdam. Habet enim in quolibet latere: circulos duos. Prima autẽ trigona roſa: eſt circulus vnus. Secunda circuli quattuor. Tertia circuli decem. Superat enim ſecundam: tertia: circulis ſex. Quo autem pacto i ſingulis ſpeciebus: contingant Roſe: ſequentibus propoſitionib9 ſum9 explanaturi.



De trigona roſa.

PIngende trigone Geometrice roſe: modum explanare.

1 Geometrica roſa: in ſpecie trigonorũ prima: eſt (vt diximꝰ) circulus vnꝰ. Secunda: circuli quattuor. que quopacto fiat: in ſuperiore propoſitione docuimus. Tertia autem eſt hoc pacto deſcribenda. Protẽdantur quãtũlibet a centro a: linee a c: a e et a g. que ſecunde roſe circulos c. e. g: ſecent in pũctis h. i. k. Puncta vero interſectionis trium circulorum c. e. g: ſint b d f. Facio pũcta h i k: circulorum equaliũ centra. Similiter et tria puncta b d f: deſcriptis circa huiuſmodi centra: equalibꝰ circulis. eritq; ex decem equis circulis: abſoluta Geometrica Roſa trigona in ſua ſpecie tertia. Et eodem modo quartã: quintã et cetteras abſolues: ſi tam extremorum circulorum ſectiones: q̃ ſectiones rectarum a c: a e et a g: fiãt poſteriorum circulorum centra.



Trigone roſe Arithmetico deſcripte modo.

Geometrica trigona Roſa: quotcunq; circulis
2 augeatur: yſopleuri trigoni ſeruabit figuram.

Ex precedenti figura: liquet tria puncta c. e. g: in circunferentia medii circuli a: trigono diſtare yſopleuro. Identidẽ et tria puncta h. i. k. que ſunt vt ſecunde roſe anguli. Et ita quãtis circulis: increſcat trigona roſa: nuſq; ab yſopleuri equalitate: ac norma deficiet.

Trigonas arithmetico modo deſcribere roſas.

3 Deſcribatur (vt prius docuimus) roſa eadem: geometrico modo: per aut ſeſe contingentes: aut ſecantes circulos. quorum centra: punctorum notulis: atq; vnitatibus deſignẽtur. Conſtat horum centrorum numerum: eſſe trigonam roſam: modo arithmetico ſuis vnitatibus explicitam: atq; deſcriptam. Erunt enim hec centra: equaliter abinuicem diſtantia: et yſopleuri trigoni: complectentur figurã. In pingenda autem arithmetico modo: trigona roſa: circuli inuiſibiles ſunt faciendi: centra autem eorum viſibilia.



Si ab vnitate: numeri poſt ternarium: ſeſe ternario tranſilientes ſimul ſumantur: ſurgent continui trigonarum roſarum numeri.
4

Prima trigona roſa vnitas eſt. Secunda quattuor: conſtans vnitate et ternario. Tertia

decem: constans vnitate: ternario et senario. Quarta 19: tertiam/ nouenario superãs. Et ita quotiens priori rose trigone/ sequentes ternarij multiplices aggregaueris: cũctas trigonas rosas elicies.

Ternarii multiplices ab vnitate	1	3	6	9	12	15	18	21	24
Trigonarum rosarum nũeri.	1	4	10	19	31	46	64	85	109

¶ Propositi trigone rose lateris: totius summa elicere inuestigãda.

¶ Duc propositum latus: in numerum eo proxime minorem. deinde vtriusuis (eius scilicet qui par fuerit) medietatem: duc in reliquũ/ id est in imparem: et productis adde vnitatẽ. Ex his enim petite totius rose/ summa consurget. Vt proposito ternario latere: duc ternarium in binarium: quo ductu/ nascitur senarius. Deinde binarii medietatem/ id est vnitatem: duc in eundem ternarium/ fitq; eo ductu ternarius. qui cum senario/ addita vnitate: denarium tertie trigone rose numerum gignit/ atq; implet. Et hoc pacto in ceteris procede.

De tetragona rosa.

Geometrica rosa tetragona/ pingenda est.

¶ Partior circulum a/ in quattuor partes equales: punctis b/ c/ d/ e. quib9 circunducto circulos quattuor: longitudine semidyametri a b. Hi enim quattuor circuli/ cum circulo primo: eandem tetragonã rosam/ geometrico modo complent. Prima namq; tetragona rosa/ est circulus vn9. Secũda circuli quiq; Tertia autem secundã/ octo circulis transcẽdit. Quarta tertiam/ circulis duodecim.

Tetragone rose Arithmetice



¶ Eadem tetragona rosa: est et arithmetico modo explananda.

¶ Describe (vt prius) geometricã tetragonam rosam. erũt enim eius centra: arithmetica tetragona rosa. quẽadmodũ superius. de trigona rosa docuimus.

¶ Si numeri ab vnitate/ post quaternariũ sese quaternario superãtes coaceruati fuerint: omnium tetragonarum rosarum/ numeros elicient.

¶ Sicut trigone rose/ constant ab vnitate/ ternarii multiplicib9; ita et tetragone/ ex multiplicibus quaternarij ab vnitate sumptis.

Quaternarij multiplices	1	4	8	12	16	20	24	28
Tetragone rose	1	5	13	25	41	61	85	113

¶ Cuiuslibet tetragone rose: dyametrus est impar.

¶ Secunda tetragona rosa: duas habet in latere vnitates. Eius vero dyametrus/ tribus est vnitatibus distẽta. Rose tertie Dyametr9: quinq; habet vnitates. Quarte septem: Quinte/ nouem. Et ita deinceps.

¶ Omnis tetragona rosa: constat ex duobus proximis quadratis.

¶ Secunda tetragona rosa 5: cõstat secundo et primo quadratis: 1 et 4. Tertia 13: secũdum & tertiũ quadratos: 4 et 9 claudit. Quarta 25: tertio et quarto quadratis/ 9 & 16 cõflata est.

Quadrati	0	1	4	9	16	25	36	49	64
Rose tetragone	1	5	13	25	41	61	85	113	

Nũer9 minor. Latus

¶ Proposito tetragone rose latere: totius summam reperire.

¶ Duc propositum latus/ in seipsum: et numerum eo proxime minorem in seipsum. Et ex productis quadratis simul iunctis totius tetragone rose summa consurget.

¶ Continue omnes tetragone rose: his numeris finiuntur. 1. 5. 3. 5. 1.

¶ Prima tetragona rosa 1: Secunda 5. Tertia 13: que ternario clauditur/ finiturq;. Quarta 25: in quinarium redit. Quinta 41: in vnum reuoluitur. Et ita deinceps.

De penthagonis rosis

Geometrica penthagona rosa est describenda.

¶ Sit circunferentia circuli a: secta in quinq; partes equales: punctis b. c. d. e/ f.

ſantq; circa eadem pũcta/longitudine ſemidyametri: quinq; circuli. Hi igitur circuli/cum circulo primo/penthagonã roſam figurant ſecundam: ſex circulis cõſtantem. Prima etenim pẽthagona roſa: vnicus eſt circul⁹. Secunda circuli ſex.



Pentagone roſe Arithmetice.





2 ¶Penthagona roſa/quantũlibet aucta: penthagonam figurã ſeruat.

¶Nam quo ſe habent ordine/quinq; puncta b. c. d. e. f. in circunferentia circuli a: eodem et circuli omnes ſecũdi et extremi ſeſe habebunt. Seruabit igit̃ penthagonalis roſa: regularis penthagoni figuram.

3 ¶Pẽthagone roſe arithmetice: ſunt figurãde.

¶Superioris roſe cẽtra/atq; vnitates: pẽthagonã arithmeticã roſam exprimũt. quẽadmodũ et de ceteris roſarũ ſpeciebus/dictum eſt. Qui enim quadratas nouerit pingere roſas: is et eadem lege/penthagonas noſſe debet.

4 ¶Continue ab vnitate/quinarius et quinarii multiplices coaceruati: penthagonas roſas gignunt.

¶Sicut trigone roſe ternarii: tetragone vero/quaternarij multiplicibus ab vnitate oriuntur: ita et penthagone/continuis quinarij multiplicib⁹ ab vnitate ſumptis. vt ſubiecta figura pandit.

Quinarii multiplices	1	5	10	15	20	25	30	35	40
Penthagone roſe	1	6	16	31	51	76	106	141	181

5 ¶Omnes penthagone roſe vnitate/aut ſenario finiuntur.

¶Prima penthagona roſa 1. Secũda 6. Tertia 16: qui ſenario finitur. Quarta 31: que in vnitatem redit. Quinta 51: rurſum vnitate finita eſt. Et ita conſequenter: reperies omnes penthagonas roſas: alternatim proximas duas/in ſenarium: et ſequentes proximas duas: in vnitatem reuolui.

	31	
16	6	9
4	3	3
4	2	3

6 ¶Dato latere/cuiuſuis penthagone roſe: totius ſummã reperire.

¶Sume numerum/propoſito latere proxime minorem. et vtrumq; duc in ſeipſum. Deinde alterum/in alterius medietatem: eũ ſcilicet qui impar fuerit/in medietatem paris. et ꝓductos numeros iunge. Hec enim erit petite penthagone roſe/ſumma. Vt propoſito quaternario latere: duco quattuor in ſe/qui gignit 16. Ternariũ quoq; proxime eo minorem/voluo in ſemet: quo nouenarius accreſcit. Poſtremo quaternarii medium hoc eſt binarium: duco in ternarium/ſurgitq; ſenarius. Iungo deniq; productos: 16. 9. et 6. qui 31 conflant/quarte penthagone roſe numerum. Et ita in ceteris faciendum.



7 ¶Vnde manifeſtum eſt omnem penthagonam roſam: eſſe compoſitã/ex duobus proximis quadratis: et trigono/cum minore quadratorum toto.

¶Nã ex ductu duorum proximorũ numerorũ in ſeipſos: gignuntur proximi quadrati duo. Ex ductu vero medietatis vni⁹ eorũ/in alterũ: naſcit̃ trigonus tot⁹ quotus eſt minor quadratorũ. Is aũt trigon⁹: cũ duob⁹ quadratis/penthagonã gignit roſam. Omniũ enim proximorũ numeroꝝ: medietas vni⁹/ducta in alterũ: trigonũ gignit. Vt quarta pẽthagona roſa eſt numerus 31: cõſtans quarto et tertio quadratis: ſcilicet 16 et 9 et ſenario tertio trigono.



¶Et de penthagona roſa hactenus.



EHexagona aũt roſa: prius ſumus locuti. q̃ ſola vera eſt et preſtantiſſima roſarũ. Nã ſex circuli equales eundẽ et equalẽ circulũ cõtingẽtes: totũ eundẽ circunſtãt/vacuũ relinquentes nullũ. ¶Que aũt roſe ſunt infra exagonã: ſcilicet trigona/tetragona et pẽthagona: imperfecte ſunt. et aliqua parte circa mediũ circulum inanes/ac vacue. Nam et tres et quattuor et quinq; tantũ circuli: pauciores ſunt/q̃ ad medii circuli ſufficiãt ambitum. ¶Que vero roſe hexagonã roſam ſequuntur. vt heptagona/octogona et cetere/ſecundũ omnium poligoniarũ ſpecies: ſunt habundantes. Nã plures q̃ ſex circuli equi: aptari nequeũt eidem circulo medio/ſine ſectione ſe inuicem contingentes. Attamen et heptagonarum et octogonarum et ceterarum quarumcunq; roſarum numeros: eadem coaceruatorum multiplicium lege elicies.







¶Ab vnitate nāq; sūpti septenarii multiplices: heptagonas gignūt rosas. Octonarij mul-

Septenarii multiplices.	1	7	14	21	28	35	42	49
Rose heptagone	1	8	22	43	71	106	148	197
Octonarii multiplices.	1	8	16	24	32	40	48	56
Octogone rose	1	9	25	49	81	121	169	225

tiplices ab vnitate/ octogonas. Et hoc pacto deinceps. ¶Vnde manifestum est heptagonas rosas post vnitatē: esse alterna supputatione assidue/ duas pares et duas impares. Octogonas vero rosas/ omnes esse assidue impares quadratos. vt liquet ex superiore figura.

¶Porro contingit et in omni rosarum specie/ perinde atq; et in cūctis arithmeticis poligonijs: erigi pyramides trigonas/ tetragonas/ penthagonas/ exagonas. et ita secundum omnem speciem. que similium/ eiusdemq; speciei rosarum coaceruatione ab vnitate/ gignuntur. Sunt enim arithmetice rose: noue quedam/ et insolite poligoniarum species: ceteris aliquo pacto veriores. q; cetere descripte per suas vnitates: centro/ mediaue vnitate careant. Omnes autem rose centrum possident/ ac mediam vnitatem: a qua inchoant/ ceteras



et extremas illi circunscribentes. Eadem quoq; lege/ in qualibet rosarum specie: confices cubos/ columnas et parallella corpora/ quecūq; ex Arithmeticis poligonijs: per singulas species surgunt/ atq; eriguntur. Sed de his hactenus.

¶Libelli mathematica
rum rosarum Finis
Anno humane sa
lutis 1509 Ia-
nuarii
o cta ua.

¶CAROLVS BOVILLVS STVDIOSISSIMO VIRO PETRO DE GORRIS DOCTORI MEDICO. S



T si Geometricum introductorium/ dudum a me emissum studiosissime vir: libellum vnum de Mathematicis corporibus contineat: hic tamen liber/ plura de iisdem corporibus differtans: altius eorum naturas perquirit. docetq; quo pacto eadem corpora struenda sint. Et presertim ex quot et quarum planarum figurarum angulis: solidi eorum anguli/ procreētur atq; consurgant. quod profecto in trinitatis numero: haud sine mysterio completur. Nam trium duntaxat primarum figurarum (Trigoni Quadrati et Pēthagoni) plani anguli/ solidum angulum procreātes: regularium corporum prouentui ac generationi adaptantur. Has ergo planorum angulorum potestates eorumue ad solidorum angulorum procreationem: naturales rationabilesue coitus: cuiuslibet item regularis corporis numeros: et alia paucula/ libellus hic discutit: quē tibi dicatum pari beniuolentia suscipe: qua te prosequimur. VALE.

¶Caroli Bouilli ſamarobrini Liber de mathematicis corporibus: Ad ſtudioſiſſimum virum/Petrum de gorris medicine doctorem.

Quid regulare corpus.



Regulare corpus: eſt quod vndiq; equis/ac ſimilibus ſuperficiebus/baſibuſue clauditur.

¶Hec diffinitio de regulari corpore angulari/ eſt intelligenda. Nā ſphera/regulare quidem eſt et vniforme corpus: vnica tamen illā ambit/ clauditue ſuperficies. Angulare autem corpus: pluribus ambitur et continetur baſibus. perinde atq; plana/angularis figura/lineis pluribus. Circulus autem/tantum linea vna clauditur. ¶Sicut enim plana figura/ primaue angularis ſuperficies/ tribus excepta eſt lineis: ita et neceſſe eſt angulare corpus primū/quattuor eſſe diſtētum ſuperficiebus. ¶Et quēadmodum due tantum recte linee/ ſuperficiem claudunt nullā: angulum tamen planū/cōficiūt: ita & tres tantum plane ſuperficies/angulare corpus efficiunt nullum: gignunt tamen ſolidum angulum/angularis corporis initium. Id igitur angulare corpus: regulare/ vniformeq; cenſem⁹: cuius baſes cuncte/ et equales et ſimiles ſunt. vt aut omnes trigone/aut omnes quadrate: aut vniuerſe penthagone. Ex oppoſito autem irregulare corp⁹ cuius aut inequales: aut diſſimiles fuerint baſes.





Propoſitiones

1 ¶Angulare vniforme corpus/ eſt equiangulum.

¶Sicut plane regulares figure/ ſunt equilatere et equiangule/ita et ſolide vniformes atq; regulares figure ſūt et equalium baſiū et equaliū angulorum. Quod enim eſt latus/in planis: hoc in ſolidis baſis appellatur. Et quod in planis/ eſt planus angulus: hoc idem in ſolidis/ ſolidus angulus eſſe comprobatur. Et ſicut planarum regularium figurarum ſpecies/ ex planorum angulorum differentia colliguntur/non autem ex varietate ac differentia laterum: ita et ſolidarum regularium figurarum ſpecies/ haud ex ſuarum baſium ac ſuperficierum differētia variantur. ſed ex ſolidorum angulorū varietate/ plures eſſe colliguntur. Quia enim ſunt tantum quinq; ſpecies ſolidorum angulorum: ideo ſunt et tantum quinq; ſpecies/ regularium corporum.

2 ¶Tantum e tribus planis angularibus figuris trigono/tetragono atq; pēthagono: regularia conſurgunt gignunturue corpora.

¶E cūctis planis angularibus figuris: tres tātum prime/ ſimpliciſſime et preciſpue: Trigonus/ Tetragonus et Penthagonus/ regularia corpora gignunt. Hec enim ſola trinitas: eſt regularium corporū genitrix/ atq; fecunda. Cetera vero omnis poligonia/ poſt pēthagonū eſt regularium corporū ſterilis/ atq; infecunda. vt in ſequentibus propoſitionib⁹/oſtēdem⁹. Trinitas fecunda

3 ¶Si ſuper eiuſdem yſopleuri latera/ tres fiāt yſopleuri eidem equales: erūt duo et duo proximi/ duorum rectorum angulorum ſeu trium yſopleurorū prepoſtere iacentium ſpacio abinuicem diſtantes.

¶Sit yſopleurus triangulus a b c: ſuper cuius latera fiant tres alii yſopleuri eidem equales a.d.b: b.e.c: et c f a. Liquet proximos yſopleuros/ a d b et b e c: diſtare abinuicem/ duorum rectorum angulorum ſpacio. Amborum enim latera d b et b e: ſunt vnica recta linea. Similiter et b e c et c f a: diſtāt recta linea e c f/ que amborum lateribus conflata eſt. Ceteri quoq; yſopleuri/ c f a et a d b: duorum rectorum diſtant ſpacio/ per lineam f a d/ que amborum latera complectitur. Poſſūt autē ſuper lineam d b e/ fieri tres yſopleuri: vt d g b/ g b.



h/et h b e preposteri. Super lineam quoq; e c f: fieri possunt alii tres e c i/ i c k et k c f. Alii insuper tres/ super lineam f a d: scilicet f a l. l. a/ m. et m a d. Trib⁹ igitur equalib⁹ ysopleuris/ super eiusdem ysopleuri latera descriptis: distant duo et duo proximi/ duorum rectorũ angulorum/ triũue ysopleurorum spacio/ atq; interuallo.



4

¶ Quattuor quadratis equalibus/ super eiusdem et equalis quadrati latera descriptis: proximi quiq; duo/ vnius recti anguli spacio/ vnoue quadrato ab/ inuicem distant.

¶ Tres ysopleuri/ super eundem ysopleurũ facti: distant duo et duo proximi/ duobus rectis angulis/ tribusue ysopleuris. In quadratis autem: minuitur distãtia et vacuũ spacium. Quattuor enim quadrati/ circa eundem quadratum descripti: distant proximi duo et duo/ tantum vnius recti anguli spacio/ vnoue quadrato. Sit enim quadrat⁹ a b c d. super cuius quattuor latera/ quattuor alii fiant quadrati/ a e f b/ b g h c/ c i k d/ et d l m a. Manifestum est angulum a e/ esse rectum Similiter et angulum f b g: et h c i/ et k d l. Et posse inter duos proximos quoslibet quadratos: vnius recti anguli spacio/ claudi/ atq; intercipi quadratum vnum. Vt inter quadratum a e f b et quadratum b g h c: quadratus interluat f n g b. Inter quadratos b g h c et c i k d quadratus h o i c Inter c i k d et d l m a: quadratus d k p l Inter denicq; quadratos/ d l m a et a e f b: quadratus m q e a. Distant igitur quattuor quadrati/ eidem quadrato circunscripti: duo et duo proximi/ vnius recti anguli/ vniusue quadrati interuallo.



¶ Si circa eundem penthagonum/ quinq; penthagoni eidem equales collocentur: erit duorum quorumcunq; proximorum/ distantia: angulus acutus: anguli recti due quinte: anguli vero penthagoni/ vna tertia.

¶ Sit penthagonus a b c d e. cui insistant quinq; penthagoni/ eidẽ equales: a f g h b. b i k l c. c m n o d. d p q r e et e s t v a. dico duorum quorũcunq; proximorum distãtiã: esse vt vnius recti anguli/ duas quintas: totius vero anguli penthagoni/ duas tertias. Sunt autem eorum distantie: quinq; acuti anguli. v a f. h b i. l c m. o d p. et r. e. s. quorum vnusquisq;/ est vt vnius recti due quinte: et totius anguli penthagoni (vt anguli a b c) vna tertia.



¶ Hoc autem manifestum est ex resolutione quinq; angulorũ penthagoni medii a b c d e: in tres partes equales productis intra eundẽ/ quinq; lineis a c/ a d/ b d/ b e/ et c e. que singulos eiusdem penthagoni angulos: i tres ãgulos equales partientur. Quod et si feceris in reliquis/ extremisue penthagonis: productis paribꝰ lineis/ que eorũ angulos tripartito secẽt: erit vnũquodq; spacium/ quod circunstãt quinq; puncta a. b. c. d. e: sectum in decẽ angulos acutos/ inuicem equales. quorũ-

ſinguli/ erunt totius anguli penthagoni/ vna tertia: anguli vero recti/ due quinte. Nam ſpacium totum/ quod punctū in plano circunſtat: equū eſt rectis angulis quattuor. Idē quoq; ſpacium: equū eſt decem huiuſmodi angulis acutis. Eſt igitur quilibet acutorum huiuſmodi angulorum: vt vnius recti/ due quinte. Nam ſi eſt vna decima quattuor rectorū: erit duorum rectorū/ vna quinta: vnius vero recti/ due quinte. Et ita/ de ceteris argue angulis.

6 ¶ Sex exagoni/ eidē exagono circūſcripti: vacuum ſpacium/ relinquunt nullum. ſuntq; duorum quorūcunq; proximorum/ latera coniūcta et linea vna.

¶ Sicut ſenarius/ primus eſt perfectus numerus/ neq; ſeipſo maior/ neq; minor: ſed equa lā ceſemetipſum reſtituens/ ſeq; adimplēs: ita et prima in figuris exagonis reperitur integra plenitudo. in qua nichil inanis/ ac vacui ſpacii relinquitur nichil quoq; exuberantis contingit. Sex enim exagoni equales/ eidem circunſcripti exagono: illum ambiunt totum/ ſuntq; proximorum latera/ cōiuncta et linea vna. Sit enim exagonus a b c d e f. cui circunſcribantur ſex alii hexagoni eidem equales. Manifeſtum eſt duorū proximorum latera/ eſſe cōiuncta et lineam vnam/ nullūq; inter proximos/ exagonos/ interhyare ſpaciū. Tres enī anguli exagoni coniuncti: ſunt quattuor rectis equales. occupātq; ſpacium totum: quod punctum quodlibet/ circunſtat in plano. Hec autem clariora ſunt/ q̄ vt ratione egeant.



¶ Angulus rectus: angulum trigoni yſopleuri
7 hemiolia proportione excedit: eſtq; vt tria/ ad duo.

¶ Sit circulus a: cuius circunferentia diuiſa ſit in ſex arcus equales/ punctis b c d e f g. Perficio in eo exagonū: ductis ſex rectis arcuū cordis. deinde duco a cētro/ ſex ſemidyametros: ad ſex puncta b c d e f g. Manifeſtū eſt hexagonum totum: ſectū/ diuiſumq; eſſe in ſex trigonos yſopleuros/ inter ſe equales. Cū igitur ſpacium totum/ circunſtans centrum a/ equū ſit quattuor rectis angulis: idem quoq; ſit equū/ ſex angulis yſopleurorum qui ſunt ad cētrum: relinquitur proportionem recti anguli/ ad angulum yſopleuri: eſſe vt ſex ad quattuor/ ſiue vt tria ad duo: quā ſeſquialteram nuncupam⁹.

¶ Et hoc clarius intueberis: ducta recta linea/ a h/ perpēdiculari ad a e. Erit enim h a e rectus angulus/ vt tria. d a e vero/ angulus yſopleuri: vt duo. Nam arcus h d e/ ad arcum d e: eſt vt tria/ ad duo.



8 ¶ Rectus angulus/ ad angulum penthagoni: eſt vt 5 ad 6.

¶ Hec propoſitio liquet ex ſuperiore reſolutione/ angulorum penthagoni. Nam docuimus penthagonorum/ eidem penthagono circunſcriptorum diſtantiam: eſſe acutum angulum/ qui eſt vt recti anguli due quinte: totius vero anguli penthagonici/ vna tertia. Eſt igitur penthagonicus angulus: ad rectum angulum/ ſeſquiquintus et vt 6 ad 5. Nam binarius idem numerus: eſt quinarii/ due quinte et vna ſenarii tertia. Q̄z ſi in eodem circulo ſuper cētrum feceris vtrūq; angulum rectū ſcilicet & penthagonicum: erit arcus pēthagonicū diſtendens/ ad arcum quo diſtenditur et adaperi-
9 tur angulus rectus: vt 6 ad 5. et amborum arcuū differētia: erit vt vna huius quinta/ illius vero ſexta pars. Vt arcus d b c: ſeſq; quint⁹ eſt/ ad arcum b c. arcus vero d b/ amborum differētia huius eſt quinta/ illius autem ſexta.



Seſquiquintus
6 5
2
Tertia due vna quite

¶ Tres anguli yſopleuri/ ad idē punctū cōiuncti: totius circunſtantis implent/ capiuntq; dimidium: duorum ſcilicet rectorum ſpacium.

Tres ysopleurici anguli ad centrũ duo rũ rectorũ implentes spacium



¶Hec manifesta est / ex ante precedente. Nã in sex ysopeuros/ diuiditur totus hexagonus circulo inscriptus. Tres igitur ysopleurici anguli ad centrũ facti: dimidium occupant cẽ tri ambitum/ duorumue rectorum spacium implent. vt b a c. c a d. et d a e.

¶Quattuor ysopleurici anguli coniuncti: totius circunstãtis punctum spacii/ capiunt quattuor sextas. Quinq; vero quinq; sextas/ sex autem spaciũ ambiunt totum. 9

¶Hec declaratione eget nulla: q̃ resolutione inscripti circulo hexagoni/ in sex trigonos ysopleuros.

Sex ysopleurici anguli spaciũ implẽtes totũ



Tres anguli quadrati/ siue recti cõiuncti: totius eiusdem spacii/ tres occupant quartas. 10

¶Nam quattuor recti/ id spaciũ ambiunt totũ. Igitur et tres recti: tres occupant quartas. ac vnius tantũ recti/ vacuũ relinquũt spaciũ.

¶Tres anguli penthagoni eodẽ modo coniuncti: eiusdem spacii/ nouẽ decimas capiunt: vnius decime vacuum spacium relinquentes. 11



¶Nam vt prius demonstrauim9: quattuor anguli recti/ sunt vt decem decime: Tres vero penthagonici anguli/ vt nouẽ decime. Coniunctis igitur ad idem punctũ/ tribus penthagonis: aut tri penthagonorum angulis: quod supereſt inoccupatum/ ac vacuum spacium: est vt totius circunstantis punctum spacij/ decima vna. ¶Vnde fit vt tres penthagonici anguli et vna vnius tertia: sint vt tota puncti circunstantia plana.

Tres hexagonici ãguli quattuor sũt rectis equales.

¶Coniuncti vt prius/ tres hexagoni/ aut tres hexagonici anguli: vniuersum puncti planũ implent/ occupantue ambitũ. Nam et tres hexagonici anguli: sunt vt sex ysopleurici ãguli. Est enĩ hexagoni angul9: ad ysopleuri angulũ dupl9.



12

13

¶He duntaxat figure/ regulare corpus gignũt: que ad punctum vnum coniuncte/ aut quarum coniuncti anguli/ in eadem superficie siti: totius spacii / pũctum in plano circũstantis: vacuã aliquã relinquũt partẽ.

¶De poligonis figuris: ad punctum idem coniunctis/ siue de earum angulis: iudicium vnum cẽsemus. Sũt autem necessarii plani anguli tres/ equales et similes: ad solidi regularis anguli constitutionẽ: vt prius diximus. ¶Si igitur tres poligonie equales et speciei eiusdem/ siue tres earum anguli/ in eadem superficie siti: totum id obtineant spacium/ quod punctum circunstat in plano: he poligonie nullum regulare corpus gignũt/ neq; earum anguli/ solido angulo prestant initium. Quod primitus (vt docuimus) in exagonis accidit. Nam et tres hexagoni et trium hexagonorum anguli (vt precedens docuit) siti in eadẽ superficie/ eodẽue puncto coniuncti: vniuersam puncti planam circũstantiam occupant. Sunt enim quattuor rectis equales: nullãq; relinquunt eiusdem spacii/ portionem vacuam.

Que poligonie gignant solidum angulum et que non



¶Omnes quoq; poſt hexagonum poligonie: nullum regulare corpus gignũt. Vt pote quarum tres anguli: quattuor rectorum ſpacium tranſiliunt. ¶Relinquitur ergo vt ab his ſoli figuris/ que ſunt infra hexagonum: Vt penthagonis/ Quadratis/ atq; Trigonis: regularia ſurgant/ gignanturue corpora. ¶Cuiuſcunq; enim poligonie/ tres anguli ſimul quattuor rectos ſuperant/ aut quattuor ſunt rectis equales: hec regularium corporum eſt infecunda. ¶Cuius vero tres anguli ſimul ſumpti ſunt quattuor rectis minores: hec regulari corpori preſtat originem. Nam cuius poligonie tres anguli/ in eadem ſuperficie ſiti et puncto vno cõiuncti: ſunt aut quattuor rectis equales/ aut maiores: hi tres anguli (quippe nullo interſtite vacuo) in ſolidum angulum/ ab ea ſuperficie in qua ſunt ſiti: eleuari et adaptari nequeunt. Se etenim premũt/ artantq; ſemetipſos contingentes/ aut ſecantes.

¶Eius autem poligonie cuius anguli tres: ſiti in ſuperficie eadem/ atq; puncto vno cõiuncti/ ſunt quattuor rectis minores: cum hi partem aliquam ſpacij punctum circunſtantis/ relinquant interhyantem ac vacuam: hoc interſtite vacuo/ atq; inani: contingit eoſdem angulos in ſolidũ angulum adaptari ac erigi: qui ſolidus angulus/ eſt regularis corporis initium. ¶Q uecunq; enim poligonie/ ſolidum gignunt angulum: he et in regulare corpus adaptantur. Et quecunq; angulum ſolidum claudere nequeunt: he et regulare corpus nullum conflant. ¶Ab ſolis igitur trigonis/ tetragonis et penthagonis: regulare/ atq; vniforme conſurgit corpus. ¶Oſtẽdimus enim tres angulos/ yſopleuri trigoni/ inferiores eſſe quattuor rectis. et coniunctos eodem puncto/ dimidiam tantum puncti eiuſdem/ obtinere circunſtantiam. ¶Tres vero tetragonicos coniunctos: vnius recti ſpacium/ relinquere iane. ¶Tres autem penthagonicos: eſſe vt tres rectos et duas quintas: et ab his relinqui quinta rum trium/ inane ſpacium. ¶Tres vero hexgonicos angulos: eſſe vt quattuor rectos/ nichilq; ab eis relinqui inane.

Tres ang.	Yſopleuri	Vt recti a. Duo
	Quadrati	Tres
	Penthagoni	Tres & tres quite
	Hexagoni	Quattuor

14 ¶Yſopleurus trigonus/ ceteris fecundior poligoniis: regularia corpora/ tria gignit.

¶Maior in trigono/ q̃ in ceteris poligonijs: reperitur corporum fecunditas. Nam quia trigonus/ triniras quedam eſt: idem ſub trinitatis numerum/ fecundus eſſe comperitur. Tria enim regularia corpora gignit. ¶Poſſunt quippe triniter aptari yſopleurici anguli: vt non nichil vacui/ circa punctum idem relinquant. Nam tres yſopleuri coniuncti/ circa idem pũctum: dimidium ſpacium/ relinquũt inane. Quattuor vero eidem puncto adaptati: reliquũt inane ſpacium/ duorum yſopleurorum. Adaptatis vero eidem puncto quinq;: reſiduum iane ſpacium eſt vnius yſopleuri. Sex vero yſopleuri ſpacium implent totum. ¶Gignunt igitur et yſopleurus et yſopleuricus angulus: regularia corpora tria.

¶De Tetracedro.

1 Yſopleurici anguli tres ſolidum tetracedri angulum gignunt.



¶Scribe tres yſopleuros/ in eadem ſuperficie eodem coniunctos puncto. deinde medio yſopleuro/ ſtante immobili intellige ceteros duos ſuper mediũ eleuari. quoad oppoſiti eorum vertices concurrant fiantq; punctum vnum. hoc pacto hi tres yſopleuri/ ſiue yſopleurici anguli: tetracedri angulum finient/ claudentq;.

2 ¶Quattuor yſopleuri trigoni: tetracedron gignũt.



¶Sit yſopleurus a bc/ cuius centrum d. ſint et alij tres yſopleuri/ eidẽ circunſcripti/ atq; in eadem ſuperficie ſiti: a e b. b f c et c ga. Intelligo ſenſi eoſdem circunſtantes/ ſuper medium eleuari: quoadu ſq; concurrant/ oppoſiti eorum vertices. hi enim concurrent in puncto perpẽdiculari: a quo recta linea ad punctum d/ medij yſopleuri centrum totiuſq; tetracedri baſim producta: erit ſuper eundem medium yſopleurum perpendicularis

Hec autem perpendicularis/totius tetracedri axis nuncupatur.hoc pacto ex quattuor yſopleuris tetracedron corpus conſurgit/clauditur finiturq3.

¶ Tetracedri omnes axes producti:ſibimet in tetracedri centro occurrũt ſeq3 interſecant. 3

¶ Axis tetracedri:eſt recta linea/ab eius angulo/ad oppoſite baſis centrum producta:que et eidem baſi perpendiculariter incidit.Quot autem ſũt tetracedri anguli vel/quorquot eius baſes: totidem contingit et axes in eo protendi.qui ſibimet occurrunt ſeq3 interſecant:in totius tetracedri centro.Idem enim de tetracedro:quod et de yſopleuro iudicium putandum eſt.In yſopleuro autem a b c:tres producti axes a d/b f et c e : ſibiinuicem occurrunt in puncto g/totius yſopleuri centro.Quare et ita erit in tetracedro.



¶ In conſtitutione tetracedri:eleuationes extremorum yſopleurorum/ſuper medium yſopleurum:contingunt ſecundum ſemicirculi ſextas quattuor. 4

¶ Hec ex proportione yſopleuri/ad tetracedron:euadit q̃manifeſtiſſima.Nam pro tetracedro/ſtatue tibi ante oculos yſopleurum.pro ſuperficie/interim lineas ſpectato.et clare itueberis quanta in conſtitutione tetracedri/fiat triũ yſopleurorum ſuper baſim/ mediumue yſopleurum eleuatio.Sit enim tres linee a b/a c/et b d:ad inuicem directe et linea vna.Eleuentur autem extreme a c et b d ſuper mediam a b: ad creandum yſopleurum.in cuius vertice extrema earum puncta c et d:concurrent/eruntq3 punctum vnũ.Manifeſtum eſt hanc eleuationem factam:ſecundum arcus ſemicirculi/ſextas quattuor.Ducantur ergo duo ſemicirculi/centris a et b:longitudine linearum a c et b d. Horum arcuum ſectio/erit yſopleuri vertex:et eleuatarum linearum concurrentia.Ducantur et a punctis a et b: due perpendiculares/vſq3 ad arcuum cõtactum a e et b f.Manifeſtum eſt laterum yſopleuri eleuationes:eſſe vtrimq3 arcus c e c et d f d.Yſopleuri namq3 verticem:permixtim appellamus aut c/aut d: ob laterũ cõcurrentiam. Vterq3 autem arcus c e c et d f d eſt quattuor ſexte/totius ſemicirculi. Reſidui vero arcus: qui angulos ipſos ad yſopleuri baſim diſtendunt/ſunt due ſexte ſemicirculi.¶ Eadem igitur que de yſopleuro dicim9:dicito et de eleuatione trium yſopleurorũ:ſuper mediũ yſopleurum:in conſtitutione tetracedri.Yſopleurus enim medius :erit vt linea a b.Extremi vero: vt linee a c et b d.Eorum quoq3 concurrentia/erit vt yſopleuri vertex.Eleuationes quoq3 eorum:vt arcus c e c et d f d.



¶ Totius tetracedri:ſunt quattuor anguli;Superficies totidẽ/linee ſex/corpus vnum. 5

¶ Hec ppõ: totiꝰ tetracedri exprimit nũerũ.Sũt ei tetracedri pũcta/ ſiue ãgulorũ vertices q̃ttuor.ſupficies/ſiue baſes q̃ttuor.Angulares linee ſiue latera:q3bus eiꝰ ſupficies copulant ſex.Corpus vero ipſum interiorue tetracedri ſubſtantia/ſub ipſis terminis abdita:vnum. Eſt enim rei ſubſtantia/immultiplicabilis et ſemper vna.Termini vero(que eius quedam ſunt accidentia)multiplicantur/euaduntq3 plurimi. Vniuerſus igitur tetracedri numerus eſt penthadecas vna.cõſtans terminorum teſſerecade:et corporis ac ſubſtantie totius/vnitate.

	Puncta	4	
Tetracedri	Linee.	6	
	Superficies	4	15
	Corpus	1	

¶ Quattuor yſopleurici anguli:ſolidũ octocedri/creãt angulum. 6

¶ Quopacto diximus/tribus yſopleuricis angulis/angulum conſtituí tetracedri:ita et eo pacto intellige ex quattuor paribus angulis:angulũ conſurgere octocedri.Quo enim modo fiat:exprimi in planicie acpin gi nequit.



¶ De octocedro.

1 TRigoni ysopleurici octo: regulare corpus gignũt/ octocedrõ

¶Sit quadratus a b c d/cuius centrum e. Circũscribo illi quattuor ysopleuros/ sitos in eadẽ superficie a f b. b g c. c h d. et d i a. Hos quoq; sensi eleuari intelligo/ super medium quadratum: quoad oppositi eorum vertices concurrant/ fiantq; vertex vnus: ad cẽtri e perpendiculum. Ab eo enim concursu: recta linea ad e centrum producta: erit super quadratum a b c d perpendicularis/ eritq; totius tetracedri/ axis dimidius. Hoc pacto conflabis dimidium tetracedron. Intellige autem ex opposito/ siue ex parte inferiore: pares quattuor ysopleuros/ ad oppositum concurrere verticem. Hi quattuor inferiores ysopleuri/ cum superioribus quattuor: integrum absoluent regulare corpus/ quod tetracedron nuncupamus.



2 ¶Octocedri sector/ est quadratus cuius centrum/ est et totius centrum.

¶Quadratus a b c d: est totiꝰ tetracedri sector. vt cuius pars media/ est supra quadratum: Pars alia media infra quadratum relinquitur. Insuper & punctum e/ quadrati centrum: est totius tetracedri centrũ. in quo cuncti ipsius tetracedri axes: sibiipsis occurrunt/ seq; conduidunt. sunt enim tetracedri axes: viniuerse recte linee ab eo angulo ad oppositum angulum protense.

3 ¶In constituendo octocedro: eleuationes ysopleurorum/ super mediũ quadratum: fiunt secundum circuli portionem/ quadrante maiorem.

¶ Intellige vt prius quattuor ysopleuros circa quadratum a b c d/ in eadem superficie sitos Manifestum est eorum vertices id est quattuor puncta f g h i: distare a perpẽdiculo/ siue ab zenith cẽtri e: plusq̃ quarta circuli portione/ atq; quadrante. qua singuli ysopleuri super medium quadratum: quoadusq; in eius perpendiculum/ ac zenith concurrant/ eleuantur. Nam iidẽ ysopleuri/ super quadratum: plusq̃ recto angulo eleuantur. Eleuatio aũt rectangularis: fit q̃rta circuli portione eiusue quadrante. ¶Sit enim vt prius linea a b: super quam eleuentur a c/ et b d. Et sint super a et b due perpendiculares: a e et b f. Arcus eleuationis linee a e/ super lineam a c: eleuatio item b f/ super b d: sunt arcus c e et d f/ totius circuli quadrantes: rectos angulos/ c a e et d b f distendentes. Superant igitur arcus eleuationis ysopleurorum/ super medium quadrantum: quartam circuli portionem/ eiusue quadrantem.



4 ¶Octocedri: sex sunt anguli/ siue puncta: latera/ siue linee duodeci: Superficies octo/ Corpus vnum

¶Hec nũerum promit octocedri: Sunt enim eius anguli/ siue angulorum capita et puncta: sex. latera/ siue linee ãgulares: duodecim. Superficies/ octo. Corpus vero totaue eiꝰ substantia/ sub terminis occlusa: vna. ¶Vnde fit vt vniuersus octocedri numerus sit 27 tertius arithmeticus cubus, 12/ 8(1/ simul iuncti procreant/ ac gignunt.

Octocedri	Puncta	6
	Linee	12
	Supficies	8
	Corpus	1

quem hi quattuor numeri: 27

¶Dycocedro

1 Vinq; ysopleurici anguli: ycocedri ꝓ creant angulum.

¶Ysopleurici anguli quinq; (vt prius docuimus) simul coaptati: vacuum totiꝰ spacij/ pũctum idem circunstantis relinquunt: quantum capit ysopleurus vnus. Ab his igitur qui q̃/ hoc pacto coaptatis: surgit ycocedri angulus. que est vltima et suprema/ ysopleurici anguli potentia. Nã sex ysopleuri: corpus gignũt nullum.



Anguꝰ ycocedri quinq; ysopleuris consurgẽs.

¶ Ysopleurici trigoni/viginti: regulare corpus gignunt ycocedron. 2

¶ Sit penthagonus a b c d e/ cuius centrum f. circũscribo illi quinq; ysopleuros/ eidem penthagono equilateros: a g b. b h c. c i d. d k e. et e l a: in eadem superficie/ cum Penthagono sitos. Hi sensim eleuati/ ad perpendiculũ et zenith medij penthagoni: tandem concurrent/ claudentq; angulum ycocedri. a quo recta linea/ ad f penthagoni centrum producta: erit super eundem penthagonum perpendicularis. Hi igit quinq; ysopleuri: partem vnam ycocedri constituunt. ¶ Intellige et alios quinq; ysopleuros: eodem pacto super parem et equalẽ penthagonum/ ad eius zenith erigi/ atq; concurrere. Hi et portionem ycocedri/ priori respondentem/ eidemq; oppositam/ parẽ et equalem componunt. Superant autem et alij decem trigoni: dispari modo ad ceteros aptandi. Hi enĩ disponendi sunt/ inter duas equidistantes: in parallollegrammo Rhombo/ altera parte longiore. vtĩ parallollegrammo/ m/ n/ o/ p: quiest rhombus altera parte longior. qui totꝰ diuisus in decem ysopleuros/ prioribus equales/ flexusq; in seipsum per cunctorũ ysopleurorum costas/ ac latera: quoad extremorum ysopleurorũ latera/ ac coste libimet occurrant/ fiantq; linea vna: mediam ycocedri portionem/ velut quandam extremarum et angulariũ proportionum zonulam absoluent. Super hanc aũt mediam portionẽ: cetere extreme/ angulares ue protiones sunt statuende.







¶ Sector ycocedri: est decagonus equilaterus et equiangulus/ cuius centrum est totius centrum.

¶ Sectorem ycocedri/ appellamus superficiem in ycocedro: que mediam eius portionem/ i duo equalia partitur. Cũ enim media ycocedri portio constet decem ysopleuris: totius sectoris latera/ extremeq; linee: erũt i huiusmodi ysopleuris. Erit igitur hic sector: decagonus equilaterus et equiangulus. Et hũc sectorem/ finge per rectã lineam: transeuntem per decem ysopleuros/ quibus cõstat media ycocedri portio: totumq; decem ysopleurorum rhombum: per equalia partientem. quemmodum linea a b: diuidit parallolegrammum b c d e. Erit enim linea a b: vt totius sectoris ycocedri/ decagona periferia cuius centrum/ erit et totius ycocedri centrũ. ¶ Sunt tamen tres totius ycocedri sectores. Nã is sector/ quo de nuper locuti sumus: est regularis decagonus/ concentricus ycocedro. Alij sunt sectores: qui extremas ycocedri portiones distingunt/ separantq; a media. Et ji sunt regulares penthagoni: in ycocedro/ equales et ab inuicem equidistantes: toti ycocedro eccẽtrici. Per amborum tamen centra: transit totius ycocedri axis/ oppositos eius distẽdens angulos. ¶ Alius est ycocedri sector: transiens per oppositos eius angulos/ diuidensq; omnẽ eius portionem per equalia. Et hic sector est regularis hexagonus: toti concentricus. Est enĩ hic sector: qui stante/ fixoq; super vnam suarum basium ycocedro: illud totũ a sumnso i imũ per equalia partit. basim quoq; eandem et priores sectores: rectis/ ac perpendicularibus angulis/ per equalia diuidit.



¶ Ycocedron duodecim geſtat angulos/ac puncta. latera vero/lineaſq; trigi-
ta. Superficies/ac baſes viginti/corpus vnum.

¶ Hec eſt expromptrix/numeri ycocedri. Huius enī anguli/ ac puncta ſiue angulorū acu-
mina: ſunt duodecī/ſex ad ſuperiorē portio-
nem et ſex ad inferiorē. Latera vero/ lineaſq;
geſtat terdenas/ſiue triginta. Nam in ſupe
riore ſui portione: lineas habet decem/ In inſe
riore decem/in media decem. Superficies autem/ baſeſq; yſopleuras: habet viginti. Corp;
deniq; vnum. Hi itaq; numeri ſimul coacti: numerum tertium et ſexageſimum gignūt. quē
totius ycocedri numerum nuncupamus.

	Puncta	12	
	Linee	30	
Ycocedrō	Supficies	20	63
	Corpus	1	

¶ Ex his manifeſtum eſt trigoni yſopleuri/potentiam eſſe trinam.

5 ¶ Hec mathematicam aſſurrectionem proponit. quam tamen his reliquimus perſcrutandā qui ex ſenſibilibus/ac mathematicis ſignis: arcana/profundaq; mente: ſublimes intelligi-
bilium rerum veritates/ capeſcere ſufficiunt. ¶ Trigonus igitur: ſuo ſe numero inuoluit/ po
teſtq; tāta quantus ipſe ē. Trinus eſt: tria poteſt. Vt trinitatis inſignitur nomine: ita et triū
fecundus eſt/ triaq; gignit/ac profert/(vt diximus)corpora: Tetracedron/ Octocedron Yco-
cedron. quotiens inq aptati ſumptiue eius anguli: ſunt quattuor rectis minores.

Mathema-
tica aſſurre
ctio.

¶ In tribus/trigonus eſt potens: in ſeipſo/in quadrato et in penthagono.

¶ Mira trigoni fecunditas/ſueq; nature propagatio. qui et in ſeipſo manens: fecundus exi
ſtit. et extra ſeipſum fuſus/atq; profect9: reperitur fecundiſſimus. ¶ Inſiſtēs quippe ſibimet
ipſi/ſeq; circūplectens: gignit tetracedron/corporum ſimpliciſſimū et primum. Nam tres
yſopleuri eundem yſopleurum circunſtantes vniuerſam tetracedri periferiam/oculis pan-
dunt. Idem autem yſopleurus quadratum complexus inſiſtenſq; quadrato: gignit octoce-
dron. Quattuor namq; yſopleuri/quadrato vt diximus circūſcripti: mediam octocedri por
tionem ac ſuperficiem cum medio ſectore: expandunt oculis. ¶ Idem deniq; yſopleurus
reperitur et in penthagono fecundus. Nam duos penthagonos/ſeorſum complectentes &
circunſcribentes yſopleuri: extremas ycocedri (vt diximus)portiones/cum mediis ſectori-
bus penthagonis abſoluunt. Et haud aliter in creando ycocedro/ procedendū eſt q̄p yſo
pleuros hoc pacto ſeorſum binis penthagonis/inſiſtentes/atq; circunſcriptos.

¶ Vniuerſa trigoni yſopleuri potentia: eſt numerus impar/ ternarii multi-
6 plex.

¶ Eſt et hac de cauſa admirandus ternarius/ac trigonus: q; quicquid poteſt ternari9/ac tri
gonus/ab lege naturaq; ternarii deficit nuſq̄. Nam et imparitatē ſeruat: et ternarij multi-
plicitatem. Eſt enim potentia trigoni numerus impar/ternarij multiplex. ¶ Et non modo
tota ternarij potentia: ſed et ſingula per ſe/eadem lege reperitur immutabilis. Potentia ei
trigoni prima/in tetracedro: eſt numerus 15/ quintus trigonus/quituſue ternarij multiplex.
Secunda eius poteſtas in octocedro: numerus eſt 27/cubus ternarij/nonuſq; eius multiplex. Suprema vero eius poteſtas in ycocedro: nu
merus eſt 63/impar primus/ac vigeſimus ternarij multiplex. Vniuerſa autem eius fecun-
ditas eſt numerus/105: qui trigeſies et quinquies ternarium inuoluit. Eſt igitur trigoni et ſi
gula et tota poteſtas: numerus impar ternarij multiplex.

	Tetracedron	1	15
Trigoni potētia	Octocedron	2	27 105
	Ycocedrō	3	63

¶ De hexacedro.

1 Vadrati tres: angulum conflant hexa
cedri.

¶ Solidus hexacedri angulus: tribus gigni-
tur/exprimiturue quadratis. Nā hi tres in ea-
dem ſuperficie ſiti/atq; inuicem coaptati: va-
cuum totius puncti circunſtantie/ relinquunt
vnius recti ſpacium. hoc vero inani ſpacio: cō
tingit tres huiuſmodi quadratos/eleuari ſuper ſe/ad rectum an-
gulum. Atq; hoc pacto/hexacedri angulum gignunt.



¶Sex quadrati:regulare corpus gignūt/hexacedrō

¶Sit quadratus a b c d.circunſcribo illi quattuor quadratos/ eidem equales a e f b.b g h c.c i k d:et d l m a. Hi diſtant ab inuicem/ proximi quiq; recti anguli ſpacio/ vnoūe quadrato. Horum igitur quattuor quadratorum / ſuper medium a b c d eleuatio:ſpacio quadrantis totius circuli/ quod eſt et rectangulum ſpacium: regulare corpus hexacedron inchoabit. Addito enim alio quadrato deſuper/ baſi oppoſito:hexacedron/ totum concipiet/ abſoluetq;. Erūt enim linee a m et a e:linea vna. Similiter f b.et b g:Item c h et c i:pariter d k et d l. Erūt enī quattuor extremi quadrati: perpēdiculares/ ſuper medium a b c d.



¶Hexacedri ſector:eſt parallellogrām9 altera parte longior / ad qua mlibet eius baſim aſymeter.

¶Que de quadrato/ in planis figuris ſunt dicta: poſſit et pari ꝓportione de cubo ſiue hexacedro dici. Nam ſicut plani quadrati ſector: eſt recta linea in quadrato / per oppoſitos ei9 angulos quadratum partiens medium: que et ipſa quadrati coſtas/ improportionabili longitudine tranſcēdit: ita et cubi ſiue hexacedri ſector/ eſt plana ſuperficies: in cubo eundem cubum in angulis oppoſitis partiens medium. Hec autem eſt parallellogrammus altera parte longior: ad ſingulas quadratas cubi baſes aſymeter atq; improportionabilis. cuius alterum latus: eſt quadratarum baſium/ dyameter. reliquum vero/ earumdem coſta. Et hunc ſectorem / intellige in precedentis figura: per lineam a c aut d b. In toto enim cubo: duo ꝓtendi poſſunt ſectores: ſimiles et equales. quorum ſectio/ erit totius cubi axis, medium vero eiuſdem ſectionis/ ſiue axis punctum: eſt totius cubi centrum, perinde atq; in quadrato/ duarum dyametrorum ſectio: eſt totius quadrati centrum.

¶Toti9 cubi āguli/ſiue pūcta:ſūt octo. Linee/ac latera: duodecim. Superfi 4
cies/ſex. Corpus vnicum.

¶Hec numerum colligit cubi/ atq; hexacedri. habet enī puncta/ ſiue ſolidos angulos octo: quattuor ad quadratum ſuperius/ quattuor ad inferius. Lineas vero ac latera geſtat duodecim: quattuor in ſuperiore quadrato/ quattuor in inferiore: et quattuor in mediis. Ambit aūt et ſex ſuperficieb9: Superiore / Infera / Dextra / Siniſtra / Antica / Poſtrema. Ipſū deniq; eſt corpus vnicum. Vniuerſus igitur cubi numerus: eſt 27 / arithmeticus tertius cubus: quē ſuperius demonſtrauimus/ numerum eſſe octocedri. ¶Vnde fit vt ꝓpulchre Geometrici cubi numerus/ ac menſura: ſit arithmeticus cubus. Idem quoq; ſunt ſigillatim/ numeri octocedri: et totius cubi numeri/ hi ſcilicet: 8/12/6/1. ſed non eorumdem/ neq; ordinis eiuſdem. Nam in octocedron/ hoc ordine aptantur: 6.12.8.1.

Puncta	8		
Linee	12		
Cubus	Superficies	6	27
Corpus	1		

¶Exacedrō: eſt tota quadrati potentia.

¶Quadrātus: in trigono nichil poteſt/ eſtq; infecundus. Trigonum tamen in quadrato fecundū eſſe docuim9 ac gignere octocedrō. Quadrat9 aūt in ſeipſo/ ſibiq; ipſi inſiſtens/ ac ſe ſe complectens: fecundus exiſtit/ gignitq; (vt nuper monſtrauim9) exacedron/ ſiue cubum. Idem vero in penthagono et in omni cetera poligonia: manet infecundus. Nā circūpoliti penthagono / aut alij poligonie quotuis quadrati: regulare corpus gignūt efficiuntq; nullum. Eſt igitur quadratus: in ſeipſo fecundus et potens. Extra ſe vero/ infecundus et impotens: eiuſq; tota poteſtas/ eſt cubus.

5

Quadrat9 tantum in ſeipſo potens.

¶De dodecedro.



Nguli penthagonici tres: ſolidum dodecedri angulum creant.

¶Statue in ſuperficie eadē: aut penthagonos tres/ aut trium penthagonorum angulos. Hi (vt ſupra demonſtratum eſt) eodem coniuncti aptatiue puncto: haud totam eius circunſtantiam ambibunt. Superabit enim vacuum/ acinane eiuſdē circunſtātie ſpaciū: eq̄le duabus vni9 recti anguli qui.



tis: et vni vnius penthagonici anguli tertie. Vt tres anguli a b c. c b d et d b e: aptati puncto et centro b: vacuum relinquunt angulum a b e, quo vacuo eleuari eosdem angulos cõtingit: in solidum angulum dodecedri.

2 ¶ Penthagoni duodecim: regulare corpus dodecedron gignunt.

¶ Sit penthagonus vnus a b c d e: cui insistãt alij quinq; penthagoni/ in eadem superficie siti. Prius docuimus/ quanti sint anguli qui inter proximos quosq; duos penthagonos relinquuntur. His igitur inanibus spaciis: eleuati extremi penthagoni/ super mediũ penthagonum quoadusq; proxima eorũ latera cõcurrant/ fiantq; vnũ: mediam dodecedri portionem absoluent. cui ex paribus sex penthagonis/ alia adiuncta portio: vniuersũ dodecedri corpus ambibit/ complebitq;.



3 ¶ In cõstitutione dodecedri: extremorum pẽthagonorũ/ super medium eleuatio: est minor angulo recto/ circuliue quadrante.

¶ Nam in constituẽdo hexacedro/ siue cubo: quattuor quadratorum/ super medium quadratum, eleuatio: fit vnius recti anguli spacio/ siue circuli q̃drãte. Est aũt penthagoni ãgul9/ angulo q̃drati maior. Angul9 quoq; dodecedri, pari ꝓportiõe latior ac maior est: angulo hexacedri. est ei hexacedri angulus: solid9 angul9 rectus. Dodecedri vero angul9: solid9 obtus9/ solido recto maior. Nã anguli dodecedri: sũt vt anguli plani e a b et f b a/ qui sunt anguli penthagoni. Eleuatio autem linee a e/ super a c: et eleuatio linee b f/ super b d: minor est angulis rectis/ c a g et d b f. Arcus quoq; c e/ eleuationis linee a e super a c: minor est q̃ circuli quadrans c e g. Similiter et arcus d f/ eleuationis b f super b d: minor est quadrante d f h. Est igitur in constitutione dodecedri: extremorum penthagonorum/ super medium penthagonum eleuatio: minor angulo recto/ circuliue quadrante.



4 ¶ Verus dodecedri sector/ est regularis hexagonus: cuius centrum est et totius dodecedri centrum.

¶ Siste corpus dodecedrõ/ super aliquam suarum basium: manifestum est cum pares habeat numero superficies et bases: superiorem basim/ ei basi qua sedet/ stabiliturq;: esse contrapositam et equidistantem. Omnes quippe in eo oppositę bases: sunt equidistantes. Is igitur sector/ eaue plana superficies: que per oppositas et equidistantes eius transiens bases/ totũ dodecedri corpus medium partitur: verus est dodecedri sector. estq; regularis hexagonus: cuius centrum/ est totius dodecedri centrum. Eius etenim hexagoni/ tria latera: erũt tres coste/ triaue latera eiusdẽ dodecedri. reliq̃ vero tria/ latera: erũt tres linee/ medias eius bases partientes.

5 ¶ Totius dodecedri anguli/ siue puncta: sunt viginti. Linee/ triginta. Superficies/ duodecim: Corpus vnum.

¶ Colligit hec nũerũ dodecedri. Habet ei dodecedrõ angulos siue pũcta vigiti. Lineas/ ac latera: trigita. Superficies: duodeci. Vnũ deniq; corp9/ ex qb9 nũeris cõflat nũer9 63. quẽ cõstat totiẽ nũerũ dodecedri: quẽue supius/ toti9 ycocedri nũerũ eẽ demonstrauim9/ quãq; alio ordie. Nã in ycocedro hoc ordie colligitur 12. 30. 20. 1. Habet enim ycocedrõ duodecim puncta: Lineas triginta/ Superficies viginti/ Corpus vnũ.

	Pũcta	20	
Dodece.	Linee	30	63
	Supficies	12	
	Corpus	1	

6 ¶ Vniuersa penthagoni potestas: est corpus dodecedron.

¶ Nã pẽthagoni extra semetipsos/ nichil possũt: nullũue corp9 gignũt. quãq; trigon9 (vt docuim9) i pẽthagono sit fecundus/ gignatq; ycocedron. In seipso aũt pẽthagon9 fecũd9 ẽ et potẽs, gignitq; suo cõplexu/ dodecedrõ: q̃ est et sola et vniuersa eius potentia.

¶Omne regulare corpus/omnisue potestas:est trigoni potestas. 7

¶Trigoni tanta est fecunditas::vt solus/tria protulerit corpora:Tetracedron/Octocedrō et Ycocedron.quorum et singuli numeri seorsum et simul sumpti:a ternaria lege nusq̄ deficiunt.Gignunt enim ternarij multiplicem imparem.Sed & ea quoq; corpora/que trigonꝰ

	Tetracedron	Octocedron	Ycocedron	Hexacedrō	Dodecedro
Puncta	4	6	12	8	20
Linee	6	12	30	32	30
Superficies	4	8	20	6	12
Corpora	1	1	1	1	1
Collecti nūeri	15	27	63	27	63

Numerus omnium 195 | corporum simul

minime gignit:vt hexacedron/atq; dodecedron:ab ipso ternario/miro cōplexu atq; ambitu:in ternaria natura et multiplicitate cōtinetur.vēdicatq; sibi ternariꝰ alienas potestates et ea que non peperit nūerat.Omniū ei regulariū corporū nūeri:sunt ternarij multiplices īpares scilicet 15.27.63. ¶Nam octocedri et hexacedri idem est numerus 27.Idem quoq; numerus ycocedri/atq; dodecedri/63. ¶Est igitur omne regulare corpus/omnisue potestas:vt trigoni/siue ternarij potestas:ternarij naturā et multiplicitatem seruans.Ex quinq; autem numeris/quinq; regularium corporum coalescit nūerꝰ 195. qui et ipse ternarij multiplex est:et numerus totius corporee fecunditatis/ac solidi prouentus

¶De sphera

Phera est regularium corporum prestantissimum et primum. 1

¶ Hactenus de regulari corpore angulari sumus locuti. Nam sphera et ipsa quidem regulare est/atq; vniforme corpus. Angulis autem et lateribus caret.Vnica enim ambitur superficie: perinde atq; et circulꝰ/linea cōtinetur vna.Dissimilis est sphera cunctis corporibus:sicut et circulus/a cūctis poligoniis diuerissimus reperitur.Vnica ratione et circulus et sphera hec a solidis/ille a planis angularibus figuris distant/receduntq;.Sunt ei tia:angulo scilicet et latere/que in eis sensibiliter diuersa conspiciuntur.Circulus autem et sphera intelligibilium sunt rerum forme:ac species suapte natura indiuidue/prime et simplicissime.in quibus aut tota est potentia/aut totus actus:aut item totus angulus/aut totū latus.Sicut igit̄ circulus prestantior/ac prior est:planis cūctis/angularibꝰ figuris:ita et sphera/angularia cuncta precellit corpora.et est vt eorum continentia:et totius ipsorum varietatis simplex/atq; vniformis glomeratio.

¶Vnde fit vt perpulchre cūcta regularia/atq; vniformia corpora:sint senario primo perfecto numero consumata

¶Senarius perfectus numerus primus:euadit regularium/atq; vniformium corporum mēsura.Sunt enim duntaxat sex regularium corporum species.Angularium quinq;:Tetracedron/Octocedron/Ycocedron/Hexacedron et Dodecedron.Sphericā vna quam sphēram nūcupamus.Cetera omnia corpora/sunt irregularia:dissimilibꝰ/atq; inequalibus superficiebus circundata. 2

¶Vniuersa eiusdem puncti solida circunstantia:solidis rectis angulis octo/euadit equalis. 3

¶Solida puncti circunstantia:est id spacium/quod punctum quodlibet/in solido et corporea tota plenitudine circunstat.quod octo solidis rectis angulis est equum.quemadmodum et plana cuiuslibet puncti circunstantia/idue spacium quod punctum in piano circunstat:quattuor rectis planis angulis/probatur equale.Nam intellige tres dyametros/perpendiculari sectione sibimutuo/in eiusdem sphere centro occurrentes/siue tres circulos:clare videbis quopacto hi tres dyametri/aut tres circuli:super idem centrum/solidos angulos rectos octo definient absoluentq;.

¶Eadem circunstantia:est equalis viginti angulis tetracedri. 4

¶Nã ex viginti ysopleuris: surgit regulare corpꝰ ycocedron/viginti basium. cui quot habet bases: tot anguli tetracedri/ad eius cẽtrũ insunt. vnicuiq; enim sue basi siue ysopleuro: qu super totius centrũ respõdet angulus/est angulus tetracedri. Totius igitur ycocedri cẽtrũ: viginti angulis tetracedri ambitur/circunuallaturq;.

5 ¶Eadẽ rursũ circũstãtia: vniuersis hexacedri angulis equa esse probatur.

¶Nã hexacedri vniuersi anguli: sunt octo recti. Cõstat enim hexacedrõ/sex quadratis: qui sibiinuicem perpendiculariter adaptantur/copulanturq;.

6 ¶Idem iterum ambitus dodecedri angulis quattuor: probatur equalis.

¶Quippe dodecedron: duodecim penthagonis clauditur. Tres aũt pẽthagoni: creant angulum dodecedri. Cum igitur tres penthagoni: sint quater in periferia dodecedri/que totũ ipsius ambit centrũ: erit et vniuersus eiusdem centri ambitus/vt quater tres penthagoni: siue vt quattuor anguli/totius dodecedri.

7 ¶Eadem deniq; circunstantia: quinq; angulis octocedri et duobus ycocedri simul sumptis/euadit equalis.

¶Hanc propositionẽ q̃ facillime intelliges: cõpositõ irregulari corpore/ex quadratis quiq; et decẽ ysopleuris. Nã si seorsũ/ex quinq; et quinq; ysopleuris: cõflaueris geminos angulos ycocedri. dispositisq; quiq; quadratis/in parallellogrãmo altera parte longiore: deinde iisdẽ in corporeã formã redactis/corpore e huiusmodi portioni ex vtraq; parte/ãbos ãgulos ycocedri adieceris: consurget irregulare corpus penthagonicũ. constans ex quinq; quadratis mediis et decẽ ysopleuris. cuius qui ad centrum anguli: erunt vt quinq; anguli octocedri et duo ycocedri. Nam quiq; quadrati: bases erunt quinq; angulorũ octocedri. Decẽ vero ysopleuri: bases erunt decẽ angulorũ tetracedri/siue duorũ ycocedri. Quinq; enim ysopleuri: angulum creant ycocedri.

Explicatio superficierũ irregularis corporis pẽtha-



8 ¶Est et eadẽ solida puncti circunstãtia tanta: quãti plani recti anguli duodecim.

¶Hec alia nulla ratione indiget q̃ mutua et perpẽdiculari sectione triũ dyametrorũ/super eiusdem sphere centrũ. Hec enim triũ dyametrorum mutua/ac perpendicularis sectio/super eiusdem sphere cẽtrũ: rectos angulos planos finit/clauditq; duodenos. ¶Intellige enim in eadẽ sphera/earundẽ trium dyametrorũ circulos quorum singuli/spherã eandẽ partientur mediã. ij vero et semetipsos per equalia: recta/ac ꝑpẽdiculari sectione diuident. Eruntq; et ipsi/ab suis dyametris/equaliter secti. et eorũ circunferentie/in quattuor secte quadrantes. eruntq; triũ circulorum: duodecim quadrantes. qui singuli: sunt vt vnus rectus planus angulus. Erunt igitur super totius sphere centrũ a: tribus circulis facti plani recti anguli duodecim.

9 ¶Vnde fit vt solida eiusdem sphere circunstantia: sit vt sphere duodecim.

¶Plana eiusdem puncti circunstantia: est vt quattuor recti anguli. Solida vero eiusdem intercapedo: vt octo solidi recti. Solide igitur intercapedinis ratio dupla est ad plane circunstãtie numerũ. Nam octo ad quattuor/duplus. Quattuor quadratus est: octo vero cubus.

¶Rursum planus eiusdem circuli ambitus: sex est circulorũ equalium. Licet enim (vt in libro de rosa docuimus) haud plures q̃ sex equales circulos: eidẽ circulo coaptari/atq; circũscribi. Solida autem eiusdẽ sphere circũuallatio: duodecim equaliũ spherarũ est capax. Est enim solida ratio ad planã/dupla: vt 12 ad 6 Senarius aũt primꝰ est perfectorum numerorũ. Duodecim vero habundantiũ et superfluorũ primus existit. ¶Quo autẽ pacto duodeci equales sphere/eiusdem sphere vniuersũ absoluãt ambitum: intellige ex precedente/per planos rectos angulos duodeci. qui ad eiusdẽ sphere cẽtrũ/fieri possũt. Erit eni vnusquisq; rectorũ planorũ: vniꝰ sphere capax. Hoc et facili experimẽto/per materiales spherulas/ac globos sibiinuicẽ adaptatos disces. Per tres quoq; circulos/eiusdem



ſphere ſectores et equales: ſeq; perpendicularibus angulis ſecantes/ idipſum comproba bis. My ſtica inſuper duodenarij numeri ratio (quā nunc conſulto relinquimus) id perq̄ ne ceſſarium eſſe oſtendit.

¶Manifeſtum quoq; ex his euadit/regularem omnem ſolidum angulum: aut vnius in tribus/aut trium in vno poteſtate procreari ac gigni. 10

¶Hec propoſitio/in myſterio poſita eſt. docetq; quo pacto mens noſtra/ex quinq; regularium angulorū ſolidorum ſpeciebus: ad dinoſcendā ſummi principii vnitrinitatē eleuetur. ¶Omnis enim ſolidus angulus: gignitur eleuatione rectilineorū angulorū/ ſuper ſuas baſes: et mutuo eorumdē in vnū mucronē coitu. Atqui rectilineorū angulorū trine ſunt ſpecies: acutorū/rectorum/obtuſorum. Ex omnibus autē acutis: tantum vnus regularis (quē yſopleuricum vocamꝰ) ſolidum angulū gignūt. Et ex cunctis pariter obtuſis: tantū regularis vnꝰ/qui eſt penthagoni angulus: ſolido angulo procreando adaptatur. Tantū igitur ex tribus planis angulis: Acuto yſopleurico/ Recto tetragonico/ et Pēthagonico obtuſo/ ſolidus angulus conſurgit. ¶Sed et tantū tres ſuperficies: cunctorū ſolidorū et angulorum et angulariū corporū ſunt baſes. yſopleurica/Quadrata et Penthagonica: que velut potē tie et ſubſternicula quedā: tribus rectilineis angulis/vt propriis actibus: in ſolidorū procreatione corporū ſubtenduntur. ¶Ex trinis igitur actibus/ triniſq; potentiis: totus ſolidorū angulorū qnariꝰ cōſurgit atq; coaleſcit. Trini actꝰ ſunt/trini āguli. Yſopleuricꝰ/Tetragonicꝰ/ Pēthagonicꝰ. Trine vero potētie ſūt tres ſupficies: Yſopleurica/Quadrata/pēthagona. Coeūtes enī rectilinei āguli dūtaxat ſuper tres huiuſmodi ſupficies: ſolidos āgulos gignūt. ¶Nam neq; hexagonꝰ/neq; hexagoni angulꝰ/neq; poſterior vlla figura/aut poſterior angulus: ſolidis cōpetunt angulis. ¶Hanc itaq; et actuū et potētiarum trinitatem: vtrinq; ad vnitatem/in ſolidorū angulorū prouentu reducere ſatagimus; dicentes omnem ſolidum angulum: aut vnius in tribus/aut triū in vno poteſtate procreari/ac gigni. ¶Nam (vt ſuperius docuimus) primus/precipuuſue planus angulus/qui eſt yſopleuri: actus eſt trinipotens id eſt vnꝰ/potēs in tribus. Eſt enī potēs et in ꝓpria potētia/ id eſt in yſopleuro: et potēs in aliorū actuū/ſiue angulorū potētiis: ſcilicet in quadrato et ī pēthagono. In ꝓpria quippe potētia/vt in yſopleuro: gignit trigone pyramidis angulū. Inquadrato gignit āgulū tetracedri. In penthagono/angulū ycocedri. ¶Gignuntur igitur ſolidi anguli tres: vnius in tribus potentia: que eſt yſopleurici anguli/in tribus baſibus inſiſtentia. ¶Rurſum ſi cum ceteris angulis: tetragonico et penthagonico/yſopleuricū reſumpſeris: hi tres actꝰ/miro quoq; modo in vna tantum potentia/ac baſi reperiuntur fecundi: treſq; proferunt ſolidorum angulorum ſpecies. Nam yſopleuricus (vt diximus) angulus/in yſopleuro: trigonam pyramidem profert. In eodē vero yſopleuro tetragonicus/rectuſue anguluſ: cubi angulum claudit in quo et penthagonicus/angulū dodecedri complet. Tres enim recti anguli/ſuper eiuſdē yſopleuri latera facti/cubian gulū expādūt. Tres vero pēthagonici anguli/ eadē yſopleuri latera cingētes: dodecedri angulū conficiunt. Et hec oīa/preſens figuram deō ſtrat. in qua quinq; ſolidorū angulorū ſpecies: in modum recti anguli ſcribuntur. cuius ſuperius latꝰ/ab ſiniſtro cornu in dextrū: vnius in tribus/indicat poteſtatem. qua actus yſopleurici anguli: trinas potētias/ac baſes peruagatur. Reliquū vero latus/a ſiniſtro in deorſum prominēs: triū actuū/ atq; angulorū: yſopleurici/recti et pēthagonici: in vnius potentie/ac baſis ſubſterniculo copulā/ fecūditatēq; declarat. ¶Liquet igitur ex his/ omnem ſolidū angulū: cōcinniter ex vniꝰ actus/cū tribꝰ potentiis: aut triū actuū cū eadē potentia congreſſione et copula/procreari. ¶Haud enim diſſūdi: tres actus/ in potentiis tribꝰ: aut tantū vnꝰ actꝰ in tribꝰ potentiis fecundi ſunt. ſed vnus in tribus et tres in vna vnus actus/ tria poteſt: tres actus/vnum ſunt. ¶Actus vnus/tribus potētiis congreſſus: tria gignit. Actus trini/eidem potentie congredientes: tria identidē proferūt. ¶Ab iſs tamen prolata: ſunt tantum quinq;. Nam trigone pyramidis angulus



in vtroq; ordine/communiter profertur.in eo scilic et quo vnus actus/siue angulus:censetur trinipotens,et in eo/quo vnica potentia/siue basis:sub trinis actibus/ euadit trinipara. Et ysopleuricus angulus:vt precipuus et primus:tam in propria potentia/ q̃ in exteris basibus:potẽs efficit. ¶ Ceteri vero ãguli tetragonic⁹ ac pẽthagonic⁹:ad ysopleurici ãguli basim:potẽtes/fecundiq; sunt.in propriis vero potẽtiis/singuli impotẽtes. Nã rectus angul⁹/ vbi propriam basim/id est quadratam figurã insedit:sterilescit. Nullum etenim solidũ angulum gignit:nullum in proprio territorio corp⁹ profert.Circumpositi quippe eidem quadrato/quattuor recti anguli:cum sint quadrate superficiei equales/in conũ siue eiusdẽ quadrati perpendiculũ(creationis solidi anguli causa) eleuari nequeunt. ¶ Sit enim quadrat⁹ a b c d:super cui⁹ latera/fiant recti anguli quattuor:a e b.b f d.d g c.et c h a.cum quattuor trianguli a e b. b f d.d g c. et c h a:sint equales/toti quadrato a b.c d:ijdem trianguli/ eleuati super perpẽdiculũ quadrati:in eiusdẽ quadrati centro concurrent.nullumq; cõcipient corporeum spaciũ/nullum solidũ angulũ procreabunt.sed simul coniuncti/in superficiem redibunt quadratã.Omnes enim concurrent/in centro quadrati. ¶ Similiter et penthagonicus angulus: in propriis finibus/in propriaue potentia/ vt pẽthagono: euadit impotens/solidũ angulũ gignens nullũ. Nã circũscripti eidem penthagono/quinq; penthagonici anguli: minores sunt totius penthagoni superficie. Vnde fit vt ab ipsi⁹ penthagoni lateribus/ad eius perpẽdiculũ:nusq̃ eleuari/aut concurrere in vnũ/solidũue creare angulũ posse dinoscantur. ¶ Sit enim penthagon⁹ a b c d e/cuius centrũ f.sup cuius singula latera/ fiãt quiq; penthagonici anguli: a g b.b h c.c i d.d k e. et e l a. Manifestum est hos quinq; angulos simul:minores esse totius penthagoni a b c d e superficie.nec posse eleuari/ ad vsq; eius perpendiculum et centrũ f.neq; simul coire posse/in constitutionẽ solidi anguli.Fiãt enim intra penthagonũ a b c d e:super singula eius latera/ pares quinq; penthagonici anguli: priorib⁹ equales/ sed oppositi:a m b.b n c.c o d.d p e.et e q a. Horũ quinq; interiorũ angulorũ coni/m.n.o.p.q: haudquaq̃ concurrunt/neq; centrum f attingunt. Ab exteris igitur angulis/qui interioribus equi sũt: nulla fiet aut ad centrum f/ aut ad totius penthagoni perpendiculum concursio:qua solidus angulus procreetur. Est itaq; penthagonicus angulus:in suapte figura/ac basi inanis/nulliusq; potestatis. ¶ Vnde fit vt miro quodã(vt diximus)modo/omne regulare corpus quinq; tantum potestatibus consurgat.Potestate scilicet vnius actus/in trinis potẽtiis:et potestate trium actuũ in potẽtia vna.Potestas enim vnius actus in trinis potentiis est ductus ysopleurici anguli in ysopleurum/in quadratũ et in penthagonum.fecunditas vero trium actuum hoc est angulorum in potentia vna est in eundem subiectum ysopleurum ductus ysopleurici anguli/ductus tetragonici et ductus penthagonici.





Angulus ysopleuri	In ysopleurũ	Angulũ Tetracedri	Profert
Angulus ysopleuri	In quadratum	Augulum octocedri	Profert
Angulus ysopleuri	In penthagonũ	Angulum ycocedri	Profert
In ysopleurum	Angul⁹ ysopleuri	Angulum tetracedri	Profert
In ysopleurum	Angul⁹ quadrati	Angulum Hexacedri	Profert
In ysopleurum	Angul⁹ pẽthagoni	Angulum dodecedri	Profert.

¶ LIBELLI de Mathematicis corporibus
Finis Anno dñi 1509 Ianuarii
die decima quarta.

¶ CAROLVS bouillus integerrimo viro Remundo boucherio iurisperito. S

IMmensa numerorũ et magnitudinũ propagatio/amãtissime Remũde: causa est/vt et eorum scientie/ab humana mente pertransiri/absolui et exhauriri nequeant. Mathematice enim discipline: licet certis quidem initijs/fundamentisq; prodierint: perpeti tamẽ quadã mentis indagine/sine modo excrescunt. recẽtibusq; nõmodo supplementis sed et supplementorũ supplemẽtis indies ꝓficiunt/locupletãtur/ditanť. Nicolaus Cusanus(vir cum in diuinis: tum in humanis disciplinis/pre cunctis admirandus) eximij ad protelanda mathemata ingenij: prior de mathematicis supplemẽtis libellũ edidit. quo rectarum curuarũq; linearum proportiones et equalitates: tam priscis q̃ nostratibus hominibus incognitas demonstrauit. e quibus et circuli quadraturã (quaq̃ obscurissima et perq̃ pauciss imis cognita ratione) patefecit. Hunc igitur nos insecuti: nõnulla Geometrica supplementa/qualia dietatim sese obtulere in hunc libellum cõcumulauimus grandius fortassis opus/nonnunq̃ pro temporũ cõmoditate/in iisdem supplementis edituri. VALE.

¶ CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI LIBELLVS DE MATHEMATICIS SVPPLEMENTIS AD STVDIOSISSIMVM VIRVM REMVNDVM BOVCHERIVM IVRISPERITVM.

REctam lineam/in quotlibet partes equales diuidere. 1

¶ Quo pacto rectã lineã/liceat in duo equa partiri: demõstrat Euclides. Quo autem modo sit quotlibet equalium partium numero/diuid nda: hactenus quod norim proposuit demonstrauitq; nemo. huius tamẽ scientia: haud parum Geometricis conducit disciplinis. Nam frequentiuscule/in geometricis demonstrationibus: expetitur recte linee quãtalibet sectio/atq; diuisio. Si igitur recta linea a b: in quinq; partes equas diuidenda.



Super puncta a et b/educo in diuersam partẽ: duas perpendiculares/cuiuscũq; quãtitatis (Nã nil differt/debent tamen esse inter se equales) a c et b d. que super lineã a b: creant rectos angulos coalternos c a b et a b d. Partior deinde ambas lineas a c et b d: in quattuor partes equales a c/in punctis e f g: b d vero punctis h i k. Et duco lineas quattuor: c h/e i/f k/et g d. quib9 ꝓposita linea a b: erit in quinq; partes equales secta/atq; diuisa: in punctis l. m. n. o. ¶ Hui9 enirationẽ/facile collige per lineas equidistantes et coalternos angulos. Erunt enim linee c h/e i/f k/et g d: inuicem equidistantes. quare et coalterni anguli/qui ab ipsis super lineam a b: in punctis l m n o/facti sũt: erunt equales: et intercepte inter equidistãtes/linee a l/l m/m n/n o/et o b: angulorum coalternorum latera inter se equalia. ¶ Et eodem modo procede/in quãtalibet recte linee partitione factis super eam/diuersa ex parte rectis angulis coalternis eorũq; lateribus/vno minore numero equaliter sectis: q̃ sit proposite linee expetita diuisio. ¶ Si enim diuidenda est proposita linea ternario: partire coalternorum angulorũ/perpendicularia super datã lineã latera binario. Si in quattuor eam partiri volueris: eadẽ latera in tria sunt partienda. Si in septẽ/data linea est diuidenda: latera eadem diuide senario. Et ita deinceps.



¶ Super datam rectam lineam/quotlibet triangulos designare: cuius superiores anguli/ad vtroq; basis angulos: continue multiplicium proportiones seruent. 2

¶ Hec propositio vniuersalissima est: et summe in geometricis vtilitatis. petitq; quopacto liceat super datam rectam lineam/designare quotlibet triangulos ysochelios: quorum superiores anguli/ad vtroq; basis angulos: continue multiplicium omnium proportiones seruent/vt duplam/triplam/quadruplam: et ita de ceteris.

¶Sit data recta linea a b c. Secundū ipsius quātitatem/ super puncta a et b: duco duos arcus semicirculi. quorum communis sectio/ sit punctum c: vertex ysopleuri super lineam a b describēdi sitq; hic ysopleurus a c b: ductis rectis a c et b c. ¶Angulus igitur a c b/ primus super lineā a b factus: vtrisq; angulis basis c a b et c b a est equalis. Est enim a c b ysopleurus: trium angulorū equaliū. ¶Deinde a pūcto c/ duco perpendicularē ad lineā a b/ eā per media et equalia secantem/ que sit c f. Et a punctis a et b: duco perpēdiculares a i/ as/ a g et b h: que prioribus arcubus/ occurrant in pūctis g et h. Et perficio lineas a h et b g: que et sese et lineam c f/ diuidāt in pūcto i. ptoductisq; lineis a i et b i/ dico angulū a i b/ ad vtrūq; angulū i a b et i b a esse duplū. Nā angulus a i b rectus ē. Ambo vero i a b et i b a/ rectorū medietates. Sūt enī a i h et b i g: vt eiusdē quadrati dyametri/ perpēdiculariter se secātes in pūcto i/ quadrati a g b h cētro. ¶Rursū secundū quantitatē linee a f: que est proposite linee medietas centro a: extēdo arcū quadrantis/ vsq; ad lineā a g: cui occurrat in puncto k. Idem vero quadrans secet lineā a c prioris ysopleuri latus: in puncto l. Lineā vero a h/ quadrati dyametrum: secet in puncto m. Duco deinde a puncto k/ per punctum l: rectā/ vsq; ad lineā c f/ cui occurrat in puncto n. Et perficio angulum a n b: quē dico/ ad vtrosq; basis angulos: n a b et n b a esse triplum. Et hoc manifestum est ex resolutione eiusdem anguli: in angulos rectos/ factos super punctū n: cognita proportione anguli penthagonici/ ad rectum angulū. Ab hac autem resolutione: ob lineas nimias/ seq; confundētes abstinuimus. ¶Iterū autem duco lineā a puncto k/ per m. vsq; ad lineā c f/ cui copuletur in pūcto o. Dico eodē modo angulū a o b: esse ad vtrosq; angulos o a b et o b a quadruplum: angulo regularis hexagoni equalē. Erit enī linea o f: tertia pars linee c f. et linea c o/ ad o f dupla. Linea autem c f: est axis ysopleuri a c b. Tertia vero eius pars o f: axis est anguli hexagoni a o b. ¶Deinde si a puncto k/ per punctū in quo linea a n secat arcum f l k: rectā duxeris/ vsq; ad c f: habebis ī linea c f/ verticē anguli super lineam propositam a b facti: ad vtrosq; basis angulos quīcupli. qui et erit angulus regularis heptagoni. ¶Et si ab eodem puncto k/ rectam duxeris ad c f per punctū in quo linea a o/ secat arcum k l f: habebis rursum in linea c f/ verticē anguli: qui ad sue basis angulos/ sesquiplus erit. Nam hic angulus erit octogoni. Et ita quotiēs a puncto k/ ad lineā c f/ per puncta in quibus inferiorum angulorū latera/ assidue arcum k l f secant/ rectam produxeris: habebis continue vertices obtusorum/ ac latiorum angulorum: qui ad sue basis angulos/ omnem multiplicium proportionem seruabunt.



3 ¶Omnes huiusmodi anguli/ qui super eandem lineā facti/ continue ad basis angulos omnium multiplicium proportiones seruant: sunt assidui multangulariū figurarum anguli.

¶Omnes multangulares figure: sicut laterum suorum ratione/ superparticulares proportiones gignunt: ita et cōparatione angulorū/ omniū multipliciū proportiones seruant. Laterū tamē ratio et proportio inchoata sesquitertio. Nulla quippe est figura: duorum tantum laterū. Nā minima que est triangula: tribus constat laterībus. Angulorū autē ratio/ inchoat ab vnitate/ siue ab equalitate. et ea clauditur in vniuscuiusq; figure proprietate. Non aūt in ratione vnius ad alterā. ¶Hi enim anguli: quos precedēs/ in linea c f mouestigare & super lineā a b creare docuit: sunt cōtinue omniū poligoniarū anguli/ omnifariā ad sue basis angulos multiplices. ¶Nam ysopleuri angulus: ad sue basis angulos/ est simplus/ equalis et vnus. ¶Angulus vero quadrati: ad angulos sue diametri. (Est enī diameter basis angulorū) duplus. ¶Angulus pēthagoni/ ad basis angulos triplus. ¶Angulus hexagoni: quadruplus. et ita deinceps. Et hoc facile est cognitu: per resolutionem angulorū vniuscuiusq; poligonie/ in tot angulos: quota est a trigono. vt sequēs ppositio indicat.





4 ¶Omis multāgularis figura: i tot triāgulos ē resolubilis/ quota est a triāgulo.

¶Triangulus ysopleurus/ vnus est triangulus/ et est vt vnitas/ omniū multangulariū figurarū/ earūq; initiū. Est enim irresolubilis. Quadratus vero vt binarius est: et vt duo trigoni. Nā ab/ sua diametro/ in duos soluitur triangulos. Penthagonus in tres triangulos soluēdus est. Hexagonus in quattuor: et hoc pacto consequenter.

¶Resolutio omniũ angulorum vniuscuiusq; poligonie: exprimitur liquido per rectas lineas/ productas a quolibet angulo: ad alios eiusdem poligonie angulos quoslibet. 5

¶Hec adiecta est/ ad manifestãdã oculis: angulorũ vniuscuiusq; poligonie/ ad sue basis ãgulos: cõtinuã multiplicitatẽ. In trigono/ ab angulo ad angulũ linea producta: lateri coincidit. Est enim trigonus/ irresolubilis et siplex. ¶In quadrato due dyametri/ angulos distendentes oppositos: liquido pandunt/ angulos totius quadrati duplos esse ad eos qui fiunt ad basim siue ad dyametrum. ¶In penthagono aũt cõtingit a quolibet eius angulo/ ad oppositos angulos: duas lineas ꝓtẽdit: q̃ vniuersos ei⁹ angulos/ i tres equos angulos partiũtur ostẽduntq; liquido eos triplos esse/ ad suarũ basiũ angulos. ¶In hexagono vero: tres linee a quolibet angulo/ ad oppositos angulos possunt extẽdi a quib⁹ vniuersi ei⁹ anguli: i quattuor equos angulos diuisi: facile cõspiciũtur ad sue basis angulos/ esse quadrupli. ¶In heptagono aũt a quolibet ei⁹ angulo/ ad ceteros angulos/ quattuor linee producte: omnes ei⁹ angulos/ in quinq; equalia partiũtur. ostẽdũtq; quẽlibet ei⁹ angulũ/ ad basis angulũ: esse quincuplũ. ¶In octogono vero ab omni ipsius angulo/ quiq; recte ad ceteros angulos extente: singulos eius angulos/ in sex equos angulos diuidunt. panduntq; quẽlibet ipsius angulum/ ad sue basis angulos: esse sescuplum. Et ita in ceteris procedito figuris.













¶Vnde manifestum est trianguli ysochelis eũ angulum/ qui ad sue basis angulos fuerit multiplex: eius esse poligonie/ que in numero poligoniarũ est tota: quota fuerit ipsa multiplex proportio. 6

¶Trigon⁹ ysopleurus: est prima figurarũ multãgulariũ. Quadratus secunda/ Pẽthagon⁹ tertia/ Hexagon⁹ quarta. Et ita ex cõsequẽti. Trigoni igit̃ ysochelij: cuius superior angul⁹/ ad sue basis angulos fuerit equus/ simpl⁹ et vn⁹: est angulus ysopleuri. Cui⁹ vero angul⁹ superior/ ad inferiores fuerit dupl⁹: angulus est quadrati. Cuius superior angulus ad inferiores triplus: angulus est penthagoni. Cuius quadruplus: angulus hexagoni. Et ita deinceps.

¶Liquet etiam ex his/ super datã rectã lineã omnẽ multangulã figuram posse q̃ facillime describi. 7

¶Seruata secũde propositionis figura: sup lineã a b/ petit̃ describi pẽthagon⁹. Facio ꝑ doctrinã eiusdẽ secũde/ sup lineam a b/ pẽthagoni angulũ qui sit a n b. vt pri⁹. Et ꝓduco lineas a n et b n: vsq; ad arcus a c h et b c g. quib⁹ occurrant/ in punctis p et q. Et extendo lineas a p et b q. duco deĩde lineã p q: sup quã (vt prius) facio angulũ penthagoni/ ad basis angulos triplũ. qui sit p r q. eritq; super datam lineam a b: factus penthagonus equilaterus et equiangulus a p r q b.



¶ Et eodē modo in ceteris poligonijs faciūdū. Nā facto sup datā lineā/ exsecūde propositionis doctrina: eius/ que petitur describi/ peligonie angulo q̄ facillimū erit/ reliquā totam extruere poligoniā. Nā si super eādē lineā/ hexagonū facere voles: sume angulū a o b. qui est angul⁹ hexagoni: ad basis angulos quadruplus. Duc deinde a o et b o: vsq; ad arcus a c h et b c g. quibus occurrāt in pūctis s et t. Et productis lineis a s et b t: habebis cōfectā mediā Hexagoni portionē/ suplineā a b. qua habita/ residua in prōptu est portio: que totū hexagonum absolvit. Omnis enim poligonia/ super a b futura/ ac descri



8 bēda: prima sui latera statuet a punctis a et b/ vsq; ad arcus a c h et b c g.

¶ Continui a senario pares numeri: cōtinuis a quinario numeris collati: angulorū omniū multangularium figurarū a penthagono: ad angulū rectum proportionē seruant.

¶ Angulus rectus: quedā est omniū angulorū mensura. vtpote ad quē omnis regularis (id est alicui⁹ poligonie) angul⁹/ est proportionalis: seq; ad eū habet/ vt nūer⁹ ad nūerū. ¶ Imprimis enim rectus angul⁹/ ad ysopleuri angulū: est sesqualter/ q̄ est superparticulariū ꝓportionū maxima. Cōtinet eni rect⁹ angul⁹/ ysopleuri angulū eiusq; medietatē. Initiū igitur diuisionis recti anguli/ faciendū est a quinario nūero. Nā diuiso recto angulo/ in quiq; equos angulos: addita eidē vna quita/ angulū conflat pēthagoni: qui ad rectū sesquiquitus esse ꝓbat. ¶ Diuiso eodē recto/ in sex equos angulos: addite due sexte/ angulū gignēt Hexagoni. qui rectū angulū sesquitertia proportione transcēdit: vt et octonarius/ senariū. ¶ Et hoc pacto quotiēs pares nūeros a senario naturalib⁹ nūeris/ a quario cōtuleris: angulorū omniū multāgulariū figurarū/ ad rectū āgulū ꝓportionē elicies. vt subiecta ostēdit figura.

	Penthagoni	Hexagoni	Heptagoni	Octogoni	Ennagoni	Decagoni	Endecagoni	Dodecagoni	Tridecagoni.	Tesseredecagoni.	Penthadecagoni	Hexadecagoni	Heptadecagoni.
Pares a senario	6	8	10	12	14	16	18	20	22	24	26	28	30
Naturales. a qna.	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
Figura proportionis angulorū multāgulariū figurarum ad angulum rectum.	Sesquiquintus.	Sesquitertius	Superbipartiēs septimas.	Sesqualter	Superquadripartiēs nonas.	Superquinquipartiens quintas	Superseptupartiēs vndecimas.	Superbipartiens ternas.	Superquinquipartiens decimas ternas.	Superquinquipartiens septimas.	Superquadripartiens decimasquintas	Superquadripartiens quartas	Superquindecupartiens decimasseptimas.

9 ¶ Tantum vnius multangularis figure/ angulus est acutus: Tantum vnius/ rectus: infinitarum vero sunt obtusi.

¶ Angulus ysopleuri/ est acutus. Quadrati vero angulus/ rectus est. Ceterarum aūt omniū multangulariū figurarū (que in immensum angulorum et laterum multitudine propagātur) anguli: sunt recto maiores/ atq; obtusi. Omnes igitur multāgulares figure/ quāq; numero indefinite/ atq; incomprehense: angulorū tamen suorum ratione/ sunt tantum trine: Acutiangule/ Rectangule/ Obtusiangule.

10 ¶ Que sit angulorum multangulariū figurarū adinuicem proportio: continuis numeris exprimere.

¶Imprimis Angulus rectus: ad ysopleuri angulum/ est vt 3 ad 2. ¶Quia autem penthagonic⁹ angul⁹/ ad rectum angulũ est sesquiquintus: et ternari⁹ numer⁹/ quinta caret parte: augeo vtrosq; numeros binariũ et ternariũ quinario. fiuntq; 10 et 15. Est igitur angulus penthagoni vt 18: qui ad 15/ sesquiquintus esse probatur. ¶Proportio autem penthagonici anguli/ ad angulum ysopleuri: est vt 18 ad 10/ superquadripartiens quintas. ¶Hexagoni autem angulus/ cum sit ad rectũ angulũ sesquitertius/ vt 8 ad sex/ erit hexagoni augul⁹ vt 20/ quẽ ad 15 constat esse sesquitertiũ. Erit igitur angulus hexagoni/ ad angulũ penthagoni: vt 20 ad 18/ sesquinonus: Ad angulũ vero ysopleuri/ vt 20 ad 10 duplus. ¶Quia aũt Heptagoni angulus/ ad rectum angulum: est vt 10 ad 7. Numer⁹ autem 15/ septima parte caret: augeo hos quattuor numeros 20/ 18/ 15/ 10 septenario. et producti sũt hi: 140/ 126/ 105 et 70. Addo numero 105 (qui est anguli recti) ter suam septimam/ id est ter quindecim fitq; numerus 150: qui ad numerũ 105/ est vt 10 ad 7: supertripartiens septimas/ siue vt angulus Heptagoni ad angulũ rectum. Ad angulũ vero ysopleuri/ vt 15 ad 7. Ad angulum penthagoni: vt 25 ad 21. Ad angulũ Hexagoni: vt 15 ad 4. ¶Rursum quia octogoni angul⁹/ ad rectũ angulũ sesqualtera proportione coniũgitur: Recti aũt anguli numer⁹ 105 ĩpar/ medietate caret: augeo priores quiq; numeros binario. sintq; ꝓducti alii quinq;: 300 280/ 252/ 210/ et 140. quorum eadẽ erit/ que et priorũ proportio. ¶Addo deinde numero recti anguli 210/ suam medietatem 105. fitq; nũerus 315: qui erit nũerus anguli octogoni ad nũeum recti anguli 210 sesqualter. Ad nũerum vero 140/ q est anguli ysopleuri: dupl⁹ sesqquart⁹ et vt 9 ad 4. Ad pẽthagonici anguli nũerũ 252/ sesquiquintus/ et vt 5/ ad 4/ Ad hexagonici anguli numerũ 280/ sesquioctauus: siue vt 9 ad 8. Ad angulũ vero heptagoni/ sesquiuigesim⁹. ¶Et eadẽ lege procede/ in ceteris angulis. Nã cũ anguli recti numer⁹/ parte aliqua caruerit: multiplicandi sũt cuncti numeri per eum numerũ quo pars huiusmodi denominat̃. et habebis cõtinue maiores numeros: in eadẽ proportione minorũ/ in quib⁹ erit assidua et cõtinua pluriũ angulorum proportio.

Hexa-	Pen-	Qua	yso-
go.	tha.	dra.	pleu.
20	18	15	10



Hepta.	Hexa.	Pentha.	Qua.	yso.
150	140	126	105	70



Figura proportionis poligoniarũ figurarũ adinuicẽ.

Octogo.	Heptago.	Hexa.	Pentha.	Qua.	ysop.
315	300	280	252	210	140

Sesqui gesim⁹	Sesqdeci m⁹q̃rt⁹	Seqno- nus	Sesq- quit⁹	Sesqua- ter



¶Cuiuslibet multangule figure angulus: ad rectum angulũ sese habet vt numerus ad numerum: quorũ minor est tot⁹ quotquot sunt ipsius poligonie latera/ siue anguli. Maior vero post minorem/ est totus: quot⁹ ip̃e minor est a quinario ¶Hec ex precedentibus/ est manifesta. Intelligenda autẽ est post quadratũ: sumpto initio a penthagono. Nam diximus a pẽthagono/ cõtinue omniũ poligoniarũ figurarũ angu-

los: ad rectum angulum/ esse vt vniuersos pares numeros a senario: ad naturales numeros a quinario. In ea igitur proportione/ duorum angulorum adinuicem/ vt numeri ad numerum: minor numerus / semper erit tantus: quotquot sunt ipsius multangule figure latera aut anguli. Maior vero erit post minorem totus: quotus ipse minor/ est a quinario.
Vt si scire volueris quanta est penthagonici anguli ad rectum angulum proportio: quia pēthagonus est et quinq; angulorum et laterum: minor numerus eius proportionis/ erit quinari⁹. maior vero post quinariū erit totus/ quot⁹ quinarius a seipso. Erit ei senari⁹: qui post quinarium est primus/ quemadmodum et quinarius a seipso primus. Erit igitur penthagonici anguli ad rectū ꝓportio: vt senarij ad quinq;. ¶ Similiter petita ꝓporiōe heptagonici anguli/ ad rectum: quia heptagonus septem et laterum et angulorum figura est: erit minor eiusce proportionis numerus/ septenarius. maior vero denarius qui tertius est post septenarium/ quotus septenarius/ est a quinario. ¶ Si endecagonici anguli ad rectum expetitur proportio: erit in ea proportione rectus angulus/ vt vndeci. Angul⁹ vero endecagoni/ vt octodecim: qui post vndecimum numerum / est totus: quotus vndecimus est a quinario.

12 ¶ Circa datum circulum: continne multiplices circulos describere.



¶ Hec expetit multiplicem circulorū proportionalitatem: quopacto quiuis circulus omni multiplici proportione increscat/ fiatq; maior. ¶ Sit igit̄ dat⁹ circulus a b c d/ cuius centrum e. Protendo ei⁹ dyametrum a c/ quantumlibet in partem c. Et sit alia dyametr⁹ b d/ super eandem perpendicularis. eritq; tota circuli circūferētia/ in quattuor secta quadrantes. Duco deinde rectam c b: que erit costa quadrati/ dato circulo inscribendi. cuius lōgitudine/ circa e centrum: duco circulum f g: quem dico ad interiorem datū circulum/ esse duplum. Hoc enim manifestum est: si eidem circulo quadrat⁹ inscribatur. qui dupl⁹ erit/ ad quadratum minori circulo inscriptum. Nam dyametri quadratus: dupl⁹ existit ad coste quadratum. Et sicut quadratus ad quadratum: ita et circunscriptus vni eorum circulus/ ad circulum alteri circunscriptum. ¶ Deinde a puncto g/ in quo circuli dati dyameter/ secat circulum f g: ad punctum b/ duco rectam g b. cuius iterum longitudine/ super centrum e circulum extendo h i. qui ad datum circulum erit triplus. ¶ Si vero a puncto i/ quo dyameter a c: secat circulum h i/ rectam duxeris i b: descriptus eius longitudine / circa centrum e circulus k l: erit ad datum circulū quadruplus. Nam duplus ad circulum f g. ¶ Et si eodem modo a puncto l/ quo dyameter a c: occurrit circulo k l/ rectam duxeris l b: factus eius interuallo/ circa centrum e circulus m n: priori dato circulo quincuplus erit. ¶ Similiter et linea n b: semidyameter erit circuli ad eundem sescupli. Et ita in pluribus perge. Nam semper a puncto b/ ad punctum n (quo dyameter a c quantumlibet extenta posteriori circulo occurrit) producta recta linea: semidyameter erit continue multiplicioris circuli.

13 ¶ Vnde manifestū est circulos cōcauos/ q circulis reliquūtur siue exteriores huiusmodi circulorum portiones/ in ea proportionalitate esse equales.

¶ Quēadmodū vnitati/ vnitas assidue addita: naturales ꝓcreat nūeros/ quorū eq̄lia sūt īcremēta eq̄lesue differētie/ scilicet vnitates: ita et in supiore circuli dati incremēto/ ac ꝓportiōe iugi: assidua fit additio circuli cōcaui/ siue exterioris portionis: que primo interiori. ac dato circulo est equa et vna. Sunt enim hi circuli/ vt assidue vnitates: quibus sensim naturales: concrescunt/ conflanturue numeri. Vt spacium exterius b f c g/ equum est quadranti inte-

rioris circuli b e c. et totus exterior circulus b f g c: toti interiori a b c d. Similiter et spacium f h i g: equum est spacio b f g c et quadranti b e c. Et ita de reliquis concauis et exterioribus circulis dicendum.

Con	ti	nu	e	vni	ta	tes	qui	bus	na	tu	ra	les	nu	me	ri	fi	unt
(1)		(1)		(1)		(1)		(1)		(1)		(1)		(1)		(1)	
1		2		3		4		5		6		7		8		9		10	

¶ Datum circulum: quacunq; submultiplici proportione resoluere. 14

¶ Hec est oppositа anteprecedentis. Nam docuit anteprecedens / augere datum circulum quacunq; proportione multiplici. Hec vero contra / petit quopacto dat⁹ circulus quacunq; submultiplici proportione sit minuendus. quoue modo intra datum circulum / describi queant quo tcunq; circuli: ad eundē cōtinue submultiplices. qđ ex ratione anteprecedentis euadit liquidum. Nam cōtinue circuli ad seiuicē m'tiplices aut submittiplices: sūt circuli q assidue multiangularū figurarū intermedus abinuicē distāt. quib⁹ scilicet inscripte et circunscripte sunt poligonie figure. Sit igitur datus circulus a b c d: cuius centrum e. Inscribo eidem quadratū a b c d / cui quadrato / inscribo circulū quē dico ad datū circulū / esse subduplum. Est enī eiusdem medietas. Omnis namq; circulus quadrato inscript⁹. ad circulū eidē q̄drato circūscriptū / subduplus esse probatur. ¶ Rursum huic postremo et interiori circulo / penthagonum iscribo. eiq;



penthagono / inscribo circulum. qui dati circuli erit tertia pars: et ad eum subtriplus. Eidē quoq; nouissimo iteriori circulo / iscribo hexagonū. cui hexagono circul⁹ inscript⁹ / erit quarta dati circuli pars: et ad eundem subquadruplus. ¶ Et eo pacto deinceps procede: semp supremo minori / atq; interiori circulo: inscribens sequentem multangulam figuram / cui circulus inscriptus: erit assidue ad datum circulum submultiplex.

¶ Vnde fit vt datus circulus / per circunscriptas multangulas figuras: quantalibet multiplici proportiōe augeatur. Per inscriptas vero: cōtra omni submultiplici proportiōe minuatur. 15

¶ Figura augmentationis dati circuli in omni proportione multiplici.

¶ Sit datus circulus a b c d / cui⁹ centrum e. circū scribo eidem quadratum: cui quadrato / circulū circunscribo: qui ad datum circulum erit dupl⁹.

¶ Deinde exteriori maioriq; circulo: penthagonum circunscribo eiq; pēthagono rursum circunscribo alium circulum. qui tertius circulus / ad primum datum circulum erit triplus. ¶ Eidem rursum circulo / circunduco hexagonum. Hexagono vero iterum alium circulum: qui datum circulū quadrupla proportione complectetur / atq; superabit. ¶ Et ita quotiens supremis circulis / sequētes poligonias circunscripseris: huiusq; poligonis / circulos: hēbis cōtinue exteriores circulos / ad interiorem datū circulū omnifariam multiplices.



¶ Si vero eundem datum circulū / omni submultiplici proportiōe partiri volueris: inscribe (vt precedēs docuit) eidē iprimis quadratū. cui iscript⁹ circulus / dati circuli erit medietas. deinde posteriori circulo penthagonum iuscribe: cui inscriptus circulus / tertia erit dati circuli pars. Et eodem modo deinceps procede: per hexagonum / heptagonum / octogonum et ceteras multangulas figuras: inscriptis assidue interioribus circulis: qui a dato circulo / omni submultiplici proportione vincentur, vt precedentis docuit figura.

16 ¶Cauſa proportionalitatis circulorum per circũſcriptas/aut inſcriptas poligonias: eſt aſſidua angulorum omnium multãgularium figurarum/ad ſue baſis angulos multiplex proportio.

¶Nam docuimus omnium multangularium figurarum ãgulos/ad ſue baſis angulos: eſſe aſſidue proportionales. Imprimis equales: vt in yſopleuro. Deinde per cunctos procurrere multiplices: a dupla proportione/vſq; in immenſum. Incipit enim quadrati angulus: ad ſue baſis angulos/eſſe duplus. Penthagonicus/triplus. atq; ita deinceps. Hanc igitur angulorum omnium multangularium figurarum: iugem/atq; aſſiduam/ad ſue baſis angulos proportionem imitantur/ſeruantq; cuncti circuli: qui aſſidua earumdem poligoniarum aut circunſcriptione/aut inſcriptione circa/aut intra datum circulum procreantur. Nam qui circa fiunt: ſunt ad eundem datum circulum/aſſidui multiplices. Qui vero infra: ſubmultiplices aſſidui. Angulus enim quadrati/qui ad ſue baſis angulos eſt duplus: extendit/ſeparatq; abinuicem circulos/quorum eſt eadem proportio: dupla ſcilicet/aut ſubdupla. Angulus penthagoni/ad ſue baſis angulos triplus: circulos quoq; diſtinguit tripla et ſubtripla proportione ſeſe inuicem habentes. et ita de ceteris angulis dicendum.

17 ¶Omnes duo yſopleuri eodem diſtantes circulo/aut duo circuli eodem yſopleuro: adinuicẽ quadrupla proportione copulantur.



¶Sit yſopleurus a b c: cui inſcribo circulum d e f. eidem vero circulo/inſcribo aliũ yſopleurũ eiuſdem nominis d e f. quem dico quartam eſſe partem exterioris ac maioris yſopleuri a b c. Nam idem yſopleurus a b c/per interiorem yſopleurũ d e f. in quattuor equos yſopleuros eſt reſolutus/ac ſectꝰ. ſcilicet in yſopleurum a d f. d b e. e c f. et d e f. Addit igitur exterior yſopleurus/ad interiorẽ tres yſopleuros. Quare et totus exterior/ad interiorem: quadruplus euadit. ¶Et eadem dicito de duobus circulis/eodem diſtantibus yſopleuro. id eſt quorum vnus eidem yſopleuro circunſcriptus fuerit: Reliquus vero eidem inſcriptus. Erit enim circunſcriptus circulus a ad interiorem inſcriptum quadruplꝰ. ¶Eadem enim eſt ratio duorum yſopleurorum/diſtantium eodem circulo: et duorum circulorum/diſtãtium eodem yſopleuro.



18 ¶Continue a penthagono/oẽs multangule figure: due et due eodem diſtantes circulo aut gemini circuli/eadem diſtãtes multangula figura: adinuicem omni ſuperparticulari proportione/ſeſe habere dinoſcuntur.

¶Trigonus prima multangula figura/quos diſtinguit circulos: hi quadrupla (vt diximus) proportione ſeſe habent. Similiter et ambo yſopleuri/eodem diſtincti circulo: vnus eidem circunſcriptus/alter vero inſcriptus. ¶Quadratus figura ſecunda: circulos dupla proportione diſiungit. Circulus quoq; vnus eadem proportione: geminos circa et intra ſeipſum quadratos diſtinguit. ¶Penthagonus autem et reliqua deinceps omnis poligonia: continuis ſuperparticularibus geminos circulos diſpartiuntur. Circulus quoq; proportionibus iiſdem: ambas ſibi circunſcriptas/inſcriptaſq; figuras diſſeparat diuiditq;. ¶Nam qui circuli penthagono diſtant: ſeſqualtera proportione ſeſe reſpiciunt. Eadem quoq; proportione/ſunt ambo circa eundem circulum penthagoni. ¶Circuli vero hexagono diſtantes/aut hexagoni circulo eodẽ: inuicem ſũt epitriti/ac ſeſquitertij. Diſſiti heptagono circuli/aut circulo heptagoni: ſeſquiquarti eſſe probantur. Octogoni ſeſquiquinti. Ennagoni ſeſquiſexti/Et hoc pacto deinceps.



Seſqualteri Seſquitertij

¶Omnes quippe circuli/eidem circulo: per multangularium figurarum assidua spacia/atq; interualla circunscripti ad eundē circulū/sunt vt natales nūeri ad fōtanā vnitatē assidue multiplices. Vt vero inter se cōparant̄ pximi ad proximos: sunt vt numeri ad seinuicem/proximꝰ ad proximum: continui superparticulares. Eadem enim est et numerorum et magnitudinum scientia. Et hoc perfacile est oculis intueri: per resolutionem vtriusq; poligoni/et inscripte et circunscripte eidem circulo: in triangulos/aut portiones equales. quemadmodum sequentes figure indicant. ¶Nam penthagonus a b c d e maior et vt circunscriptus: minorem f g h i k/(qui vt inscriptus est) superat quinq; triangulis f a g. g b h. h c i. i d k. k e f. Minor vero penthagonus f g h i K. sectus est in decem portiones/quarum quinq; exteriores: sunt quinq; trianguli/prioribus quinq; equales et super easdem bases. scilicet f l g. g m h. h n i. i o k et k p f. Residue vero portiones quinq;/que ad totius penthagoni centrum/claudunt egredientium angulorum penthagonū: sūt et quinq; prioribus equales/singule singulis. totusq; penthagonus egrediētium angulorum/scilicet f l g m h n i o k p f: totius penthagoni circumscripti a b c d e/tertia pars est. Inscripti vero f g h i k pars est secunda. Totus igitur circunscriptus/ad iscriptum: est vt 15 ad decem/siue vt 3 ad 2 sesqualter. ¶In hexagono quoq; par et apertior resolutio contingit. Nam presens hexagonꝰ a b c d e f: resolutꝰ est in octo et quadraginta triangulos equales. quorum vnius quinq; medietas est vnius ysopleuri. Interior autem hexagonus g h i k l m priori inscriptus: horum triangulorum capit sex et triginta. Sunt igitur ambo hexagoni/in ea adinuicem proportione: qua et 48 ad 36. quam constat esse epitritā. Et in heptagonis pari resolutionis ordine procedendo reperies heptagonum circulo circunscriptum: ad inscriptum heptagonum/esse sesquiquartum. Octogonum vero sesquiquintum. Ennagonum sesquisextum. Et hoc pacto deinceps/per vniuersam superparticularium proportionum seriem.





¶Cuiuslibet multangule figure angulus eius species/differentia et actꝰ est/latus vero/eius est potentia.

¶Id eiꝰ rei actꝰ est species/ac differētia: per qđ distat/differt eximiq; a ceteris cūctis gñeris eiusdē. Omnes autem multāgule figure: sola anguli proprietate/abinuicem distare competuntur. Nam vnicuiq; proprius est angulus: latus vero nulli proprium. Possunt siquidem adinuicem equilatere esse omnes: et super idem constitui latus. Equiangule vero esse inter se: et ab eodem produci angulo nequeūt. Est igitur angulus vniuscuiusq; multangule figure actus/proprietas/differentia/ac species. Latus vero vt communis omnium potentia quandoquidem vniuersis/commune esse potest latus: Angulus vero communis esse nō potest. Alius enim ysopleuri est angulus: Alius quadrati/Alius penthagoni: Et alij deinceps reliquarum omnium.

¶Multangule figure simplices/sunt tantum due: triangulus et quadratus quarum producta in directum latera/nusq; extra figuram concurrunt.

¶Ysopleuri omnes anguli/sunt acuti. Protensa igitur in directum/ysopleuri latera: extra ysopleurum angulos creant obtusos/nec vsq; concurrunt. Ita q; circunscribi nequit/aut con

19

20

cludi ab egrediente yſopleuro: vniformis yſopleur9/ manetq; ſemper nudus/ſimplex et icircūſcriptus. Quadrati autem/ omnes anguli recti ſunt. Producta itaq; quadrati latera/ in rectum: rectos quoq; angulos procreant extra quadratum. nec vllo pacto concurrentes: quadratum vniformē/ egrediente quadrato circunſcribunt. ſed ſimplicem/ nudum et icircunſcriptum relinquunt.



21 ¶ A penthagono/ omnes deiceps multāgule figure: parib9/ ſed egredientium angulorum figuris: exteriore laterum concurſu coituue circunſcribuntur.

¶ Nam penthagoni angulus et ceterarum omnium multangularium figurarum anguli: ſunt obtuſi. Producta itaq; earum latera in directum: circa eaſdem figuras/ angulos claudunt acutos. tandemq; concurrentes: primas/ atq; vniformes figuras: paribus/ eiuſdemq; ſpeciei/ ſed egredientium angulorum figuris inueſtiūt/ circunſcribuntq;.



22 ¶ Cuiuſlibet egredientium angulorum figure coniunctis per rectas lineas extremis angulis: quod adiicitur ſpacium/ primo in penthagono equale eſt egredienti penthagono. In hexagono ſubduplum: In heptagono/ ſub triplum. In octogono/ ſubquadruplum: atq; ita deinceps.



¶ Sit penthagonus a b c d e: cuius latera in directum producta conflēt penthagonum egredientium angulorum f g h i k. Huius vero egredientis penthagoni/ extremi anguli copulentur per rectas f g. g h. h i. i k et K f. Dico quoniam ſpacium/ quod ab his quinq; rectis/ adiectum eſt egredienti penthagono f g h i k: equum eſt eidem. Hoc ei ſpaciū ſūt quinq; trianguli f a g. g b h. h c i. i d K. & k e f. qui quinq; triāguli ſimul ſumpti: ſunt equales toti interiori penthagono/ egrediuntium angulorum f g h i K. Hic enim conſtat ex interiore vniformi penthagono a b c d e: et quinq; triangulis a g b. b h c. c i d. d k e. et e f a. Et hanc equalitatem/ manifeſtius intueberis: productis quinq; lineis/ ab angulis extremis: ad punctum l totius penthagoni centrum. Nam triangulus f a g: equale eſt triangulari ſpacio f l g a: ſimiliter et triangulus g b h: triangulari ſpacio g l b h. Triangulus vero h c i: equus eſt triangulari ſpacio h l i c. Triangulus item i d k triangulari ſpacio i l k d. Triangulus deniq; k e f: ſpacio triangulari k l f e. Hoc enim liquet productis aliis quinq; lineis: a centro l/ ad media totius penthagoni latera. ſcilicet l a m. l b n. l c o. l d p. et l e q. Erit enim triangulus f a g/ ſiue duo trianguli f a m et g a m: equi duobus triangulis/ f l a et g l a. Et ita de ceteris triāgulis argue. Totus igitur egrediens penthagon9 a g b h c/ i d K e f: equus eſt exteriori ſpacio/ quod per quinq; lineas g h. h i. i k. K f. & f g eidē eſt adiectū. Idē quoq; pēthagonus egrediens: toti9 penthagoni f g h i K/ medietas eſt. Conſtat enim penthagonus f g h i k: ex egrediente penthagono et quinq; triangulis adiectis/ qui



egredienti penthagono ſunt equi. ¶ Sit rurſum hexagonus a b c d e f. cuius omnia latera producta/ claudant egredientem Hexagonum g h i k l m. eruntq; ab egrediente hexagono

ſupra vniformem a b c d e f: adiecti ſex yſopleuri/ a g b. b h c. c i d. d k e. e l f. et f m a qui ſimul interiori vniformi hexagono/ ſunt equi. Conſtat enim interior vniformis hexagonus ſex yſopleuris/ quos diſtinguũt recte linee/ ab eius angulis ad centrum n producte. Copulentur igitur anguli egredientis hexagoni: per rectas g h. h i. i k. K l. l m. et m g: dico quoniã quicquid ſpacij ab his ſex rectis/ adiectum eſt egredienti hexagono: eius eſt ſubduplum/ ſiue medietas. Nam totus egrediens hexagonus/ duodecim equis conſtat yſopleuris. Que autem ſpacia ſunt adiecta/ ſunt vt ſex yſopleuri. totuſq; hexagonus g h i k l m: eſt vt octodecim yſopleuri. Q; ſi rectas produxeris/ a centro n ad angulorum capita n g. n h. n i. n K. n l et n m: erit Hexagonus egrediens reſolutus in duodecim triangulos: qui et inter ſe et exterioribus triangulis adiectis erunt equales. Et eodem modo de ceteris triangulis/ dicẽdũ.



¶ In Heptagono autem egrediente/ coniunctis eius angulis: pari proportiõe ac reſolutione comperies/ quod adiicitur ſpaciũ: totius eſſe egredientis heptagoni partem tertiam. In octogono partẽ quartam: Et ita deinceps. In heptagono quippe/ adiiciuntur ſeptem trianguli: qui ſimul ad egredientẽ heptagonum ſunt vt 7 ad 21. In octogono vero: additio fit octo triangulorum/ qui ad totum octogonum egredientem. ſunt vt 8 ad 32. Et hoc pacto deinceps.

¶ Ex his iterum manifeſta eſt a penthagono/ per ſingulas multangularium figurarum ſpecies: circunſcripte figure/ ad inſcriptam continue ſuperparticularis proportio. 23

¶ Yſopleurus circunſcriptus: ad inſcriptum quadruplus exiſtit. Quadratus ad quadratum/ duplus. Penthagonus/ ad penthagonum: ſeſqualter. Cetereq; deinceps figure/ ci cunſcripte ad inſcriptas: ſunt continue ſuperparticulares: quod facile liquet ex reſolutione precedẽtis. Sit enim egrediuntium angulorum penthagon9/ a f b g c h d i e K. cuius copulentur anguli/ per lineas quinq; fiatq; vniformis penthagonus/ f g h i k. quem conſtat ad priorem egredientem eſſe duplum. Addit enim ad eundem quinq; triangulos: qui toti egredienti pethagono/ ſunt equi. Fiat deinde circa penthagonum vniformem f g h i K: alter penthagonus/ eidem circunſcriptus: qui ſit l m n o p. Hic pẽthagonus/ erit ad priorem egredientem triplus: ad vniformem vero f g h i k ſeſqualter. Nam tantum addit vniformis circũſcriptus/ ſupra inſcriptũ vniformẽ f g h i k/ quãtũ idẽ f g h i k addit ſupra egredientẽ. addidit ei vniformis f g h i K ſupra egredientẽ: quinq; triangulos f b g. g c h. h d i. i e k. K a f/ eidem equales. Circunſcriptus vero vniformis l. n. m. o. p/ ad inſcriptum vniformem f g h i k: addit et quinq; triangulos/ prioribus quinq; equales: ſcilicet k l f. f m g. g n h. h o i. et i p k. ex quibus et quinq; prioribus: conflãtur quinq; rhombi equales/ k a f l. f b g m. g c h n. h d i o et i e kp. quibus circunſcriptus vniformis l m n o p: ſuperat interiorem egredientem. et qui ſimul ad eundem: ſunt vt decem ad quinq;. totus vero penthagonus l m n o p/ ad egredientẽ: eſt vt 15 ad 5/ ad vniformem vero f g h i k: vt 15 ad 10.



¶ In hexagono vero eodem modo perge: probans circunſcriptum hexagonum/ ad inſcriptũ eẽ ſeſquitertiũ Nam hexagonus circunſcriptus tantum addit ſuper inſcriptum: quantum inſcriptus addit/ ad egredientem hexagonum/ ſibi inſcriptum. Superat autem iſcriptus egredientem ſibi inſcriptum: ſex equis triangulis/ qui totius interioris egredientis ſunt pars dimidia. Circunſcriptus autẽ ſuperat inſcriptum: ſex aliis paribus triangulis/ qui totius inſcripti ſunt pars tertia. Eſt igitur circunſcriptus hexagonus/ ad egredientem: vt 24. ad 12/ ad inſcriptum vniformem vt 24 ad 18. Inſcriptus aũt vniformis/ ad egredientem: vt 18 ad 12.



¶ In heptagono vero et ceteris multangularibus figuris: pari pacto procedendum. In omni quippe multangularium figurarum ſpecie: egrediẽs/ inſcripta et circunſcripta: arithmeticam/ non geometricam medietatem ſeruant. Quantum enim addit inſcripta/ ſuper egredientem: tantumdem circunſcripta: ſuper inſcriptam vniformẽ affert.

24 ¶ Dato circulo/heptagonum inſcribere.

¶ Hanc Euclides minime propoſuit: cuius ſi non demonſtrationem/ certiſſimum tamen & cunctis peruium/afferemus experimentum. Nam ſagitta lunule hexagoni/circulo dato inſcripti: dempta ab eiuſdem hexagoni latere/quod circuli ſemidyametro eſt equale: heptagoni eidem circulo inſcribendi latus relinquit. Superat enim hexagoni latus: latus heptagoni/ſua ſagitta. Sit igitur circulus a b: cuius ſemidyametet a b/ſitq; linea c d/hexagoni eidem circulo inſcribendi latus: equale ſemydametro a b. quam ſemidyameter a b/ perpendiculariter ſecet in pũcto e. eritq; ſagitta e b/differentia laterum hexagoni et heptagoni dato circulo inſcribendorum: qua dempta a ſemidyametro a b: reſidua linea a e/ latus erit heptagoni/dato circulo a b inſcribendi, quo habito habetur & petitus heptagonus: dato circulo inſcribendus.



25 ¶ Datum quadratum: quacũq; multiplici proportione augere.

¶ Eadem eſt multiplicis quadratorum incrementi: que et circulorum ratio. Sit enim datus quadratus a b c d: cuius centrum e. Hunc partior in quattuor quadratos/per lineas a c et b d: ſuper eius cẽtrũ perpendiculariter ſe ſecãtes. Et duco lineã b c/vni⁹ paruorũ quadratorum dyametrum: totius aũt quadrati a b c d/ſemidyametrũ. Manifeſtũ eſt lineam b c: eſſe mediã coſtã/quadrati ad datũ quadratum dupli. Eſt enĩ dyametri quadrat⁹: ad coſte quadratũ duplus. Protende igitur lineã e b/ quãtũlibet extra datũ quadratũ. et cape in ea longitudinẽ linee b c: q̃ ſit e b f. Et a pũcto f: ductis vtriq; ꝑpẽdiculari b⁹ pfice q̃dratũ q ad datũ q̃dratũ erit dupl⁹. ¶ Deinde duc lineã c f et cape in linea e b/quãtũlibet extẽta: mẽſurã linee c f, q̃ ſit e g/eritq; linea e g/eq̃lis linee c f: medietas coſte quadrati/ ad datũ quadratũ tripli. quẽ quadratũ/pfice vt pri⁹: circa datũ quadratũ/ductis vtrimq; perpendicularibus/ſup pũctũ g. ¶ Duc rurſũ lineã g c/ et ex linea e b/deſigna ei equalẽ: que ſit e h. eritq; e h/media coſta quadrati: q datũ quadratũ/quadrupla ꝑportione ſuꝑabit. Ducta deinceps linea h c: et ſũpta in linea e b ei equali/q̃ ſit e i/erit linea e i/medietas coſte quadrati: ad datum quadratũ ſeſcupli. Et hoc pacto deinceps ꝓcedẽdũ. Semper enim vltim⁹ quadratus: ſequentem proportionalem/indicabit.



26 ¶ Dato quadrato: circulus eidem equalis eſt producendus.

Sit datus quadratus a b c d/ cuius centrum e. Productis in eo duabus dyametris: vtramq; diuido in decẽ pares equales. Et excludo ab vnaquaq; ſemidyametro vnã quintam. Longitudine vero quattuor quintarum/que in vnaquaq; ſemidyametro ſuperant: produco circulum f g h i. Hic enim erit/dato quadrato equalis.



27 ¶ Dato circulo: quadrat⁹ equalis eſt deſignãdus.

¶ Sit datus circulus f g h i/cuius cẽtrũ e. Eius vtrãq; dyametrum f h et g i: partior in octo ꝑtes eq̃les et ꝑtẽdo eaſdem extra circulũ/ſpacio vnius quarte/in vtrãq; partem: vſq; ad puncta a b c d. Et perficio quadratum a b c d. Hic enim erit ex conuerſione precedentis: dato circulo f g h i equalis. Et hanc propoſitionem atq; precedentem: licet indemonſtratas/ nulliſq; rationib⁹ ſuffultas: certis tamen et indubijs experimentis/ veritati cõ-

cordare expertus ſupprimere nolui. Preclara cuiuſdam ruſticuli incerti nominis inuenta: e vulgari ligua/ in latinā cōuerti. Probauiq; ea nuſq; diſſidere: a q̄dratura Nico lai cuſani cardinalis. et ab ea etiā q̄dratura/ quā in itroductorio geometrico p mulgaui. Atq; ideo qđ Archimedes/ qđ et Euclides nullo medio/ nulla ratiōe diſqrere atq; adinuēire potuere: ab illitera to/ et plebeio viro repertum: a nobis haud imerito (licet ſine demonſtratione) fuit promulgandum. Ex hoc enim inuento/ conſtat omnem circulum/ cuius dyameter eſt vt octo: equū eſſe omni quadrato/ cuius dyameter eſt vt decem. Et contra omnem quadratum/ cuius dyameter eſt vt decem: equum omni ciclo eſſe/ cuius dyameter eſt vt partes octo.

LIBELLI DE MATHEMATICIS SVPPLEmentis Finis Anno Salutis Humane
1509 Ianuarij Die Deci
maoctaua

CEDITVM EST VNIVERSVM HOC VOLVMEN AMBIANIS IN EDIBVS REuerendi In CHRISTO Patris Franciſci De Hallevvin Eiuſdem Loci Pontificis. Et emiſſum ex officina Henrici ſtephani. Impenſis eiuſdem et Ioannis parui in chalcotypa arte ſociorum Anno CHRISTI Saluatoris omnium 1510. Primo CAL. Februarij
PARISIIS





UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE
13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv. :

SIGB bibl. :

SIGB ex. :

SU ppn :

SU epn :

Cote : VCM 4= 6549

1158205834

C. BOVILLI

OPERA

DE UTRIUS

INTELLECTUS

NATURA

PARISIIS